





232

Dei Indictis

PHILIP

Confessi

EDSE

1111



DE SACRAMENTO EUCCHARISTIAE  
tractatus, in quo demonstratur, quomodo  
Christus in hac specie panis  
continetur, et quomodo  
comunicatio, Amen.

Ex hac tractatus de lege, promissionibus  
et in iustis, tum in iustis, tum in  
iustis, tum in iustis, tum in iustis.

De Sacramento Eucharistiae, et  
quomodo Christus in hac specie  
panis continetur, et quomodo  
comunicatio, Amen.

REGISTVM.

AD REVERENDISS. D. D.  
IOANNEM EGOLPHVM EPISCO-  
PVM AVGVSTANVM.

Omnes huius, bene V. r. r. r.

# FRANCI- SCI TVRRIANI SOCIETATIS IESV, AD- uersus Capita disputationis Liplicae Andrae Freyhub,

DE ECCLESIA, ET DE ORDINATIONIBVS  
MINISTRORVM ECCLESIAE.

AD REVERENDISS. D. D.  
IOANNEM EGOLPHVM EPISCO-  
PVM AVGVSTANVM.

Cum triplici INDICE, Capitem, locorum Scripturae,  
& rerum memorabilium.



COLONIAE

Apud Geruinium Calenium, & haeredes Ioannis Quentelij.  
Anno M. D. LXXIII.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. in decennium.



**H**IC liber FRANCISCI TURRIANI Theologi  
Societatis IESV, Aduersus Capita disputationis  
Liplicę Andreę Freyhub, DE ECCLESIA, ET OR-  
DINATIONIBVS MINISTRORVM ECCLESIAE,  
non modò per omnia Catholicus est, sed etiam hoc  
potissimùm tempore apprimè utilis. Quod attestor  
proprię manûs signo.

Ego F. Theodoricus Buscoducen-  
sis, S. Theologię ac Dominicani  
instituti apud Coloniam profes-  
sor, & hæreticę prauitatis Inqui-  
sitor Apostolicus.

# ILLVSTRISS. ET

REVERENDISS. D. D. IOAN-  
NI EGOLPHO EPISCOPO  
AVGVSTANO,

FRANCISCVS TURRIANVS  
SOCIETATIS IESV.



MISERAM, Reuerendissi-  
me domine, iam annis qua-  
tuor aduersus profanas ordi-  
nationes ministrorum Pro-  
testantium, libros duos de  
hierarchicis ordinationibus  
ecclesię Catholicę, sic enim  
ego libros inscripseram, &  
non aduersus schismaticas  
ordinationes, vt postea, nescio quo casu, nec à quo sic  
inscripti sunt: nec enim schismaticę ordinationes  
sunt, sed nullę penitus, ac potius merę laicę. Cùm er-  
gò nullus iam diù ad eos responderet, quòd nemo es-  
set, qui quod respondere posset, inueniret: vnus tan-  
dèm repertus est Andreas Freyhub doctor Theologus  
Liplicę academię, qui libellum edidit disputationis  
de iure vocandi & ordinandi ministros verbi Dei, xxxj.  
capitibus compræhensum: in quo addidit ad inscri-  
ptionem, respondere se simul ad præcipua argumenta  
cuiusdam

## EPISTOLA

cuiusdam Francisci Turriani. in quo si suis Protestantibus non satisfecit, hoc saltem illi debent, quòd quantum in se fuit, cauere voluit, nè, si omnes doctores protestantium tacerent, ab illis ipsis, quos docent, vel potius decipiunt, condemnari viderentur. hoc enim esse ingenium & præcipuum studium hæreticorum, magnus quoque Athanasius in epistola tertia ad Serapionem notauit: & ob eam causam nihil magis in hæreticos conuenire, quàm quod Apostolus ait, hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est: & delinquit, proprio iudicio condemnatus. non enim qui à recta fide recedit, vt peius eligat, recedit, sed vt melius. Vndè quandiu ita iudicat, & in eo iudicio perstare vult, nulla ratione corrigi potest: estque is iudicio suo condemnatus. ex quo fit, vt pari fiducia & perseverantiam ab hæretico falsum, quàm à Catholico verum defendi soleat. Ijs igitur, qui erant ex eo numero, quos Apostolus monuit declinandos esse, tanquam obstinatè peruersos, & suo iudicio condemnatos, satis esse videbantur, quæ de Ordinationibus Ecclesiasticis scripseram, ad intelligendum & dijudicandum, in quanto errore Protestantes versentur, qui cum Episcopos non habeant, ministros Ecclesiæ se existimant habere posse. Ijs verò, quos Apostolus vitare iubet, vt nihil proficit, quod scribitur, ita eis non scripsi. ex quibus est Andreas iste Freyhub, qui

## N V N C V P A T O R I A.

qui cum libros meos non eo animo legeret, si fortè legit, vt quod ignorabat perdisceret, in obstinatiõe sententiæ suæ cum alijs socijs suis permansit. Ad ea verò, quibus vocationes & ordinationes Protestantium refello, ita respondet, vt ad confirmandum eadem, exoptanda mihi eius responsio fuerit. Qui enim profitetur se respondere ad præcipua argumenta librorum meorum, nihil tamen respondet: quid aliud agit, quàm se respondere voluisse, sed non potuisse, planè declarat? Est itaque libellus eius, sententiæ nostræ comprobatio, & causæ Protestantium victæ restificatio. Quod ego vt planum facerem, libenter notavi in extrema parte libri posterioris, locos argumentorum non omnium, sed præcipuorum, ad quos bonus iste Andreas nihil penitus respondit: immò neque respondere vnquam siue ipse, siue alius poterit. ita sunt reuicti, & ad *apertian* compulsi. Quid ergò est, dicet aliquis, quod non cedunt tandem? nempe quia tales sunt, quales in nouissimis diebus futuros esse Apostolus ad Timotheum in spiritu scripsit, cum ait: Erunt homines seipfos amantes, cupidus, elati, superbi, blasphemus, parentibus non obediens, ingratus, scelestus, sine affectione, sine pace, criminosus, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciẽ quidẽ pietatis, virtutem autẽ eius abnegantes. Sed demonstremus omnia ista in vno Martino Lutero, vt eadem in discipulis & sectatoribus





## EPISTOLĀ

eius facile agnoscantur & notentur. Primo loco posuit Apostolus seipso amantes, ut nimius sui amor, fons & origo cæterorum, quæ sequuntur, esse intelligatur, id quod in Lutero vel ipsius testimonio satis perspectum est. Sic enim in epistola ad Principes Electores, & oēs Imperij ordines post discessum suū Vormatia scripsit: Postremò, cum à me contendissent, (illos ipsos Principes Electores, & omnes imperij ordines dicit) ut saltem articulos aliquot ex libris meis decerptos, iudicio synodi cõmitterem, & ego me, ut aliàs semper, obsequentem & paratum ad peragenda, atq; omittēda quæcunq; in potestate mea sita essent, ostendissem, tādē summa controuersia in hunc veluti articulum concurrebat, ut nullaratione hanc æquissimā conditionem impetrare potuerim, quo videlicet verbum Dei liberum, & minime iudicijs humanis adstrictum permaneret. Deindē ut mea scripta Cæsareæ maiestatis, atq; ordinum Sacri Imperij Rom. seu futuræ alicuius synodi sententijs atq; decretis ea lege subijcerentur, nè quid contra sacrosanctum Dei verbum à me concessum, aut ab ipsis constitutum, atq; dijudicatum videretur. Si Luterus nõ fuisset ex numero istorum, quos Paulus vocauit *φιλάυτοις*, id est, seipso amantes, quis dubitat, quin commissurus fuisset articulos suos iudicio synodi? Philautia igitur, id est, amor sui fecit, ut iudicium suum iudicio synodi anteponeret, quod erat elati atque superbi. tales enim sunt, qui sui amantes sunt, quos Apostolus futuros esse præ-

dixit,

## N V N C V P A T O R I A.

dixit, & iam tunc venisse cernimus. Liberum itaque Luterus volebat esse verbum Dei, id est, licere sibi suo illud sensu interpretari, & non sensu ecclesiæ Catholice, quæ ut apostolicæ traditionis custos est fidelissima, ita in ea error aut fallacia esse non poterat. per mittebat subijci scripta sua sententijs alicuius synodi futuræ atque decretis ea lege, nè quid contra sanctum Dei verbum à se concessum, aut ab ipsis constitutum atque dijudicatum esse videretur: quod quidem nihil aliud erat, quàm ea lege permittere scripta sua dijudicari, ut sancta esse decernerentur, ut si non sic fieret, continuo sequeretur, aliquid ab ipsa synodo contra Dei verbum decretum esse. an non erat hoc elati ac superbi animi, seque supra iudicium synodi extollentis? velle, à se cunctos iudicari? & se à nemine? hoc enim volebat, cum iudicium de synodo, ut ex scriptis suis iudicandis pendēret, postulabat: ita ut si quid contra scripta eius à synodo iudicatum esset, synodus contra verbum Dei iudicasse diceretur. quæ erat execrabilis blasphemia. Synodi enim catholicorum, charisma docendi ab spiritu Dei accipiunt. Vnde Leontius in libro contra Acephalos, iudicium, inquit, synodorum, solutio est dubitationis secundum canones ecclesiasticos utriusque parti contendenti: Cum quo iudicio qui pugnat, non iam, inquit, cum aliquibus personis pugnat, sed cum toto Christianismo. Sic Luterus cum omnibus Christianis, id est, cum catho-



## EPISTOLA

catholica ecclesia pugnavit, & in eam sic sentiendo loquendo, fuit insigniter blasphemus. Item Luterus paulò post in eadem epist. doctrinam & scripta sua sententijs omnium subijcere se velle testatus est, censuram atque iudicium de ijs libèter admissurum esse: nec hinc, inquit, quicquam nisi syncerum, manifestum, & sacrosanctum Dei verbum excipi volo. Hic quoque manifestum Dei verbum excepit, quia volebat stare intelligentia & interpretatione verbi Dei secundum authoritatem Patrum & sanctarum Synodorum, quod erat, sicut illud superius, sui amatis, elati, superbi, & blasphemii. Quales Apostolus nouissimis diebus, id est, nostris, fore prædixit: tales enim sunt Protestantes, Luteri sectatores. Conferamus reliqua huius apostolicæ prædictionis cum Lutero: sequitur enim, Parentibus non obedientes, ingrati, scelesti. Quia enim Luterus libertatem, in quam, sicut Apostolus ait, vocati sumus, in occasionem carnis, ut ait beatus Petrus, dedit, promittens libertatem, cum ipse esset seruus peccati, effecit, ut filij parentibus non obedirent, cum eam, quam parentes à patribus & maioribus disciplinam ad cohibendam carnem acceperant, filijs traderent: his gradibus Luterus & eius sectatores, ingrati extiterunt, & ἀνομοί, id est, impij, siue scelesti, ut interpretis vertit. Qui enim magis ingrati sunt, aut esse possunt, quam qui repudiât & negant dona Dei, præsertim quibus maximè ad æternam animæ salutem indigemus? pro quibus omni tempore  
sine

## N V N C V P A T O R I A.

sine vlla intermissione, si grati & memores essemus gratias agere oporteret? Hæc verò sunt dona illa, de quibus Apostolus ad Ephesios scripsit, cum ait, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quæ autem dona diceret, statim explicauit, cum subiungit: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cõsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Hæc dona Luterus primus ex omni memoria seculorum, & omnium hominum ingrattissimus, nouissimis diebus in sua Germania sustulit, cum fecit per impositionem manuum suarum, qui presbyter tantum, & monachus apostata erat, ut non haberet amplius Germania, qui Apostolis & Prophetis vicaria ordinatione per impositionem manuum plurium episcoporum secundum scripturam succederent, sicut per cunctum Orientem & Occidentem succedunt, & semper in vtraque Germania vsque ad hæresim Martini Luteri successerunt. Hi enim sunt episcopi, qui secundum gratiam, quæ eis data est, tum presbyteros per impositionem manuum suarum ordinant, ut possint esse adiutores episcoporum, id est, pastores, & doctores verbi Dei: tum diaconos, qui ministrant episcopis & presbyteris ad altare, & in lectione euangelij: tum alios ministros minores ad aliud opus ministerij, ut omnia honestè & secundum ordinem in ecclesia Dei fiant.  
b Sed

EPISTOLA

Sed hæc dona Dei, ut dixi, Luterus & eius sectatores reiecerunt ut ingrati & scelesti, quod significantius Græcè dictum est, ἀνόμοι. significat enim, non teneri studio ullo rerum diuinarum, quod est crimen impietatis, quæ comes est ingratitude. Ità factum est, ut facti ingrati & impij in dona Dei, simul fierent sine affectione, sine pace, & criminatores, sicut idem Apostolus futuros prædixit. Quid enim non tentatum est diuersis temporibus, & adhuc tentatur, si qua via aut ratione isti ad concordiam & pacem adduci possent? Sed nunquam Luterus, nec eius discipuli Paulum Apostolum imitari voluerunt, ut sicut Paulus ad Petrum, Iacobum, & Ioannem, qui videbantur columnæ esse, vltro ascendit Hierosolymam, ut euangelium quod prædicabat, cum eis conferret, nè forte in vacuum curreret, aut cucurrisset, ac dextras societatis & concordie illi darent: sic isti, & quidem inuitati sapientius, ad successores illorum venirent, ut cum successore Petri, in concilio episcoporum, doctrinam suam & scripta conferrent, præsertim cum ab vniuersis Catholicis per cunctum orbem arguerentur, quòd in vacuum currerent: nunquam tamè cum Catholicis conuenire voluerunt, nunquam à successore beati Petri, & collegis eius dextras societatis accipere: immò eo consilio, quæ ad cultum Dei pertinent, mutarunt, ut nulla ratio nobiscum conueniendi populis relinqueretur. Hi igitur sunt sine fœdere, & sine pace, quod illo

N V N C V P A T O R I A.

illo vulgari versiculo Luterus gloriabatur, PESTIS ERAM VIVVS: MORIENS, TVA MORS ERO, PAPA. Criminatores verò esse Luteranos, ità verum est, ut nihil studiosius profiteantur. immò ut quisque est apud eos ad criminandum & maledicendum de suggesto maximè idoneus, ità est optimus verbi minister, & concionator maximus habetur. Videamus deinceps, quæ in Apostolo sequuntur, an sint, qui Luterum sequuntur, sicut Apostolus futuros esse prænucciavit, incontinentes, immites, sine benignitate. Qui enim magis incontinentes habendi sunt, quàm qui legem ipsam continentie, præscriptione ieiuniorum, & euangelico eunuchismo, ac cælibatu ministrorum ecclesie sublatis, abrogandam esse censuerunt. Immites verò sunt, quia iras implacabiles in nos exercent: nulla in Catholicos benignitate vtuntur. Sequitur, proditores, proterui, tumidi. Proditores quidem sunt Luterani, quia quod acceperunt ab initio, sicut beatus Ioannes ait, ut in eis permaneret, id est, ut tanquam depositum fideliter custodirent, amiserunt, fidem scilicet, & fidei dogmata, quæ à maioribus tradita eis erant: atque adeò ipsum corpus Christi mysterium, quod est maximum depositum, ecclesie Dei commissum, cuius proditores facti sunt, magis quàm Iudas. hic enim pecunia commutavit corpus Christi: Luterus verò & Protestantes, pane tantum laico, & vino è cuppa. Proterui & tumidi,





EPISTOLA

tumidi, & voluptatū amatores magis quam Dei: talis fuit Martinus Luterus, & tales è schola eius euaserunt: proterui quidem, quia temerè, quæcunque eis placent, tradunt. ex quo factum est, vt nec inter ipsos conueniant: sed potiùs variè, ac in præcipuis quidem articulis, atque adeò in ipsis Sacramentis, variè inter se dissident, vt ex libro Frederici Staphyli Prusienfis de concordia Luteranorum perspici potest. Tumidi verò, quia nõ acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ. hos enim ait Apostolus tumidos esse siue superbos, vt interpres vetus vertit idem verbum Græcum in priore episto. ad Tim. quæ enim magis pia doctrina esse potest, cui tamen nõ acquiescunt Luterani, quàm de cultu Sanctorum, cum totus alioqui ad cultum & honorem Dei referatur? cuiusmodi cultus vt à sanctis apostolis traditus est, ita per omnes ecclesias tum Oriētis, tum Occidentis semper ab initio celebratus est. Idem de cultu imaginum dicendum est, ac de precibus Sanctorum, quas pro nobis adhibent. Voluptatum verò amatores magis quam Dei, sunt, quia vt ieiunia & legem cælibatûs, laqueos conscientiæ numerent & appellent, & libertatem euangelij in horum contemptione promittant, non amor Dei, vt fingunt, sed cupiditas voluptatū mouet. Postremum, quod Apostolus in illa sua de nouissimis diebus prædicatione addidit, est, Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. quo nihil

N V N C V P A T O R I A.

nihil expressius de Lutero, & ab eo profectis Protestantibus prænunciari potuit: neque quod magis in eos quadret. Vt enim exemplis hoc doceamus, habent speciem quandam pœnitentiæ, sed virtutem eius negant, dum tradunt, non opus esse enumerare peccata, cum Dominus dicat per prophetam: Dic tu peccata tua primus, vt iustificeris: vel, vt est in interpretatione vulgata: Narra, si quid habes, vt iustificeris. & dum tradunt, contritionem non mereri veniam, cum dicat Apostolus: Tristitia secundum Deum, pœnitentiã in salutem stabilem operatur. Itẽ dũ tollunt satisfactiones, cum Apostolus pœnitentiã Corinthiorum laudet, q̄ operata esset vindictam, quã scilicet Corinthij de peccato cõmissio sumpserant, quæ erat satisfactio. Similiter speciem iustificationis habent, quia fide tradunt hominem iustificari: sed virtutem eius abnegant, dum dicunt, sola fide, sine operibus scilicet, iustificari: cum secundum Apostolum, illa tantum fides in Christo valeat, quæ est per dilectionem in actione posita. hoc enim significat *πίστις δι' ἀγαπῆς τῆς γεινῆς*, vt à me in dogmatico de iustificatione, pluribus noui testamenti exemplis collatis, demonstratum est. Nullam itaque vim istorum pœnitentiæ & iustificationis habent, sed speciem quandam inanem. vtraque enim mortua est, & pœnitentiæ, & iustificationis. Idem de Ecclesia dicendum est, speciem eius habere Protestantes, quia habent baptismum, & baptizatorum cœtus: sed virtutem eius negant, quia sacerdotes in ca non ha-



EPISTOLA

bent, quippe qui episcopis carent. ex quo simul fit, ut  
quanuis speciem Eucharistiæ habere videantur, virtu-  
tem tamen eius non habeant, nec habere possint: im-  
mò, quod magis mirandum est, ipsi illi Confessionis-  
tæ, nolentes & nescientes confitentur habere se spe-  
ciem Ecclesiæ, virtutem tamen eius negare. Quid enim  
aliud, nisi hoc, Philippus confitetur, cum in responsio-  
ne ad articulos Bauaricæ inquisitionis articul. vj. Re-  
spondeo, inquit, Ecclesias nostras confessionem am-  
plectentes, hoc tempore veram Dei Ecclesiam esse.  
Cur dixit, hoc tempore? nempe, quia sciebat, tempore  
patrum suorum non fuisse illam suam Augustanam  
confessionem. Fuit igitur tunc alia Ecclesia, quia alia  
confessio: id est, alia fides. ac proindè negavit Philip-  
pus, ecclesiam sui temporis amplectentium confesio-  
nem Augustanam, habere virtutem veræ Ecclesiæ, licet  
speciem quidem haberet: quæ enim virtutem habet  
veræ Ecclesiæ, non mutatur: ità, ut alio tempore non  
fuerit ecclesia, quia fuerit alia eius confessio: & hoc  
tempore sit, quia alia item confessio. vel ipsa igitur ap-  
pellatio confessionis Augustanæ testimonio est, non  
habere eos veram Ecclesiam, qui eam confessionem  
tenent. Ecclesia enim vera, semper fuit vnus confes-  
sionis, quia vna fides, & vnus baptismus, vnus Deus.  
At confessio Augustana non fuit ante Martinum Lu-  
terum, ergò ecclesia Augustanæ confessionis non est  
vera ecclesia, sed species falsa ecclesiæ à Lutero inuen-  
ta, &

N V N C V P A T O R I A

ta, & ficta. Hos igitur libros duos, quibus ego contra  
confessionis Augustanæ professionem, Ecclesiam  
vtriusque Germaniæ ab initio Christianæ in ea religio-  
nis institutam, & vsque ad Martini Luteri tempora  
continuatam, ministrorumque eius ordinationes de-  
fendo, meritò tibi Ioannes Egolphe præsul lectissi-  
me, ac domine venerande, dicaui, quòd tua cathedra  
Augustana in testimonium sit confessionistis, qui  
quanuis ad tollendum sacrificium, & venerationem  
sanctarum imaginum, sacrarumque cæremoniarum  
cultum, ac successionem episcoporum, & hierarchicas  
eorum ordinationes, duce Martino Lutero conspira-  
runt, in ea tamen ciuitate, quam velut alteram Samari-  
am à principio facere voluerunt, & in ea tanquàm in  
Bethel, quæ domum Dei significat, aut Dan, quæ iudi-  
cium, deletis Catholicis sacerdotibus, vitulos suos in  
ecclesia maiore collocare conati sunt: ibi enim Marti-  
nus Luterus nouus Ieroboã librù edidit hac inscriptio-  
ne: Admonitio ad ecclesiasticos Augustæ in dicta Impe-  
riali cõgregatos: in quo libro episcopos, & ecclesiæ cæ-  
remonias & instituta, vsque ad eò vituperat, ut ad cõmo-  
uendos animos in clerù nihil vehementiùs, ut his ver-  
bis Laurentius Surius testatur, scribi potuerit: in ea ta-  
men, dico, ciuitate nunq̃ efficere potuerunt, quin rema-  
neret cathedra episcopi, & Clerus: & vsq; in hodie-  
num diem sacrificium, & sacræ cæremoniæ, & cætera  
omnia ecclesiastica, quæ à maioribus tradita fuerant,  
retine-



EPISTOLA NVNCVPATORIA.

retinerentur, & religiosè ac piè conseruarentur. quod multo adhuc diligentius & studiosius, te Præsidente & pastore, deinceps futurum est. Ad hanc enim spem antiqua & insigni pietate ac doctrina, & tua in primis uocatione diuina erecti sumus. non enim sumpsisti tibi honorem, sed per Capitulum cleri tui canonicè more maiorum à Deo uocatus es: mox etiam Dei gratia mediante per impositionem manuum plurium episcoporum apostolicè ordinandus, ut tanquàm bonus pastor per ostium ad ouile ingressus, diligenter agnoscas uultum pecoris tui: tuosque greges, ut scriptura sancta monet, consideres: ut quod perierat, requiras: (facti enim sunt plurimi, iuxta prophetiam Ezechielis, in rapinam, & oues in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quòd non esset pastor) quod abiectum, reducas: quod fractum, alliges: quod infirmum, confolides: quod pingue & forte, custodias: & pascas oues in iudicio. Quod ut diu feliciterque facias, & populus tibi pro salute eius excubanti obediat, ut cum gaudio, & non gemens hoc facias, Societas nostra, quæ tibi est deditissima, tuique studiosissima, semper Deum, ut meritis es, precabitur. Sed aggrediamur iam, quod nobis propositum est.

INDEX

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI.

- Quomodo demonstratur, non esse Ecclesiam, ubi Protestantes esse dicunt: & quomodo ipsi non possunt habere fundamentum prophetica & apostolica doctrina, uel suo testimonio. Caput I.
- Quomodo Ecclesia à beato Cypriano descripta, per euangelium & Paulum eius interpretem demonstratur: & quomodo regnum Dauid in Christo ad Ecclesiam translatum sit, & quòd omnis Ecclesia, ut Catholica sit, necesse est, ut sit pars regni Dauid ad Christianos translata. Cap. II.
- De regno Christi in terra secundum humanitatem, uerum per Pont. an per reges Christianos illud regnet Christus: & quomodo uera ecclesia esse non possit ea, quæ primæ cathedræ Petri non adheret. Cap. III.
- De ordinatione episcopi à tribus episcopis faciendâ, & quare uia cautum sit, & quemadmodum tales sint secundum euangelium in ecclesia Catholica episcopi sic ordinati: quales rursus Protestantes apud suos esse non possunt. Cap. IIII.
- Quemadmodum arca Noe typus ecclesiæ fuerit, idq; beatus Petrus interpretatus sit: & quomodo inde concludatur, non habere ecclesiam Protestantes. Cap. V.
- Quemadmodum linteum beato Petro ostensum typus ecclesiæ Catholice fuerit, eodem Petro interprete, & quomodo ex ipsa beati Petri interpretatione illius uisionis demonstratur, non habere ecclesiam Protestantes. Cap. VI.
- De ecclesia Catholica per omnes mundi partes diffusa: & quomodo partes eius non sint, nec esse possint Protestantium ecclesiæ, quas ipsi uocant: & quid Selneccerus confessionista, sibi & uerbo Dei repugnans, de ecclesia scripserit. Cap. VII.
- De unitate ecclesiæ Catholice, & de principio necessario unitatis eius, ducto ex natura, & ratione, & scriptura: & quemadmodum Philippus sua de ecclesia sententia ad constituendum unum caput ecclesiæ visibile cogatur: & de ministris Protestantium, quomodo nec ad ecclesiam, nec ad



## INDEX CAPITVM.

- ad oues Christi pertineant secundum scripturam. & de analogia corporis humani comparati cum ecclesia. *Cap. VIII*
- De argumentis ministrorum Heluetiae contra primatum episcopi Romae item de argumentis Philippi & Illyrici, & quomodo suis argumentis redarguantur, & de sexto Canone Synodi Nicenae contra primatum ab Illyrico obiecto, & in eum retorto. *Cap. IX.*
- De testimonijs sanctorum Patrum, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, ab Illyrico in primatum ignoranter & malitiose citatis, quibus mendacium eius planè redarguitur: & de festis diebus cathedrae Petri Antiochena & Romae, quid Illyricus fatuè obiecerit in primatum, item de ijs, quae idem Illyricus ex Synodo Carthag. contra primatum opponit, & quemadmodum de ipsis illis, quae in primatum producit, mentiri conuincatur. *Cap. X.*
- De successione ordinaria episcoporum in ecclesia Catholica, ex scripturis sanctis, & de necessitate ac utilitate eius: & quales sint ministri Protestantium sine origine, & sine successione: & de ordinatione, à Lutero presbytero tantum instituta, & facta contra testimonium scripturae ad exemplum audaciae chorepiscoporum, quos Leo primus accusat, & Basilius. *Cap. XI.*
- De controversia Iudaeorum cum Samaritanis de templo, à Ptolemaeo rege dijudicata ex successione pontificum veteris legis: item de successione ordinaria pontificum Romanorum, à quibus antiquis patribus citata sit pro testimonio apostolicae traditionis contra hereticos: & de successione schismatica episcoporum à Donatistis affectata, & de malis insequi solitis, intermissa successione legitima episcoporum, à Sidonio Apollinare notatis. *Cap. XII.*

## POSTERIORIS LIBRI

### CAPITA.

**Q**uomodo Protestantes probeant ius ordinandi ministros, ad populum, & magistratus pertinere, locum in Actis prauè interpretando: & quid populus in ordinationibus efficere possit: & quomodo argumentis, quibus

## INDEX CAPITVM.

- quibus suas ordinationes probare volunt Protestantes, planè conuincantur, & de officio magistratus secularis à capite repetito, ut planum fiat, non posse suffragio eius ordinari ministros ecclesiae. *Cap. I.*
- De testimonijs Synodi Constantinop. & Valentini, quae Protestantes contra ordinationes suas nescientes citant, & de confirmatione ordinationis episcoporum ad Pont. pertinente. Item de testimonio ecclesiarum Graecarum & Latinarum in Synodo Oecumenica contra ordinationes Protestantium, & de ijs, quae Simeon Thessalonic in magistratus scriptis, qui ius sibi in translationibus saltem episcoporum arrogabant, & in eos, qui patriarcham ab Imperatore fieri aiebant. *Cap. II.*
- De locis scripturae alienissimis, quibus Philippus ordinationes Lutheranas probare vult, & quales sint ministri verbi apud Protestantes, & quemadmodum suis argumentis, & testimonijs, quae citat Philippus, idem planè conuincitur, item quibus exemplis Selneckerus confessionista ordinationes Protestantium probet, quomodo ipse sibi repugnet, & ordinationes suas redarguat, & nostras probet: & quid beatus Cyprianus de ordinationibus scripserit. *Cap. III.*
- De reliquijs ecclesiae, quas nobis Protestantes concedunt, multiplex earum confutatio secundum scripturas, & quemadmodum Donatistas imitentur, & sibi variè repugnent. *Cap. IIII.*
- De comparatione reliquiarum ecclesiae cum tempore Antichristi, quam faciunt Protestantes contra scripturam: & de multis vocatis, & paucis electis explicatio in parabola de operarijs: item de Antichristo, & de Antichristis qui sunt, & ubi, & quomodo lesum soluant multis testimonijs scripturae & argumentis. *Cap. V.*
- De criminibus, quae diuersis temporibus ecclesiae Graecorum ecclesiae Romanae obiecerunt, quomodo earum testimonium in nos citatum, in Protestantes retorqueatur: ac primum de coelibatu, de quo quid secundum verbum Dei & veterum Synodorum canones tenendum sit. *Cap. VI.*
- De multiplici criminatione ecclesiarum Graecarum in ecclesiam Latinorum, & de totidem testimonijs eorum in Protestantes in ieiunijs, in Chrismate, & in unctione episcoporum. *Cap. VII.*
- De testimonio ecclesiarum Graecarum in Protestantes de quadragesima, & sacrificio altaris, & de testimonio antiquo vtriusque Germaniae in ecclesiae



## INDEX CAPITVM.

- ecclesias Græcorum super criminibus falso in ecclesiam Romanam obiectis. & de Synodo Moguntina antiquis. & decretis eius in Protestantibus, de sacrilega direptione monasteriorum, & incestu Nionialium, à Deo seuerissime vindicatis. *Cap. VIII.*
- De alijs ecclesiarum Græcarum in ecclesiam Romanam falsis criminationibus: item de Græcarum ecclesiarum cum Latinis concordia in decretis Synodi Florentinæ in Protestantibus de satisfactionibus, Purgatorio, primatu, de primatu quid synodus Chalcedon. & quid syn. Nice. & de fide pontificis Rom. nunquam defecta. *Cap. IX.*
- De Missa pro viuis & defunctis ex verbo Dei, & quomodo qui eas negant, nolunt Christum mediatorum esse amplius. Quid Simeon Thessalonice de mediatione Christi scripserit in Protestantibus, & de opere operato ipsius Missæ. *Cap. X.*
- De repugnantijs Protestantium, quibus planè redarguuntur in reliquijs ecclesie, quas ponunt, & in idololatria, quam Catholicis obijciunt, & de orationibus Sanctorum pro nobis, ex epistola beati Petri, & de ordinibus minoribus. *Cap. XI.*
- Ordinationem Suffraganeorum in ecclesia Romana non esse absolute sine titulo, & cur ordinentur Episcopi ecclesiarum occupatarum. Canonis concilij Chalcedonensis ratio de non ordinandis episcopis absolute. & quare inbeatur ire ad ecclesiam, cuius occupata sit ecclesia, fabula item conficta ab Andrea de promissione ordinati refutatur. Repetitione eorum, quæ ab eodem in libris de hierarchicis ordinationibus dissimulata sunt. *Cap. XII.*



INDEX

INDEX LOCORVM SACRAE  
SCRIPTVRAE HOC VOLVMI NE  
EXPLICATORVM.

- Psalm. 67. Accepit dona in hominibus. 306.
- Sap. 6. Potentes potenter tormenta patienter. 290.
- Esaiæ 11. Repleta est vniuersa terra, vt cognoscant Dominum, sicut aquæ maris operientes, &c. 185. 186.
- Esaiæ 25. Bibent vinum, bibent latitiam, unguento videntur. 221.
- Esaiæ 59. Verba, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, &c. 101. 102.
- Ezechiel. 34. Eccc ego iudicabo inter ouem & ouem, & inter arietem & arietem. 50. 52.
- Zachar. 13. In illa die erit fons patens domui David, &c. 198. 199.
- Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, &c. 12. 13. 28.
- Matth. 16. Tibi dabo clauis regni caelorum, &c. 85. 86. 87.
- Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 10. 11. 248.
- Matth. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. 189.
- Matth. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. 279.
- Luc. 22. Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est corpus, &c. 258.
- Luc. 22. Et tu aliquândo cōuersus, cōfirma fratres tuos. 75. 90.
- Luc. 24. Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. 103. 104.
- Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas. 118.



IN LOCA SCRIPTURAE

- Ioan. 21. Pasce oves meas. 51. 74. 247.
- Acto. 10. Vidit linteum magnum quatuor initijs submitti de caelo in terram, &c. 32. & seq.
- Acto. 13. Erant autem in ecclesia, quae erat Antiochia, prophetae & doctores, &c. 302. 303.
- Acto. 14. Cum constituissent illis presbyteros per singulas ecclesias, &c. 127. 128.
- Acto. 20. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. 291.
- 1. Cor. 5. In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu. 11.
- 1. Cor. 7. Bonum est homini mulierem non tangere. 206.
- 1. Cor. 12. Non potest dicere caput pedibus, Non estis mihi necessary, &c. 180. & seq.
- 1. Cor. 12. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, &c. 53. & seq.
- 1. Cor. 14. Conuincantur, & dijudicentur ab omnibus, ut cadentes in terram, adorent Deum. 182.
- 1. Co. 15. Spiritualis iudicat oia, & ipse a nemine iudicatur. 180.
- 2. Cor. 10. Arma nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, &c. 61.
- Galat. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spirituali lenitatis. 59.
- Ephes. 2. Super aedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. 4.
- Ephes. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis, &c. 286.

Ephes.

SACRAE EXPLICATA.

- Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. 60. 61.
- Philip. 3. Veruntamen ad quod praeuenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. 298.
- Colof. 2. Nemo vos iudicet in cibo & potu. 193.
- 2. Thessal. 2. Et nunc quid detineat, scitis, ut reueletur in suo tempore. 195. 196.
- 1. Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per impositionem manuum presbyterij. 21.
- 2. Tim. 2. Commenda hoc fidelibus hominibus, qui sunt idonei ad docendum alios. 152.
- Tit. 1. Oportet episcopum esse continentem. 208.
- Tit. 1. Reliqui te Creta, ut constituas presbyteros per ciuitates. 166. 167.
- Tit. 3. Subuersus est, & proprio iudicio condemnatus. 6.
- Hebr. 13. Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt, &c. 102.
- Hebr. 13. Habemus enim altare, de quo edere non licet ijs, qui tabernaculo deseruiunt. 257.
- 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanae creationi. 169.
- 1. Pet. 5. Pascite gregem, qui in vobis est. 50.
- 1. Ioan. 2. Et vos chrisma quod accepistis ab eo, maneat in vobis, &c. 218.
- 1. Ioan. 4. Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, &c. 196. & seq.

INDEX

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI TVR- RIANI LIBROS, COPIOSISSIMVS.

**A**  
Abſtinentia Catholicorū à qui-  
busdam cibus quomodo &  
qua ratione fiat fol. 193.  
Adorandam imaginem Chriſti qui  
negat, quomodo ſolum ſoluat 198.  
adulterium quomodo antiqua Sa-  
xonia punierit 237.  
Africanis patribus quæ Illyricis  
objiciat contra primatum 91. ab  
iſdem anathematizatus 96.  
Ambroſium contra ſe citant Prote-  
ſtantes 273.  
Andreas Freyhub ridiculè interpre-  
tatur Cyprianum 132. eò violen-  
ter retulit, quò non pertinebat,  
verbum *χρησισ* 127. ſibi repu-  
gnat & nobis conſentit 178. ſibi  
contradicit, & ſcripturæ ſanctæ  
186. conuincitur ſua conſuſione  
128. eius hiſtrionica narratio 277  
antichriſtum qui Pontif. Rom. bla-  
ſphemè faciunt, quomodo Deū  
faciant mendacem 195.  
antichriſti qui nunc ſunt, & vbi 196.  
eius iniquitatis myſterium quo-  
modo ià operetur 196. de eo quæ  
à Daniele prædicta ſunt, quomo-  
do in Luterum magis quadrent  
vt in eius præcurſorem 195.  
antuerpienſes miniſtri merito tene-  
ram vocant ſuam eccleſiam 45.  
Apoſtolus quomodo docuerit, vnū  
caput eſſe viſibile in myſtico  
corpore eccleſiæ 285.

apostoli ſemen Dei 102. cur in die  
Pentecoſtes ſint ordinati 304.  
apostoli illud, Nemo vos iudicet in  
cibo & potu, quorſum pertineat  
193.  
apostoli & prophete, quos maiores  
Proteſtantium à principio ha-  
buerunt, quæ moneant 292.  
apostolorum ſucceſſores, ſemen ſe-  
minis Dei 102.  
apostolorum & prophetarū ſerica  
& cõtinuatio cur in eccleſia con-  
ſeruetur 310.  
Arca Noe fuit typus eccleſiæ 27.  
archidiaconi interrogatio in ordi-  
nationibus miniſtrorum eccle-  
ſiæ 130.  
Augustini teſtimonium quomodo  
intelligendum, quod ab Illyrico  
contra primatum citatur 85, 87.  
**B**  
Baptiſmus in nomine Domini  
Ieſu quid 216.  
baptiſmus Proteſtantium eſt  
verus baptiſmus ſit, non tamen  
eſt ſimilis formæ cum arca Noe  
28. 31.  
baptiſma chriſmate conſummatum  
220.  
baptiſmatis vnus quæ ſine tres  
meriones 33.  
baptizatos quomodo Proteſtantes  
apoſtolicarum manuum impo-  
ſitione priuent 216.  
Bartholomæi Bononiensis Domi-  
nicani,

## TVRRIANI LIBROS INDEX.

nicani, præclarum exemplū 276.  
baſilij epistoła de chorepiscop. 110.  
S. Bonifacius apoſtolus Germaniæ  
primus archiepiscopus Mogun.  
165. 251. 293.

**C**  
Celibatus ſecundum legem di-  
uinam neceſſarius in gradi-  
bus miniſtrorum, nõ ſolum  
ratione voti taciti, ſed conſecra-  
tionis 211.  
celibatuum eccleſiæ Rom. qui auſi  
fuerint olim reprehendere 203.  
Caluinus canonem ſynodi Laodi-  
cen. præuè expoſuit 171.  
caluini conſeſſio de ordinatione in  
Proteſtantes 302.  
calumnia Proteſtantiū deprehensa  
ſimul & oppreſſa 252.  
canon ſynodi Chalcedon. 28. apo-  
cryphus 78.  
canon concil. Carthag. 2. vt mini-  
ſtri ſacri ſint continentes in omni-  
bus 207.  
canon Nic. Synodi de chorepisco-  
pis, & eorum officio & honore  
107. & ſynodi Antioche. 109.  
canonis ſynodi Chalced. ratio, de  
non ordinandis episcopis abſo-  
lutè 274.  
canon 6. Niceni interpretatio 78.  
canonis concil. Carthag. V. inter-  
pretatio 206.  
canones, qui ſextæ ſynodi eſſe ferū-  
tur, ſunt apo cryphi 204.  
capitis humani analogiæ ad caput  
myſticum corporis eccleſiæ ex-  
plicatio 54. 55. ea conuincit vnū  
eſſe caput viſibile eccleſiæ Ca-  
tholica 54. 55.  
caſtriciu vinculo ſacri gradus mi-  
niſtrorum eccleſiæ propter con-

ſecrationem connexi lege diuina  
107. eius votum, in eccleſia Greg-  
corum ſemper ſanctiſſimū fuit  
209.  
caſtum pariter & continentem eſſe  
quid ſit 208.  
ex Cathedræ Petri ſeſto quid Illy-  
ricus delirè obijciat in prima-  
tum 88.  
catholici quomodo & qua ratione  
abſtineant à cibus ſanctè & reli-  
gioſè 193.  
catholicorum diligens ſtudium in-  
quirendi in fidem, cum ſuſpicio  
eſt 179.  
cauſa illic agi debet, vbi accuſato-  
res & teſtes eſſe poſſunt 82.  
cauſas episcoporum iudicari aliquā-  
dò ab alijs episcopis, non dero-  
gat quicquam primatui episco-  
pi Roma. 83. quādo ſit prouo-  
catio ad Pontif. Rom. ibid.  
Chriſma ſanctè & religioſè Græci  
colunt 214. ſacramentum confir-  
mationis ab apoſtolis vocatum  
217. qui illud magicū appellant,  
vt Proteſtantes, Chriſtum ap-  
pellant magum 217. Eſaiam vo-  
cant magicum prophetam 221.  
chriſmatis ſacramentum diuiniſſi-  
mum vt in imagine 218. vice im-  
poſitionis manuum apoſtolicæ,  
eccleſiæ traditum 221. quādo  
adhiberi ſoleat 220.  
chriſmate baptiſma conſummatum  
220.  
chriſtus opus operatum in Miſſa  
218. quomodo ſit in Euchariftia,  
& in Chriſmate 218. quomodo  
impleat promiſſionem manendi  
in eccleſia cum apoſtolis vſque  
ad conſummationem ſeculi 103.  
d quo-



IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI

quomodo gradus ordinu ecclesiasticorum ministerio humanitatis suae sacre honorauerit 307. semper mediator est apud Patre pro viuis & defunctis 260. Christi imaginem qui adorandam esse negat, quomodo Iesum soluat 198. christum in carne venisse, quomodo non satis confiteantur Protestantes 197. Clauium potestas a Petro coepit, & per eum in alios episcopos deriuatur 83. clemens Rom. que de ordinationibus scripsit, in Protestantes quadrant 172. Coene Dominicę mensam cur Apostolus altare vocauerit 257. Concilium, vide Synodus confessio synodi Moguntinę contra Confessionistas 231. confessionista, vide Protestantes congregari in nomine Domini qui dicantur secundum Euangelium 10. continens apud Paulum quis 208. continentes esse quibus in nouo testamento praeceptum 209. corpus Christi quid, & membra ex parte 53. Criminatio ecclesiarum Gręcarum in ecclesia Rom. falsa, & in Protestantes vera 227. earum criminatio in omnes mundi ecclesias 212. in Protestantes & nos 214. Cyprianus quod de Petro & exteris apostolis dixit, pari confortio pręditi honoris & potestatis, quomodo intelligendum 64. quomodo in eo intelligendus, quod redarguit Cornelium Papam 80.

cypriani martyris de falsis verbi ministris sententia 153. eius error circa sacramentum baptismi 6. cyprianum contra se citant Protestantes 271.

**D**avid thronus quomodo traditus sit pōtifici, & regibus Christianis 18.

Dionysium contra se citant Protestantes 270.

Doctrinę veritas vnde sit petenda 291.

doctrinę sanę traditio ex continuatione successionis ministrorum necessarię pendet 297.

donatistę acutiores quam Protestantes 119. de successoribus episcoporum gloriabantur 120.

donum & datum quid inter se differant 307.

**E**cclēsia fuit prior verbo Dei 2. 4. in arca Noe mysticę delineata 27. vbi sit 4. quare dicitur Catholica 42. vt Catholica sit, necessē est vt sit pars regni David 16. legitima non est, quę non agnoscat Pontificem 3. cur non sit vocatus populus cui lex data 3. quomodo sit corpus spirituale 58. 60.

ecclesia corpus spirituale, caput item spirituale sibi congruēs habet 60.

ecclesia non est, si sacerdotem non habet 2.

ecclesia a B. Cypriano descripta, per euangelium & Paulum demonstratur 10. 11.

ecclesia Catholica non potest dici totum corpus, si pręter Christum

TVRRIANI LIBROS INDEX.

sum caput, aliud caput non habet 300. ecclesia non tantum Romana, sed ecclesie Gręę Lutherum in sacrilegio & incestu condemnauerunt 237. ecclesia Constantinopolitana quid de capite vno visibili ecclesie Catholicę senserit 55. ecclesie vnum visibile caput Philippus confiteri cogitur 48. 49. eius corpus non potest esse totum visibile, si non habet caput visibile 57. eius signum esse negare, diffusam esse per vniuersum mundum, verbo Dei repugnat 41. ad eius integram rationem quid necessarię requiratur 34. eius caput & fundamentum quomodo Christus, & quomodo Petrus 56. eius nomine quando primū vsa sit scriptura veteris: & quando noua, & quare 20. eius etymon 43. 287. ecclesie nomen conuincit, non habere ecclesiam Protestantes 287. ecclesie singulę velut mansiones arce Noe 29. ecclesie Dei dilatatio per vniuersum orbem 37. ecclesie Catholicę vnum esse caput visibile, conuincit corporis humani analogia apud Paulum 53. 54. & ipsa natura docet 56. ecclesie Romanę magna laus, quod in crimine ponitur a Protestantibus 232. eius celibatum qui ausi sint olim reprehendere 203. ecclesie Gręę & Africanę testes in Protestantes in Chrismate & vntione episcoporum 225. ecclesie Gręę & Latinę testimo-

nium in synodo octaua, non pertinere ad magistratus laicos ius vocandi & ordinandi ministros ecclesie 146. ecclesie Gręę testes contra Catholicos citati, testimonium contra Protestantes dicunt 209. testimonium contra ipsos dant de Quadragesima, & sacrificio altaris 226. ecclesie Constantinop. testimonium de confirmandis vniuersis fratribus aliquando ab episcopo Rom. 75. ecclesie Protestantium, non sunt partes ecclesie Catholicę 43. ecclesie ministrorum colligatio secundum apostolum, qua Protestantes carent 285. ecclesiam Dei falso sibi vendicantes, quomodo exemplo sanctorum patrum redarguendi 38. ad ecclesiam Rom. pertinet, vt omnes omnium errores improbet: & omnes, q̄ seducunt, increpet 252. ecclesiam suam ministri Antuerpienses merito vocant teneram 45. ecclesiam si Protestantes hodie habent, octingentis annis ecclesia Germani cauerunt 235. ecclesiarum Gręcarum criminatio in omnes mundi ecclesias 212. in Protestantes simul & nos 214. in ecclesiam Roman. criminatio falsa, & in Protestantes vera 227. earum testimonium de ieiunijs pręscriptis, in Protestantes 213. earum multiplicia testimonia in Protestantes 214. 227. 241. earum sententia de vntione episcoporum 224. in Ecclesijs Gręcorum nemo post d 2 ordi-



## IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI

ordinem sacrum susceptū vxorem ducit 210.  
Electi qui vocentur in euangelio 189. multi sunt, sed proportione non electorum, pauci 189. 190.  
episcopus quomodo sit ciuitas supra montem posita 23. & quomodo lux mundi 24. & lucerna super candelabrum 25. & sal 26. quando congreget ecclesiam in nomine Domini 20.  
episcopus sine ecclesia, sed non sine necessitate ecclesie, ordinatus 275.  
episcopi arietes duces ouium 50. prophetę populorum 167. patres patrum 317. quare prophetę dicantur 303.  
episcopi non à populo aut à magistratu eligendi 324.  
episcopi Catholici quæ in ecclesijs suis catholice docent, hæc episcopus Roman. per illos in ecclesijs eorum docet 229.  
episcopi & presbyteri medici, & iudices spirituales 60.  
episcopi & presbyteri differētia 316  
episcoporum propria 23. autoritas & munus in ecclesia 5. eorum legitima successio, manifestum iudicium veri sacerdotij, ac veræ ecclesie 121. hæc extincta, quanta mala insequi soleant 121. interitus successio illorum, interitus sacerdotij 122. eorum interitus successio vbi est, desperatio est fidei interitus 122. per illorum vicariæ ordinationis successio voluit Dominus, vt certum haberemus de doctrina eius 103. quæadmodum hæc successio necessitate connexionis concludatur 104. quare sit Protestantibus odiosa 278.  
episcoporum totius Orientis ordinationes ab episcopo Rom. confirmari solitum fuisse, qui sint testes 159.  
episcoporum ordinatio, vide Ordinatio.  
Errores antiqui inter initia religionis Christianę in Germania 191. 193.  
Euangelicus Noe B. Petrus 29.  
in Eucharistia non sumptio tantum, vt Protestantes tradunt, sed etiam oblatio instituta 256.

**F**abula data populis Protestantium ab Andrea Freyhob 277. facultas ad inquirendum in vniuersos de fide Pontifici Rom. secundum Apostolicam traditionem tributa 249.  
Festi cathedrę Antiochenę & Romanę ratio 89.  
ex Festo cathedrę Petri quid Illyricus delirè obijciat in primatu 89  
Fides non defecit, Petro lapsa 248. eius fides ne deficiat, quomodo rogauerit Christus 246. cū pro fide eius, ne deficeret, Christus rogauit, pro fide successoris firmul rogauit 247. quare ea defecerit Protestantibus 247.  
fides Germanię antiqua 293.  
fidei sanitatem quid in ecclesijs Catholicorum semper conseruetur, & conseruet 234. eius vnitas, & dogmatum ecclesiasticorum consensio, quam diu in Germania durauerit 294.  
fidei nunquam deficiētis gratia quare Petro & successoribus eius collata 249.

fidem

## TURRIANI LIBROS INDEX.

fidem ecclesie nunquam defecturam esse, vbi Dominus promiserit 248.  
fideles omnes quæadmodum ad Petrum veniant secundum enigma visionis lintei, vsque ad Petrum venientis 36.

**G.**  
Germaniæ fides antiqua 293.  
germanię vtriusque testimonium antiquum in ecclesijs Græcas de ijs, quæ falsè in ecclesiam Rom. criminabantur 230.  
germanię fidei professio in synodo Moguntina 293.  
Græci schismatici meliores, quàm Protestantes 176. nihil noui in ecclesiam suam introduxerunt præter schisma vnionis 177. cur ecclesiam habeant est schismaticam, Protestantes verò penitus nullam 297. quare ministros in ecclesia sua habeant, Protestantes verò penitus nullos 300.  
Græcorum mendacium in nos commune cum Protestantibus 214.  
græcarum ecclesiarum, vide Ecclesie.

**H.**  
Hæretici an habeant Sacramenta 29. 36. 44.  
hæreticorum descriptio 177. nimia licentia in reprehendendo 203. malitia in citandis patribus 64. 85. 268. discrepantia in sacramentorum numero 8. eorum proprium, est omnium iudicio reuincantur, suo tamen nunquam 199.  
hæresum origo vnde 84.  
Hieronymus testis Protestantium, in ipsos testimonium dicit 270.  
hieronymi locus, contra primatum

ab Illyrico insipienter & mendose obiectus 96.  
Hircus cur pro peccato principis immolabatur 144.  
Hypodiaconorum admonitio de lege continentie 210.

**I.**  
Ieiunium Quadragesimæ ecclesie Græcæ religiosissimè seruant 226.  
Iesum qui soluunt, qui sint 196. 197. eum quomodo soluat, qui imaginem Christi adorandam esse negat 198.  
Illyricus quomodo Cyprianum testem contra se citet 80. & Augustinum 84. 85. & Hieronymum 96. quomodo primatum insanè oppugnet 68. quid ex festo cathedrę Petri obijciat delirè in primatum 88. quæ Africanis patribus obijciat contra primatum 91. neque canonem sextum concil. Nicen. intellexit, neque vim verbi primatus 72. testimonio suo reuincitur 70. mendacię arguitur 69. 91. redarguitur de ijs ipsis libris, quos citat 95. ab episcopis Africanis anathematizatus 96.  
Illyrici argumentatio sophistica 86. ignorantia 94. malitia 98. fraus & astutia in citando can. vj. Nicen. concil. 73. commentatio in legenda Petri 69.  
Imperatori nihil derogatur, quod à præfectis prætorio non liceret ad eum prouocare 95.  
Innocentius primus in eos, qui volebant sequi, quod ecclesie Rom. traditum erat 263.  
innocentij testimonium de ecclesia Rom.

d 3.



IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI

Rom. euangelica doctrina, sacramentorum vsu & ecclesiastica disciplina 254.  
Ioannis loci de Chrismatis sacramento interpretatio 218.  
Iudeorum cum Samaritanis controuersia de templo & sacerdotio, ex successione pontificu dijudicata 113. & 114.  
Iudicari aliquando ab alijs episcopis causas episcoporum, non derogat quicquam primatui episcopi Rom. 83.  
Ius ordinandi ministros mutabile est apud Protestantos 127.

L.

Ex quare iusserit offerri hircum 52.  
Luterus protoplastus Protestantium 119. Antichristi precursor 195. fecit, utque Paulus de constitutione hierarchie ecclesiastice scripsit, amplius ad protestantes suos non pertinerent 295. presbyter tantum, neminem ordinare potuit 165. episcopus non fuit, ac proinde ordinare presbyteros non potuit 112. quomodo fecerit, ut tertij ordinis a se facti esset 112.  
Luteri maior licentia & audacia in ordinando, quam illoru chorepiscoporum, quos Basilius accusat 111. eius vxor monialis ex monasterio Nymicensi 237.  
Luterum de sacrilegio & incestu condemnauit ecclesia Romana & ecclesia Græca 237. in eum quomodo quadrent, quæ Leo Magnus in chorepiscopos scripsit 106. in quibus ijs sit similis 109.  
in Lutero Aërius hæresiarcha reuincitur 315.

M.

Magistratus illi seuerissime a Deo puniendi sunt, qui populos ministris ecclesie fraudari patiuntur 290.  
magistratus quid in ordinationibus possit secundum scripturam 129.  
magistratus secularium in scriptura, hirci 52. 144.  
ad Magistratus seculares secundum ordinationem Dei quid pertineat 137.  
magistratus laici, qui ius eligendi ministros ecclesie habere volunt, & defendunt, facti sunt anathema in synodo Oecumenica 147.  
magistratum assensus in ordinationibus ministrorum quorsum spectet 143.  
Mala quanta insequi soleant, extincta episcoporum successione 121.  
Mendacium Græcorum in nos commune cum Protestantibus 214.  
Mensam coenæ Dominicæ cur Apostolus altare vocauerit 257.  
Ministri ecclesie non magis nunc a potestatibus seculi constitui possunt, quam olim a potestatibus gentilium Rom. 137. & sic a potestate seculi exeunt, ut a Capitolio sacerdotes 137.  
ministri verbi legitimi, qui sint 153.  
ministri Antuerpienses merito reuerentiam vocant suam ecclesiam 44.  
ministri confessionis Augustanæ, Antuerpiensis, Helueticæ, & similia, non pertinent ad oues Christi 51.  
ministri verbi apud Protestantos, quales sint 153.  
ministri Protestantium, vide Protestantium.

TURRIANI LIBROS INDEX.

testantium.  
ministros ecclesie constituendi potestas, quædam potestas pasce. di est 134. 137. 138.  
ministros ordinandi ius mutabile est apud Protestantos 127.  
ministorum ecclesie sacri gradus, vinculo castitatis propter consecrationem connexi lege diuina 207.  
ministorum Helueticæ contra primatum episcopi Rom. argumentatio 58. 61. 62.  
Missas pro viujs & defunctis qui negant, nolunt Christum iam amplius mediatorem esse pro eis, sed fuisse tantum 258.  
Monasteriorum directores antiqui patres quomodo appellauerint 236.  
in Monasteriorum & Monialiu violatores sacrilegos & incestuos horribilia supplicij exempla 239.  
Mosaici templi demonstratio ex successione pontificum veteris testamenti 114.  
Mysterium iniquitatis Antichristi quomodo iam operetur 196.

N.

Nicolai V. prænuntiatio de calamitate & seruitute Græcorum post reuersionem ad votum 243.  
Numero primum esse, & potestate primum, quid differant 65.

O.

Obedientia, quam Petro debent omnes ecclesie 35.  
Oblatio a Protestantibus expulsa, verbo Dei confirmatur 256.  
Offerendum esse pro viujs & mor-

tuis, ex verbo Dei liquet 257.  
Opus operatum in Missa, Christus 262.  
Ordinarij successores, per quos apostolica doctrina ab initio in nos deriuata est 291.  
Ordinatio episcopi occupatæ ecclesie quando fiat 273. in ordinatione eius qua ratione dicatur, Vade, prædica populo tibi commissio 274.  
ordinatio episcopi quare a pluribus fiat 22.  
ordinationis veræ signum in ecclesia Catholica quod sit 311.  
ordinationem Confessionistæ inter Sacramenta referunt 164.  
in Ordinatione ex autoritate Dei quid descendat 169.  
ordinationes episcoporum totius Orientis, ab episcopo Rom. confirmari solitum fuisse, testes qui sint 159.  
ordinationes Protestantium Senecceris tanquam profanas, nolens & imprudens condemnat, & nostras tanquam diuinas confirmat 164.  
ad Ordinationes veras discernendum, cur signum certum & immutabile datum 309.  
Ordines sunt duo distincti episcoporum & presbyterorum 270.  
plures sunt minores ordines ministrorum, authore Dionysio contra Protestantos, Dionysium in se citantes 270.  
Ordinandi episcopum ecclesie occupatæ ratio 273.  
ordinandi ius ministros mutabile est apud Protestantos 127.  
ordinari episcopum absolute, quid sit



IN DVOS SEQUENTES FRANCISCI

fit 275.  
ordinati ab episcopo, sunt verbi ministri 154.  
ordinati apostoli in die Pentecostes, & cur 304.

**P**alliū cur Metropolitanū à Pont. Rom. accipiant 232.  
Parabolę de operarijs in vineam conductis explicatio 190.  
Paschę etymologia 119.  
Pastores apud hæreticos non habent ostium, quo ingrediantur ad ouile 144.  
Patres sancti testimonio successio- nis ordinarię pontificum Rom. aduersus hæreticos qui fuerint vsi 117.  
Paulus quare ordinatus per impositionem manuum 302.  
Pauli & Barnabę ordinatio 303.  
Peccata poenitentium varię iudicanda secundum constitutionem Apostolorum 59.  
pro Peccato principis hircus immolabatur 144.  
Petre duplicis, & duplicis fundamenti distinctio 87.  
**B.** Petrus euangelicus Noe 29. quomodo fundamentū ecclesię 245. orationes promittit pro nobis post hanc vitam 266.  
petri oratio post hanc vitam pro nobis, aduocationis Christi ministra 267. eius fides nō deficiat, quomodo rogauerit Christus 246. cum pro eius fide, nō deficeret, Christus rogauit, pro fide successoris simul rogauit 247.  
petro omnes oues sunt commissa 74. eo lapsō, non defecit fides 248.

petro & successoribus quare gratia fidei nunquam deficientis collata 249.  
Philippus alienis scripturę locis nititur probare ordinationes Protestantium 151. 152. 154. illis conuincitur, falsas & suppositas esse ministrorum Protestantium ordinationes 156. dum Protestantium ordinationes & ministerium defendere vult, magis coarguit 155. quomodo redarguatur ex epistola quam citat 157. conscientia conuictus, quomodo confessus sit, habere primatum episcopum Rom. 67. consisteri vnum caput ecclesię visibile cogitatur 48. 49. in mendacio impudenter deprehensus 156.  
philippi de primatu episcopi Rom. responsio 66. eius argumeta pro laicis sacerdotibus 153. 154.  
Pontifex summus, Petri successor 17.  
pontificis Rom. autoritas 52. eius est confirmare ordinationes episcoporum 141.  
pontifici Rom. facultas ad inquirendum in vniuersos de fide secundum Apostolicam traditionem tributa 249. ei qui non obediunt, non pertinent ad oues beato Petro à Christo commissa 232.  
pontificem Rom. qui Antichristum blasphemę faciunt, quomodo Deum faciant mendacem 196.  
pontificem non posse errare in fide cum ijs, qui eum sequuntur, quia sit 247.  
pontificum Rom. successio quantum vni habeat ad probandum verum

TURRIANI LIBROS INDEX.

verum sacerdotium & veram ecclesiam 117.  
Populus quid in ordinationibus possit secundum scripturam. 129.  
populi assensus quorsum spectet in ordinationibus ministrorū 130. 143. eius consensus non excluditur apud nos, vt Protestantes inuidiose fingunt 131. eius consensus in ordinationibus ministrorum requiri aliud est, aliud, propria eius suffragia 131.  
populi israel iudices non auctoritate magistratus, neque suffragio populi, sed à Deo electi 325.  
populo quę verba tribui soleant in eligendis ministris ecclesię, & quę ijs, qui auctoritatis suffragium habent 135.  
ad Populum pertinet non pascere, sed educi ad pastum 134.  
Potestas spiritualis non datur per legem seculi 132. in illius creatione qui propria & legitima suffragia ferunt, potestatem spiritua- lem conferunt 132.  
potestas clauium à Petro cępit, & per eum in alios episcopos deriuatur 83.  
potestas constituendi ministros ecclesię, quędam potestas est pascendi 134.  
potestatis secularis munus à capite repetitum 136.  
potestates diuinę creationis, & potestates humanę creationis 135.  
potestates ecclesiasticę, diuinę creationis 169.  
à Potestatibus seculi non magis nūc ministris ecclesię constitui pos-

sunt, quàm olim à potestatibus gentium Rom. 137. & sic à potestate seculi exeunt, vt à Capitolio sacerdotes 137.  
presbyteri, patres filiorum 317. doctores notitię Dei, & episcoporum adiutores 153.  
presbyterij nomen quid significet 23. 163.  
presbyteri nomen quare commune sit episcoporum 22.  
presbyteri & episcopi, medici & iudices spirituales 60.  
Primatus Romanę sedis 242.  
de Primatu Romanę sedis, sextę synodi testimonium 244. auctoritas synodi Nicenę de eodem 246. & sexcentorum episcoporum in synodo Chalcedonensi testimonium 244. & Gręcarum ecclesiarum 243.  
Professio fidei Germanię in synodo Moguntina 293.  
Prophetia Esaię de sacerdotibus noui testamenti expressa, & de patrimonijs ecclesiarum, ad effectum planę perducta in ecclesijs Catholicorum, non apud Protestantes 310.  
prophetarum veteris & noui testamenti officium 4.  
Protestantes habentes ecclesiam, hæreditatem Christi defraudant 20. nobis reliquias ecclesię concedunt 179. sed dum in nobis cas agnoscere negant, mendacem faciunt prophetam 184. & quę de ijs tradunt, cum scriptura, naturę sensu, rerum experientia, & promissis Dei & eius fide pugnant 184.



### IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI

184. secūm pugnant, ecclesiam nobis concedentes, & rursū negantes 177. coguntur confiteri, aut se in ecclesia Catholica non esse, aut vniuersam gentem Germanicam ab initio susceptæ fidei Christi vsque ad Luterum, extra ecclesiam perisse 231. conuicti, confitentur non perisse ecclesiam apud nos, vt olim Donatistæ 184. si hodiè ecclesiam habent, octingentis annis ecclesia Germani caruerunt 235. ecclesiam faciunt corpus polycephalon 301. non coherrent ecclesie 46. non habent ecclesiam 31. eos non habere ecclesiam, ipsum ecclesie nomen conuincit 287. non possunt ostendere in ecclesia sua, successores eorum graduum ministrorum, quos Deus in ecclesia constituit vsque ad consummationem seculi 289. non habent ordinationē, presbyterorum 161. quid excusent, cur à Catholicis non petant ordinationes 312. non habent verbi ministros 296. 300. neque verbum Dei 296. Christum secum manentem non habent 104. à Deo patre & filio & spiritu sancto recesserunt 298. dignitati, authoritati, vtilitati, & sanctitati legationis pro Christo infinium detrahunt 263. Christum magicum appellant, & Christum magum 217. vnà cum Sacramento Confirmationis relicto, fidem reliquerunt 233. ponunt bonum, malum: lucem, tenebras, cum pietatem erga Deum ex cultu imaginum idolo-

latriam ponunt 265. vniuersa mundi ecclesijs repugnant propter superbiam, & contumaciam vnius monachi apostate 146. sunt peiores, quàm Græci schismatici 176. Donatistarum & Cresconij Grammatici imitatores 180. 181. crudelitatem Catholicis obijciunt, vt olim Donatistæ 178. peiores quàm Donatistæ in contemptu Christianis 222. minus Deum timentes quàm Donatistæ 223. partim meliores, partim peiores quàm Donatistæ 188. in quibus sint Donatistis similes 68. exemplo Donatistarum de paucitate gloriantur 186. noui Sichimitæ in creandis suis ministris 169. quomodo Samaritani 114.

Protestantes cur non sint superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum 5. quàm diu non se referunt ad vnum visibile caput ecclesie, non possunt manere in vnitatem ecclesie 287. quomodo non satis confiteantur, Christum in carne venisse 197. quomodo Apostolica manuum impositio ne baptizatos priuent 216. quomodo nunquam intelligere volunt, non poni à nobis aliud caput præter Christum, nec aliud fundamentum 245. quomodo ipsi testes esse possint, falsum esse crimen idolatriæ, quod in ecclesia nostra Philippus finxit 67. quales producant testes 251. testatione suorum testium iugulari 242. Ambrosium testem contra

### TURRIANI LIBROS INDEX.

contra se citant 271. Dionysium 270. & Cyprianum 271. 169. vocationem ab ordinatione non distinguunt, vt decipiant 136. suffragium petitionis, à suffragio potestatis non separant 136. nullas nuptias honorant 214. profitentes sequi se fidem Damiani Pont. quomodo in duas partes claudicant 65. Protestantes digni ministris laicis 166. apud eos quales sint ministri verbi 153. apud Protestantes non potest ecclesia facere augmentum corporis in ædificationem sui in charitate 317. non sunt charismata varia potestatis ecclesiæ distributa ministris 300. apud eos nullus est, cuius officij & potestatis sit ministros monere & hortari 317. quales sint apud eos ministri verbi 153. digni ministris laicis 166. protestantes baptizati, vt Nouatus, sine sacramento Chrismatismis 219. in Protestantes ecclesiarum Græcarum testimonium de Chrismate 214. 219. in eos quàm bene quadrent, quæ Athanasius in Arrianos scripsit 213. protestantium inuidia 131. eorum calumnia deprehensa simul & oppressa 252. eorum argumentatio ex authoritate Cypriani, in ipsos retorquetur 63. 64. protestantium argumenta ad probandum, requiri suffragia populii in ordinationibus ministrorum 132. 133. exempla ad pro-

bandum suas ordinationes, quibus maximè refelluntur 169. 161. protestantium ecclesie, non sunt partes ecclesie Catholice pag. 43. protestantium baptismus etsi verus sit baptismus, non tamen est similis formæ cum arca Noe 28. quid requiratur, vt sit ei similis 31. protestantium Superintendentes & ministri, quare non possunt esse ciuitas super montem posita, 24. neque lux mundi 25. neque lucerna super candelabrum 25. nec sal 26. nec pars ecclesie Catholice 37. protestantium doctores, in patres & magistratus suos impij 213. protestantium patroni repugnantia 264. eorum defensor cogitur confessione sua concedere reliquias ecclesie perisse apud Catholicos, quod prius negauit 265. testimonium Ignatij citat, ordinem presbyterorum distinctum esse ab ordine episcoporum, contra protestantes 269. si birepugnat, & nobis consentit 178. gladium eduxit, quo se iugulauit 142. protestantium quales per Turriani quæstiones constrictio 330. protestantium magistratus quid qua in re committant atque audeant 330. protestantium dempto exemplo, quid nulli vnquam tentarint heretici 331.



IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI

protestantium ministri nullam originem habent 105. originem vocationis & ordinationis suæ ex stirpe laica ducunt 321. non possunt esse successores Apostolorum 105. sunt arietes sine pastore 51. 234. & noui Abimelech 169. quomodo Abimelech imitentur 327. non sunt bonæ simiæ Catholicorum sacerdotū 261. suas ordinationes ipsi potius foedissime contaminant, quod nobis falsò obijciunt in nostris 318.

protestantium ministrorum sacrilegum scelus 210.

in Protestantium rebellium signum conseruatur in ecclesia series & continuatio Apostolorū & Prophetarum 310.

protestantium ordinationes, vide Ordinationes.

à Protestantibus omnes maiores suos damnari, resluctu & lachrymis digna 293.

Prouidentia Dei aduersus negantes primatum episcopi Romani 77.

Purgatorium 241.

**Q**uadragesima in Germania ante annos octingentos 233. quadragesimam ecclesie Græcæ religiosè seruant 226.

**R**egnum, post reditum è Babilone, cum sacerdotio copularum 116.

regnum Christi in terra secundum humanitatem, per pontifices regit Christus 18.

regnum Christi secundum promissio-

nes patribus factas amplissimum, quomodo Lutherus in duas Germanias non totas conclusit 45.

regnum Dauid, quomodo fit translatum ad ecclesiam in Christo 13. 14.

Religio votorum castitatis, in ecclesijs Græcorum semper sanctissima fuit 209.

Reliquias ecclesie nobis Protestantès concedunt 179.

**S**acerdotium Leuiticum olim à Iudæis contra Samaritanos, ex successione pontificum probatum 115.

sacerdotij veri ac veræ ecclesie non est manifestius indicium, quam successio legitima episcoporum 121.

sacerdotes Protestantium meri laici 320.

sacerdotum ordines, duo 98. ante legem qualis fuerit eorum vocationis 327. eorum iudicium iniungenda poenitentia 59.

Sacramentum confirmationis 233. ab Apostolis Chrisma vocatum 217. qui illud magicum appellant, vt Protestantès, Christum appellant magum 217. Esaiam vocant prophetam magicum 221.

sacramentū Chrismatis, vide Chrisma.

sacramenta sunt Ecclesie viscera 44.

sacramenta an hæretici habeant 29. 36. 44.

sacrilegum scelus ministrorū Protestan-

TURRIANI LIBROS INDEX.

testantium 210.

samaritanorū cum Iudæis de templo & sacerdotio controuersia, ex successione pontificum iudicata 113. & 114.

sanctorum intercessio 90.

sanctam fidem quid in ecclesijs Catholicorum semper conseruarit ac conseruet 234.

satisfactiones 241.

Saxonice antiquæ mos in puniendo adulterio 237.

Schismata vnde sint nata 84.

scriptura sacra non est extra ecclesiam 3.

scripturæ consuetudo 13.

scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistunt 296.

scripturæ alienissimis locis nititur Philippus probare ordinationes Protestantium 151. 152.

Seculariū magistratus, in scriptura hirci 52. 144.

selneccerus ordinationes Protestantium tanquam profanas nolens & imprudens cõdemnat, & nostras tanquam diuinas confirmat 164.

selnecceri repugnantia 40. nouum loquedi genus 160. eius testimonio non habent Protestantès ordinationem presbyterorum 161.

eius argumentatio contra ordinationes Protestantium exemplis confecta 162. loco Pauli de ordinatione Timothei repugnat 163.

semen Dei, Apostoli 102.

sententia Cypriani Martyris de falsis verbi ministris 153.

series & continuatio Apostolorum

& Prophetarum cur in Ecclesia conseruetur 310.

Signum certum & immutabile ad discernendum veras ordinationes cur datum 309.

signum ordinationis veræ in ecclesia Catholica quod sit 311.

simon Thessalonicen. in magistratus, qui autoritate sua canonicè ordinos ab ecclesia ad ecclesiam transferunt 147. 148. & in eos, qui falsò aiebant fieri patriarcham ab Imperatore 149.

Soluere Iesum quomodo dicatur, qui imaginem Christi adoradam negat 198.

Spirituale aliquandò significat inuisibile 61.

Spiritualem omnia iudicare, quid sit 180.

Spirituales qui vocentur in epistola ad Galatas 59.

Successio episcoporum, vide Episcop. & Pontif.

successio Pontificum Romanorum quantam vim habeat ad probandum verum sacerdotium & veram Ecclesiam 117.

successores Apostolorum, semen seminis Dei 102.

suffragium petitionis, differt à suffragio autoritatis 134.

Synodus Carthagenensis de quo cum episcopis cõtendebat, quid sit 94.

synodi Carthagin. statutum in ordinatione presbyteri 130.

synodi Constantinopol. epistolam Protestantès contra ordinationes suas, nescientes, citant 139.

synodi Nicenæ canon de Chorepiscopis,



IN DVOS SEQVENTES FRANCISCI

scopis, & eorum officio, & honore 107. & synodi Antiochens 109.  
 synodi Nicens sententia, de primatu Pont. Rom. ex can. 6. expressa 76  
 synodi Florentina decreta 241.  
 synodi Moguntina confessio contra confessionistas 231. eius testimonium, non pertinere ad oves B. Petro commissas, qui episcopo Rom. non obediunt 232.  
 synodorum provincialium utilitas & usus 294.

**T**  
 Templi Mosaiici demonstratio ex successione Pontificum veteris testamenti 114.  
 testes ecclesie Græcæ contra Catholicos citati, testimonium contra Protestantos dicunt 209.  
 testes qui sint, solitum fuisse ordinationes episcoporum totius Orientis ab episcopo Roma. confirmari 159.  
 testimonio ordinariæ successions Pontificum, aduersus hæreticos qui Patres vti sint 117.  
 testimonium antiquum vtriusque Germaniæ in ecclesiis Græcas de ijs, quæ falsò in ecclesiam Romanam criminabantur 230.  
 testimonium Augustini, cõtra primatum ab Illyrico citatum, quomodò intelligendum 85. 87.  
 testimonium Innocentij de ecclesie Romanæ euãgelica doctrina, Sacramentorum vsu, & ecclesiastica disciplina 254.  
 Thomistæ & Scotistæ sunt nomina varæ professionis opinionum in quæstionibus, quæ nec ad fidem,

nec ad dogmata fidei pertinent 238.  
 Tres versiones vnius baptismatis quæ sint 33.  
 Tribus Ioseph quare in duas diuisa 116.  
 tribus Iuda & Leui, communionem matrimoniorum iunctæ 116.  
 Typus Ecclesie, arca Noe 27.

V

Valentiniani Imperat. testimonium Protestantes contra ordinationes suas, nescientes, citant 143.  
 verbum Dei vt in ecclesia continetur, necessè est continuari successione ministeriorum euangelij 295.  
 verbum Dei de celibatu ministeriorum ecclesie 208.  
 verba quæ tribui soleant populo in eligendis ministris ecclesie, & quæ ijs, qui autoritatis suffragium habent 135.  
 Vicarium Christi qui se proficitur, quid profiteatur 62.  
 visibile esse caput ecclesie Catholice, ex analogia capitis corporis humani, ad caput corporis ecclesie mysticum, conuincitur 54. 55.  
 visibile esse caput in mystico corpore ecclesie, quomodò apostolus docuerit 285.  
 Umberto Leonis noni legatus ad Constantinopolitan. quid Græcis obiecerit 210.  
 de Vnctione episcoporum, ecclesiarum Græcarum sententia 224.  
 vnitas in omni multitudine ecclesiarum necessaria, si in vnum corpus ecclesie coherere debent 47.  
 vnitas

TVRRIANI LIBROS INDEX.

vnitas fidei & dogmatum ecclesiarum consensus quàm diù in Germania durauerit 294.  
 Voti taciti & consecrationis ratione in gradibus ministeriorum celibatis secundum legem diuinam necessarius 211.  
 de voto castitatis quid ante annos 800. Germania duderit 314.  
 votorum castitatis religio, in ecclesijs Græcorum semper sanctissima fuit 209.  
 Vxor Luterialis ex monasterio Nymicensi 237.  
 vxorem nemo in ecclesijs Græcorum post ordinem susceptum ducit 210.

ALPHABETICVS HVIVS OPE.

RIS ORDO.

a, b, c, d, e, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Ss, Tt. Singulisque comprehenduntur integra folia, excepto semifolio vnico Tt.

FRAN:



FRANCISCI TVRti  
 RIANI, SOCIETATIS IESV,  
 ADVERSUS CAPITA DISPUTATIONIS  
 Lipsicæ, Andreae Freyhub, DE ECCLE-  
 SIA, & ordinationibus ministro-  
 rum Ecclesiæ,  
 LIBER PRIMVS.

*Quomodo demonstratur, non esse Ecclesiam, ubi Protestantes esse  
 dicunt: & quomodo ipsi non possunt habere fundamentum  
 Propheticae & Apostolicae doctrinae, vel suo testimonio.*

CAPVT PRIMVM.



IT igitur Andreas cap. vij. suæ  
 disputationis, Ecclesiam inueni-  
 ri in omnibus locis, ubi retinetur  
 fundamentū Propheticae & Apo-  
 stolicæ doctrinae, & verus usus sa-  
 cramentorū. Hic primū mi-  
 ratus sum, virum in academia Li-  
 psica eruditum, & ita in eruditio-  
 ne progressum, vt iudicio & suf-  
 fragio eiusdem academiae, docto-  
 ris nomen & honorem tulerit,  
 sic iudicasse, vt prius scire oporteret, ubi Ecclesia sit, quam  
 scire, quæ sit: in quo tota ferè causa pendet. Si enim Lipsiensibus  
 & cæteris Prorestantibus, nobiscum de ratione Ecclesiæ  
 conueniret: nulla quæstio aut dubitatio de loco esset, quia  
 ibi omnino esset, ubi ratio eius inuenta esset. Sed dicit for-  
 tasse statim doctor Andreas, hanc esse rationem Ecclesiæ, ro-  
 tinere scilicet fundamentum Propheticae & Apostolicae do-  
 ctinae, & verum usum sacramentorum: iam hoc magis mirer,  
 si quod



si quod prius est, vult pendere ex posteriore. prius enim fuit Ecclesia Dei, quam allata esset propheta: id est, prius, quam Spiritu sancto inspirati locuti essent sancti Dei homines: prius, dico, quam Adam prophetaret sacramentum magnum in Christo & in ecclesia, inquit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem. & quæ sequuntur. Ecclesia item fuit sub Melchisedec sacerdote Dei altissimi: sicut enim ecclesia non est si non habet sacerdotem, vt ait beatus Hieronymus contra Luciferianos: sic non potuit non esse ecclesia, quæ Melchisedec habuit Dei sacerdotem, cum nondum tamen de ecclesia per cunctum orbem propaganda, prophetica scriptura dixisset Abrahæ, Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in litore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Sub Moise verò, cum iam non pro sua quisque voluntate, ac nemine id requirente, futuri erant sacerdotes, vt antea fuerant Abel, Noe, Melchisedec, Abrahæ, Iob, Isaac, Iacob, & alij, qui sponte sua, sola lege naturali secundum Deum ad cultum Dei sacerdotalem sacrificijs faciendis excitante, vt Clemens Rom. in libro vj. de const. apostol. & Anacletus in epist. iij. tradunt, sed potius iussu ac lege Dei ordinandi erant, & quidem sub vno principe sacerdotum, qui fuit Aaron, tunc quauis iam erat, & tenebatur fundamentum prophetice doctrinæ, non prius tamen fuit, neque appellata est ecclesia, quam Aaron pontifex factus esset. Obseruauit hoc Cyrillus Hierosolymitanus, author in scripturis sanctis exercitissimus. Sic enim in Catechesi xvij. scripsit: *σημειωθὲν δὲ, ὅτι τὸ ἑκκλησιαστικὸν πρῶτον ἐν ταῖς γραφαῖς ἕρπαι ἔνν, ἢ ἕκκα τὸν Ααρὼν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ κύριος καθίστα:* Notandum, inquit, est, quod tunc primum dictum est in scripturis, conuocare in ecclesiam, cum Dominus Aaronem in pontificatu constituit. Subiungit deinde alias obseruationes locorum scripturæ, vt in Deuteron. inquit Moyses, Tunc dixit Dominus ad me, Conuoca populum in eccle-

2. Pet. 1.  
Eph. 5.  
Gene. 2.

Gene. 14.

Gene. 22.

Leuit. 8.

Deut. 4.

siam, hoc enim significat, *ἐκκλησιαστον πρὸς ἐμὲ τὸν δευτ:* & audiant verba hæc, vt discant timere me. Obseruatione huius loci satis admonemur, eos, qui ecclesiam, in quam conuocentur, non habent, timorē Dei penitus abiicisse: nec vlllo modo audire vellet quæ ad timorem Dei eos reuocent. Rursus idem Cyrillus: Nominis ecclesie, inquit, meminit, cum ait de tabulis, & in ipsis scripta erant omnia verba, quæ locutus est Deus Moysi in die ecclesie. sic enim est apud lxx. q̄ perinde sunt, vt idem Cyrillus interpretatur, quali apertius diceret, In die, qua à Deo vocati, congregati estis. Huius quoq; loci obseruatione docemur, eos, qui in ecclesiam non conuocantur, quia eam non habent, nec eos scripturas sanctas habere, quauis habere videantur. Scripture enim non in legendo, sed in intelligendo consistunt, vt B. Hieronymus contra Luciferianos ait, & B. Hilarius lib. i. de Trinitate: De intelligentia (inquit) heresis, non de scriptura est: & sensus, non sermo, sit crimen. Illud autem præcipua notatione dignum est, quod cum Deus legem in tabulis descriptam populo suo per Moysen dedit, populū ipsam ad accipiendam legem conuocatum non vocauit scriptura in Exodo ecclesiam, vt quidem vocauit in Deut. cum de lege illa iam data, & à populo accepta, commemorauit: quod non ob aliam causam factum est, vt ex obseruatione Cyrilli Hierosolymitani, quam paulo antè dixi, intelligi potest, nisi quia nondum erat pontifex Aaron, cum lex data est: erat tamen iam, cum Deuteronomium scriptum est: sequitur enim post Leuiticum, in quo pontifex Aaron consecratus est: & vbi est primum positum verbum ecclesie: vt intelligamus, non esse ecclesiam legitimam, nec esse posse, quæ vniuersæ ecclesie pontificem, cuius typus & umbra fuit Aaron, non recipit, nec agnoscit. Redeo ad Cyrilli obseruationes. subiungit enim: Et in Psalmis inquit, Confitebor tibi in Ecclesia magna, & in populo graui laudabo te. prius enim cecinit psalmographus, In ecclesijs benedicite Dominum ex fontibus Israel. Ex quo autem tempore Iudei propter insidias, quas Saluatori struxere, à gratia exciderunt, secundam ex gentibus Saluator

Deut. 9.

Exo. 19.  
Deut. 4.

Leuit. 8.

Psal. 34.

Psal. 67.

Matt. 16.

Ecclesiā Christianorū ædificauit, de qua dixit B. Petro, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Hactenus Cyrillus. Cum dixit ecclesiam Christianorum, vniuersam planè ecclesiam dixit, cui tanquā partes necessè est adherere singulas ecclesias, quæ ecclesiæ Dei dici & esse volunt, ac proindè eum habere pontificem, qui est vniuersæ ecclesiæ Pontif. Erras igitur, Andrea, in via, quam tuę academię & confessionis Augustanę Protestantibus demonstras ad inueniendum Ecclesiam, cum ais, ibi inueniri ecclesiam, vbicunquè est fundamentum Prophetiæ & Apostolicę doctrinæ, ac verus vsus sacramentorum. Ante Moysen enim prius fuit Ecclesia, quàm Prophetica doctrina, vt docui: sub Moysè prius fuit scripturę propheticę fundamentū, quàm Ecclesia: post Moysen verò, id est, post legem veterē, prius fuit Ecclesia, quàm doctrina Apostolica & prophetica: id est, prius, quàm apostoli & prophete noui testamenti, doctrinam Christi prædicarent: post ascensum verò Christi in calū, ibi est Ecclesia, vbi est & fundamentū eius, quod est verbum Dei, ab Apostolis & Prophetis prædicatum, & ministri verbi Dei, Apostolorum & Prophetarum successores. Super hoc enim fundamentum, quod sancti Apostoli & prophetæ, per prædicationem suam secundum gratiam, quæ eis data est, tanquā sapientes architecti posuerunt, superædificati sumus: sicut apostolus Paulus de se ad Corinth. scripsit, tanquā sapiens architectus fundamentum posui. & ad Eph. superædificati, inquit, super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Prophetas dixit hęc Apostolus non tam illos veteres, qui de futura in nobis gratia, sicut beatus Petrus ait, prophetauerunt, scrutantes, in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus sanctus eas, quę in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias, quàm illos noui testamenti prophetas, quos secundò post apostolos Deus in ecclesia posuit, quibus, vt idem Paulus statim ait, reuelatum fuit tunc, sicut apostolis mysterium vocationis gentiū, ad euangelizandum in eis Christi-

1. Cor. 3.

Eph. 2.

1. Pet. 1.

1. Cor. 12.  
Eph. 3.

stum, quod erat quoddā prophetare. Ergò super horū fundamentū, id est, super fundamentū ab his positū, & super quod hi fundati fuerunt, quod est Christus Iesus, & verbū eius: tūc vos Protestantes, superædificari desuistis, cum successores apostolorū & prophetarū, id est, archiepiscopos & episcopos verbi ministros sustulistis: ex quo tempore neq; doctrinā Apostolicā, nec ecclesiam columnā & firmamentū veritatis habetis. Quomodo enim fundamentum ecclesiastici ædificij habere potestis, qui architectos, quos Deus, cuius ædificatio sumus, ecclesiæ ad ponendum fundamentum dedit, non habetis? Episcopi enim Catholici, sunt architecti spirituales, quorum munus & studium est, vt & ab ipsis, & ab alijs rectè tractetur verbum veritatis, id est, vt doctrina eius ad regulam Apostolicę traditionis, ab initio in ecclesia prædicatæ & conseruatę, dirigatur, Vt sicut idem Apostolus ait, ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem regula permaneamus. Hi sunt crura corporis Christi, quod est ecclesia, sicut ait Salomon, pulchritudinem ecclesiæ sponsæ Christi, in ænigmate describens, & crura illius, columnæ marmoreæ. Quomodo igitur corpus Christi, quod est ecclesia, esse potest, vbi crura eius, quæ corpus sustentant, amputata sunt? aut quomodo rursus domus Dei, quæ est ecclesia, ibi erit, vbi columnæ eius sunt euersæ? Episcopi enim vt sunt crura mystica, sic & columnæ mysticæ, fundatæ super bases aureas incorruptæ veritatis, id est, sunt firmamenta ecclesiarum, quandiu adherent illi petræ, super quam ædificata est ecclesia, id est, primæ cathedræ Petri, cuius est in successore suo fratres confirmare. Deindè cum sit ecclesia, iuxta parabolam Domini, agnorum & ouium rationalium grex, qui non ex solo pane viuit, sed ex apostolica ac prophetica doctrina, & vero vsu sacramentorum, quæ ex ore Dei procedunt, cum ait Andreas ibi ecclesiam inueniri, vbi est fundamentum prophetiæ & apostolicæ doctrinæ, & verus vsus sacramentorum: perindè est, vt si diceret, ibi inueniri greges, vbi sunt pascuæ bona: at cum greges

Quare Protestantes non sint superædificati super fundamentū apostolorum & prophetarum.

Phil. 3.

Cant. 5.

Cant. 5.

Luc. 22.

Ioan. 10. &

22.

Matth. 4.



Zach. 13.  
Matth. 26.  
Matth. 9.

non sint, ubi non sunt pastores, sicut scriptum est, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis: & illud in euangelio, Videns turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oves non habentes pastorem. hoc prius Andrea probare debuisti, pastores esse in vestra ecclesia. Sed quia hoc nullo verbo Dei probare potuisti, illud ipsum tibi quasi concessum sumpisti, in quo tota controuersia posita est: & ratione gregis ex pascuis pendere uoluisti, id est, prius ex posteriore. De pastore ergo quaestio est, in quo & gregis & pastus ratio pendet. Præterea, ecclesia Cypriani erat ne ecclesia? Credo, non negabit Andreas, nunquam enim Cyprianus schisma facere uoluit, quin potius, ut B. Hieronymus in libro contra Luciferianos ait, in comunione eorum permansit, qui sententiae suae contrarii erant, & ut idem Cyprianus ad Iubaianum scripsit, cum collegis & coepiscopis suis concordiam & Dominicam pacem tenuit. At non erat in ea ecclesia legitimus usus sacramentorum. siquidem in usu baptismi, qui est prima radix euangelij, errabat: ac proinde non retinebat fundamentum apostolicæ & prophetice doctrine, quæ unum baptismum, & non duplex, tradidit nobis. Ergo ecclesia non consistit, ut tu falso posuisti, in fundamento apostolicæ & prophetice doctrine, & in uero usu sacramentorum. Sed quid dico de ecclesia Cypriani? Ecclesia Corinthiorum, ecclesia erat, & ut ecclesiam salutatur Apostolus, cum ait, Ecclesia, quæ est Corinthi &c. & tamen ecclesia Corinthi, mysterium resurrectionis mortuorum ignorabat: ac proinde fundamentum apostolicæ, & prophetice doctrine de mysterio baptismi, quo regenerati sumus in spem uitam per resurrectionem Iesu Christi, non retinebat, quando illud ignorabat. Sed aliud est ignorare, & paratum esse ad discendum: cum didiceris, ad obediendum: aliud, nolle discere: aut cum didiceris, nolle acquiescere. hoc enim est, subuersum esse, & proprio iudicio condemnatum, ut B. Athanasius, ad Serapionem scribens, interpretatus est. Rursus idem Apostolus ecclesiam Corinthiorum arguit de falso usu sacramenti Eucharistiae,

1 Pet. 1.

Tit. 3.

Epist. 3.

1 Cor. 11.

stia, quæ est, ut author est Dionysius Arcop. altera præter baptismum radix euangelij, qua Christianus alitur, & crescit, ut ait beatus Petrus, in salutem. Error autem Corinthiorum, erat in usu magni sacramenti Eucharistiae, quod *dyuobariat*, id est, populares coenas pro sacra communione in ecclesia faciebant. Sic enim beatus Cyrillus, in quarto libro Pentabibli contra Nestorium, quæ est in Synodo Ephesina Græcorum exemplarium, interpretatus est. Illi enim ignorantes mysterij traditionem, ut ex ipso loco Pauli intelligere licet, existimabant unum se corpus illis coenis popularibus effici. Cum tamen ad faciendum hoc, id est, ut unum corpus efficerentur edendo, nullas alias præter panis & uini species, super altare: tempore sacrificij offerre Dominus instituisset, iuxta Canonem secundum Apostolorum, qui ad hunc locum epistolæ ad Corinth. pertinet, ut nos nuper, cum de Canonibus apostolorum differeremus, copiosius docuimus. Quod si iste falsus usus sacramenti Eucharistiae, & deprauatio apostolicæ & prophetice doctrine, qua uera huius mysterij traditio continebatur, non effecit, quin ecclesia Corinthiorum ecclesia esset, sic enim eam salutatur Apostolus: Ecclesia, inquit, Dei, quæ est Corinthi, & sanctificatis omnibus, gratia uobis & pax à Deo & patre nostro. ergo nec usus sacramentorum, neque fundamentum apostolicæ & prophetice doctrine faciunt, ut sit ecclesia. Ad hæc, ecclesiae erant in Galatia, quæ tamen in eo errore erant, ut putarent legem cum euangelio coniungendam esse, quas apostolus reprehendit, & de ueritate docet. quod si ecclesia esset ibi, ubi fundamentum apostolicæ & prophetice doctrine retinetur, & uerus usus sacramentorum, iam apud Galatas ecclesia perierat. non enim uerum usum sacramenti baptismi tenet, qui ad baptismum addit circuncisionem: neque fundamentum apostolicæ & prophetice doctrine retinet, qui cum per legem legi mortuus sit, & legem nouam acceperit, rursus legem ueterem reuocat, ut frustra Christus mortuus sit. Tu etiam, cum Dominus

Dionys. in  
cap. de  
mun.  
1. Pet. 2.

1. Cor. 11.

minus

Matth. 28. minus ascensurus in cælum, dixit sanctis apostolis, Euntes ergo docete omnes gentes, (hec est enim catechesis, que baptismum antecedit) baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus S. ecclesiam designauit: de ecclesia enim dixit Apostolus, Ut illa sanctificaret, mudas eam lauacro aque in verbo vite: Et illud ad Corinthios: Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Totam enim Trinitatem expressit, in qua baptizati sumus. Illud verò, quod sequitur, docentes eos seruare, quecumque mandauit vobis, in quo continetur verus usus sacramentorum, & conseruatio fundamenti apostolicę & prophetice doctrine, posterius quid est: prius enim est, *deus ille*, vt Dionysius Arcop. ait, id est, esse diuinè, quod per regenerationem assumpti sumus, quod Paulus in epist. ad Hebręos vocat initium substantię. Posterius verò, operari diuina mandata. Quare ratio ecclesię non in his, que posteriora sunt, consistit: neque pendet. Postremò, cum non constet inter sectarios de numero sacramentorum, alij enim vnum tantum, alij duo, alij tria, alij quatuor, vt vos, ponunt: consequens est, vt apud vos, que sit ecclesia, te etiam teste, & authore, non constet. Quomodo enim de vero usu sacramentorum certum haberi potest, vbi de numero eorum non potest? idem dicendum est de fundamento apostolicę & prophetice doctrine, de quo protestantes non minus inter se diglantur. De sublimibus enim Christianę doctrine articulis inter se contendunt, vt Nicolaus Gallus vnus ex vestris Lutheranis, in libro Theseon affirmat, vnde alter Nicolaus, cognomento Amstorphius, confessionista, in libro, quem de publica confessione pure doctrine euangelij, & confutatione presentium Sauermerorum, vel factiosorum, scripsit: Res, inquit, nihilo fit melior, sed in dies deterior. Omnia nihil pre se ferunt aliud, quam euangelium apud nos pessimum iturum, & loco euangelij non nisi meros, eosdemque egregios errores nos habituros: non quidem aliam ob causam, quam quod humane rationis, prudentięque, non

Eph. 5.  
1. Cor. 5.

Heb. 5.

non autem ipsius veritatis studiosi sumus. Haftenus vester Nicolaus. Si nostris non credis, Andrea, saltem crede tuis. nobis enim iste vester Confessionista prophetasse videtur. Quare cum fundamentum apostolicę & prophetice doctrine, vt ille vester doctor & scriptor testatus est, quassatum ac labefactatum sit, & pro eo non nisi meros, eosdemque egregios, vt ille ait, errores habeatis: sequitur ex tua definitione ecclesię, vt nec ecclesia apud vos sit. Sed quid ego amplius moror in confutanda noua descriptione ecclesię, quam Andreas Lipsicę academice doctor, proposuit? presertim cum non tam aliena refellere mihi propositum sit, quam nostra probare: id est, demonstrare ex verbo Dei, ecclesiam esse, vt beatus Cyprianus martyr ad Florentium scripsit, plebem episcopo suo adunatam, adunatione scilicet, vsque ad originem vnitatis pertingente. à Petri enim cathedra, & ecclesia eius principali, vt idem Cyprianus ad eundem scripsit, vnitatis sacerdotibus exorta est.

*Quomodo ecclesia à beato Cypriano descripta, per euangelium & Paulum eius interpretem demonstratur: & quomodo regnum Dauid, in Christo ad ecclesiam translacum sit, & quod omnis ecclesia, vt catholica sit, necesse est, vt sit pars regni Dauid ad Christianos translata.*

CAPVT II.

**S**Equamur ergo vestigia scripturę sanctę, vt inde ecclesiam demonstremus: vt cum demonstrata fuerit, tunc Andreas cum Lipsica academia fundamentum apostolicę & prophetice doctrine, & verum usum sacramentorum ab ea petat, & discat, si Deo propitio voluerit. Dicamus cum Augustino in libro de vnitatis ecclesię: Non audiamus, hæc dico, hæc dicis: sed audiamus, Hæc dicit Dominus. ibi queramus ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Dominus ergo differens in Euang. Matth. de denunciando eccle-

**Matth. 18.** Dic, inquit, ecclesie: Si aut ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quia vero ecclesia cœtus est & cōgregatio fidelium, nè quis ecclesie autoritatē numero cōgregatorum metiendā esse putaret, ac nõ potius autoritate cōgregatis: aut minus excommunicatū esse, qui parua ecclesie cōmunionē ac societate, quàm qui magnę priuatus esset, subiungit: Vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Illos igitur voluit ad ecclesiam pertinere, siue multos, siue paucos, qui in nomine Domini cōgregati sint. Sed quia ij, qui vel ecclesiam scissam habent, vel nullam, hoc quoq; ad se referunt, & accommodant, seqs, vt Dominus dixit, in nomine Domini cōgregatos falsa iactant interpretatione, dū extrema ponunt, & superiora prætereunt, vt B. Cyprianus in libro de vnitāte ecclesie, de illis ait: demonstrandum est ex superioribus, eos hinc dici in nomine Domini cōgregatos, qui ab episcopo suo cōgregantur: atq; ita cōgregantur, vt ecclesie, quæ vna Catholica est, & præposito eius adhæreant, horumq; esse & dici ecclesiam. Cùm ergo Dominus superius cap. 16. apud Matth. vbi nomine ecclesie primū vsus est in euangelio, Ecclesiam vnā catholicā super vnū Petrum, vt idē Cyprianus ait, edificauerit, & vnitas scindi nõ possit: consequens necessariò est, vt ecclesia illa c. 18. eiusdē euangelistæ Matth. quā qui nõ audit, tanq̃ ethnicū & publicanū haberi Dominus iubet, pars indiuidua illius vnus catholice super Petrum fundata, de qua superius dixerat, omninò esse debeat. Dicā verò de hoc plura proximo cap. 3. nūc proximè superiora huius capituli 18. considerare mus, quę isti corruptores verbi, & falsi interpretes, vt B. Cyprianus in eodem loco vocauit, similiter prætereunt, vt illud, quod modò dixi de ecclesia vna catholica super Petrum edificata. Cùm ergo dixit Dominus, si ecclesiam non audierit, sit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus: qui essent, quibus hanc potestatem excōmunicandi daret, statim docuit, subiungens: Amen dico vobis, quęcunque ligaueritis super terram,

Qui dicantur congregati in nomine Domini secundum euangelium.

ram, erunt ligata & in cælo: & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Apostolis enim hoc dixit, qui quidem quia morte, sicut Apostolus ait, permanere prohibebantur, id ipsum dictum voluit ijs, qui S. Apostolis vicaria ordinatione, vt idem martyr Cyprianus loquitur, successerunt, qui sunt episcopi. Quibus autem hanc potestatem eiiciendi ex ecclesia in nomine suo Christus dedit, eisdem quoque, vt ratio consequentię postulat, & quidem prius, potestatem dedit congregandi item in nomine suo ecclesiam siue magnam, siue paruam. Vtrunque horum cernitur in Paulo apostolo, qui in hunc locum euangelij intuens, & cum veluti interpretans, cùm Corinthium illum incestum iam notum, excommunicat: quia ecclesiam, quę eiusmodi sceleratos non admittit, non audiebat: In nomine, inquit, Domini nostri Iesu Christi cōgregatis vobis, & meo spiritu, iudicauit cum virtute Domini nostri, tradere huiusmodi hominē Satanæ in interitum carnis. vt enim Dominus Iesus de ecclesia loquens, Vbi, inquit, sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: sic Paulus ecclesiam Corinthiorum designat, cùm ait, In nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu. Spiritum enim suum, vocat diuinum charisma suę potestatis spiritualis: quo fiebat, vt quem ipse excommunicabat, esset à Christo excommunicatus: idcirco enim addidit, Iudicauit huiusmodi hominem tradere Satanæ cum virtute Domini nostri. Ipse nanque est, qui operatur in ecclesia per ministros suos, & eorum istam sententiam ratam habet. Huc quoque spectabat illud, quod Dominus dixit, Ibi sum in medio eorum: id est, ibi operor per ministerium episcopi, qui in nomine meo cum eis congregatus est. Verum de ecclesia dictum esse hoc in euangelio, Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, & quos Dominus dixit congregatos in nomine suo, congregatos ab episcopo accipiendos esse, & si satis consequentia superiorū,

Heb. 7.

Collatio lo  
ci Pauli cū  
Euangelio.

1. Cor. 5.



& inferiorum, vt paulò antè docui, conuincit : tamen nè sine  
 authore, & quidè apostolico, loqui videar, sic planè interpre-  
 ratus est Clemens Rom. lib. 8. de const. apost. c. 35. sic enim ait;  
 Si non licuerit propter infideles adire ad ecclesiam, congrega-  
 bis episcopo in domo aliqua : si nec in domo aliqua li-  
 cebit, vnusquisque apud se psallat, legat, oret. Vbi enim, in-  
 quit, sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in  
 medio eorum. quod perindè est, quasi diceret : Ibi est ecclesia  
 mea, vbi sunt aliqui, licèt pauci, ab episcopo suo non in nomi-  
 ne episcopi, sed in nomine Christi congregati. quos enim ille  
 vt minister congregat, in nomine Domini congregat : & qui  
 illum audiunt & sequuntur, Dominum audiunt & sequun-  
 tur. Cùm igitur ex hoc loco euangelij, cum superioribus &  
 cum Pauli epistola collato, demonstratum sit, à successoribus  
 apostolorum congregari ecclesiam in nomine Domini : eligi  
 autem successores apostolorum non magis possunt à magi-  
 stratu seculi aut populo, quàm à Capitolio sacerdotes : con-  
 cluditur, nullam ecclesiam habere protestantes, neque habe-  
 re posse. Quomodò enim potestates seculares, potestates spi-  
 rituales creare possint, cùm neque natura pariat, vt dissi-  
 mile generet dissimile, vt rhamnus oleam, aut vitem, aut fi-  
 cum? Sed hoc magis adhuc patebit, si doceamus, quemad-  
 modum ecclesia, quæ est, vt sepiùs dicam, authore Cypria-  
 no, plebs episcopo suo adunata, & grex pastori suo adherens,  
 omninò esse debeat pars ecclesiæ vnus catholicæ, vt paulò  
 antè dixi. Dominus igitur postquam, vt Marcus euangelista  
 ait, Simoni imposuit nomen Petri: inquit, secundum euan-  
 gelium Matthei, Tu es Petrus : subiungit, Et super hanc pe-  
 tram edificabo ecclesiam meam. Quem enim vocauerat Pe-  
 trum nomine imposto à petra, vt beatus quoquè Hierony-  
 mus notauit, statim vocauit translata petra. Nomen nanque  
 quod lapidi secundum naturalem eius firmitatem conuenit,  
 translatum est ad Petrum, tum propter firmitatem fidei eius,  
 pro qua Dominus specialiter rogauit patrem, tum propter  
 autho-

Iudic. 9.

Mat. 3.  
Matth. 16.

Luc. 22.

authoritatem firmandi in ipsa illa fide fratres. Sic enim feri-  
 ptura aliàs facere solet, transire scilicet à proprio nomine ad  
 translatum, vt cùm ait, Vidit Petrum & Andream mittentes  
 retia, erant enim piscatores : & ait, Venite post me, & faciam  
 vos fieri piscatores hominum. Quos enim priùs vocauerat  
 proprio vocabulo piscatores, scilicet piscium, rursus voca-  
 uit translata piscatores hominum. Piscari nanque propriè  
 in pisces cadit: translata verò, in homines. Super hanc igitur  
 petram, id est, super Petrum sic à petra translata dictum, pro-  
 mittit Dominus se ecclesiam suam perpetuò edificaturum,  
 perpetuitatem enim significat, secundum idioma scripturæ  
 sanctæ, verbum illud futuri temporis, edificabo. semper enim  
 edificat : & perpetuò edificabit ecclesiam suam Deus super  
 hoc fundamentum apostolicæ Petræ. Nam in Christo ipso  
 summo angulari lapide per ministerium huius petræ, omnis  
 edificatio constructa crescit, & augmentum corporis facit.  
 Sic Dominus Iesus secundum humanitatem suam, vsque ad  
 consummationem seculi regnat in terris in vicario suo, sicut  
 angelus dixit Virgini, Et dabit illi Dominus Deus sedè Da-  
 uid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum : & re-  
 gni eius non erit finis. Siquidem de hoc ipso regno Dauid,  
 quod Deus filio suo dedit in terris de celo regnandum, simi-  
 liter ait scriptura, Et firmabo regnum eius, & stabiliam thro-  
 num eius vsque in sempiternum. & rursus, Domus serui tui  
 Dauid erit stabilita coram Domino, quia tu Domine exerci-  
 tum Deus Israel, reuelasti aurem serui tui, dicens, Domum  
 edificabo tibi. Interrogemus ergò Andream doctorem The-  
 ologum, quodnam regnum Dauid firmavit hætenus Domi-  
 nus, & vsque ad consummationem seculi firmaturus est? aut  
 quam domum Dauid, sicut promisit, edificauit, nisi ecclesiam,  
 quam super hanc petram hætenus edificauit, & semper edi-  
 ficatae firmat, & vsque ad finem seculi edificaturus, ac fir-  
 maturus est? Post tria enim illa potentissima regna Babylo-  
 niorum, Medorum, & Macedonum translata ac sublata, sub-

Constru-  
do scriptu-  
re, transire  
à proprio  
verbo ad  
translatu.

Eph. 1. 2.

Eph. 4.

Luc. 2.

2. Reg. 7.

2. Para. 22.

De regno  
Dauid, trãt  
lato ad ec-  
clesiam in  
Christo.

Dan. 5.

Pfal. 3.

lato etiam ad extremum quarto Romanorum regno, quod licet ferreum esset, facile tamen lapis ille de monte sine manibus excissus, iuxta Dauid prophetiam, & Danielis interpretationem, tanquam testam perfregit, ut more siguli refingeret: tunc, inquam, translatum est regnum Dauid in Christo ad ecclesiam Christianorum, quod idem dicitur regnum Romanorum, ut enim regnum Babyloniorum, eorum fuisse dicimus, qui in Babylonis successerunt, sicut Daniel somnium regis interpretans, Regnum, inquit, quod post te confurget, id est, post successores tuos: similiter Medorum, eorum, qui successerunt in Medis, post translatum ac sublatum regnum Babyloniorum: item Macedonum, eorum, qui in Macedonibus post translatum regnum Medorum atque Persarum: similiter regnum, siue imperium Romanorum, eorum esse accipiendum est, qui successerunt in Imperio Romanorum, id est, Christianorum, ecclesie, inquam, Romanae Catholicae, hoc est, per cunctum orbem diffusa: cuius potestas & fama in omnes fines terre peruasit, ut olim Imperij Romani, immo multo magis. In hoc igitur regnum spirituale, ac sacerdotale ecclesie Catholice transtulit rex celestis ex semine Dauid, idemque sacerdos secundum ordinem Melchisedec regnum Dauid, quod, ut dixi, translatum in regnum spirituale idem rex celestis, & princeps pastorum regnat nunc, & usque ad consummationem seculi regnabit in pontifice rege sacrorum, & spirituali ac primo pastore. Sed recitemus, quae de hac re S. Epiphanius in haeresi 29. contra Nazoraeos eruditissime scripsit, ut intelligat Andreas & Lipsica academia, quid ecclesia illius temporis doceret. Existimauerunt, inquit, nonnulli, non esse hoc impletum: dicemus tamen, ut res habet, nullum enim verbum scripturae sanctae Dei decidit. Thronus namque Dauid & regale solium, est sacerdotium, quod in ecclesia sancta est. quam quidem dignitatem regiam & sacerdotalem Dominus in vnum copulauit, & ecclesiae suae sanctae donauit, translato in eam throno Dauid, qui usque

Epiphanius.

in seculum non deficit. Et paulo post, Translato folio regali in Christo ad ecclesiam, ex domo quidem carnalis Iudee & Israel regia dignitas transmutata est, firmatus vero thronus usque in seculum in sancta Dei ecclesia. qui quidem thronus duabus de causis regiam & pontificalem dignitatem habet: ac regiam quidem, propter Dominum nostrum Iesum Christum, idque duplici ratione ac modo: & quia est secundum carnem ex stirpe Dauid regis, & quia idem natura sua est maior rex a seculo quatenus Deus: pontificalem vero, quia ipse est summus sacerdos, & summorum sacerdotum moderator. Et rursus paulo post: Sacerdos igitur, ut dixi, est Dominus noster Iesus Christus in seculum secundum ordinem Melchisedec, simulque rex secundum ordinem a caelo profectum, ut & sacerdotium vna cum lege transferat, & semen Dauid per Mariam in throno usque in seculum sedeat, regni que eius non sit finis futurus. Oportebat enim, ut ipse nunc ordinem regiae potestatis transferret, siquidem regnum eius non est a terra, ut dixit Pilato in euangelio, Regnum meum non est de hoc mundo. Non enim venit, ut ad regnum prouheretur, qui semper regnat: sed donauit regiam dignitatem ijs, quos ipse in ea constituit, ne diceretur, a paruis inijs ad maiora progressionem fecisse. Manet enim thronus eius, & regni eius non erit finis: sedetque super thronum Dauid, cuius regnum transtulit: & ipsum vna cum summo sacerdotio seruis suis summis pontificibus ecclesie Catholice largitus est. Hactenus S. Epiphanius. Ergo quod Dominus promisit regi Dauid, inquit, Firmabo regnum eius, & stabiliam thronum eius usque in sempiternum: & edificabo tibi domum: hoc, inquam, in Christo impletum est. Ipse enim non dico, ut Deus, sic enim semper fuit rex: sed ut Deus factus homo ex semine Dauid, regnum Dauid patris sui edificauit, & firmavit, & usque ad secundum aduentum edificaturus ac firmaturus est, ita ut regnum illud terrenum Dauid patris, quod ille, & successores eius usque ad Christum, in terra lu-

Ioan. 18.

ra lu-

ra Iudææ administrârunt, potestatem in corpora tantum habentes, in regnum transfulerit spirituale in terra quoque administrandum, quod est ecclesia Catholica: in quo regno, in corpora simul & animas potestas est. Itâ enim regis & episcopi potestates Clemens Rom. lib. 2. de const. Apostol. c. 34. distinxit. Itaque de hoc regno David, quod Dominus vsque in sempiternum ædificaturum & firmaturum se in terra promiserat, dixit Christus, intuens in figuram ipsam veterem, & verbis ipsis de impletione illius admonens, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cùm enim dixit, ædificabo: intelligimus, simul dixisse, Et firmabo, sicut de regno David dixerat. firmat enim ædificiũ, qui super petram ædificat. Quia ergo regnum David, quod Deus Christo promisit, & Christus regnat in ecclesia, regnũ vnum, & non diuisum est, quod est ecclesia vna Catholica: consequens necessariò est, vt si qua ecclesia ad hereditatem Christi pertinet, pars sit vnus regni Christi, id est, ecclesiæ vnus catholice, ac proinde vt Petro adhercat, super quem ædificata est ecclesia vna Catholica, & qui origo vnitatis eius est.

Matth. 16.

*De regno Christi in terra secundum humanitatem, vtrum per pontifices, an per reges Christianos illud regnet Christus: & quomodo vera Ecclesia esse non possit ea, quæ primæ Catholice Petri non adheret.*

CAPVT III.

1. Pet. 1.

Act. 1.

**S**ed videamus adhuc limatiùs, quæadmodum hoc de regno David, in Christo impletum est: non enim per se Christus regnat in terra corporaliter. Iesus nanque, in quem nunc, sicut ait beatus Petrus, non videntes credimus, assumptus est à nobis in cælum, donec sic iterum veniat in secundo aduentu, quemadmodum discipuli viderunt eum euntem in cælum: neque rursus de cælo tantum regnat. non enim in cælo, & non in ecclesia, quæ in terra est implet

implet Christus umbras veteris testamēti. Comparans enim Paulus Apostolus legem nouam cum veteri, Vmbra autem (inquit) habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. In nouo igitur testamento non sunt umbræ, sed imagines earum rerum, quæ apertæ, & sine vllò anigmate, in cælo sunt. Itaq; in imaginibus ac mysterijs ipsarum rerum, quæ in cælo reuelata facie cernuntur, voluit Deus implere in ecclesia noua veteres umbras & typos. Vndè necessè est, vt itâ Christus figuram atque umbram throni David nunc impleat, vt non de cælo tantum, sed in ipsa ecclesia, quæ in terris est, regnet. Quare cùm regnet in terra, ac non per se, vt paulò antè dixi: consequens necessariò est, vt aliquem loco suo constituerit, in quem regnũ illud transfulerit, qui personam suam gerat, ac suam ferat imaginem. Non enim decebat, vt ipse per se regnaret in terra, nè venisse videretur, vt ad regnum prouheretur, vt paulò antè S. Epiphanius aiebat, & nè diceretur à paruis inijs ad maiora progressus. In eo igitur, quem constituit Christus præsidem regni spiritualis, quod est ecclesia, implet, quod in umbra promisit regni David, quodq; angelus, in ipsam illam Dei promissionem intuens, dixit Virgini: Et dabit illi Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Implet, inquam, in imagine rei, id est, in rege spirituali ecclesiæ Catholice, qui est summus Pontifex, beati Petri principis Apostolorum successor. hic enim est imago regis Christi, qui in cælum ascendit: & regnum spirituale ecclesiæ, imago regni celestis, velut vestigium & hypothesis eius, in quo regnabit sine fine, cùm tradiderit regnum Deo & patri, cùm euauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Interim tamen oportet illum regnare secundum humanitatem, ex semine David sumptam, scilicet in ecclesiæ regno, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius. Docet autem nos natura ipsa, quòd si quis in loco aliquo regnare velit, vbi non sit per se versaturus, necessè est, vt aliquem ibi

Heb. 10.

Epiphanius.

Lucæ 1.

1. Cor. 15.

C consti-

constituar, in quo & per quem regnet. Quia verò regnum eius non erat de hoc mundo, id est, non erat regnum seculare, sed spirituale, idcirco non regi seculari & Laico, sed spirituali ac summo sacerdoti illud tradidit. Vnde quod beatus Athanasius ait in sermone de Natiuitate, & eum secutus Anastasius Abbas, qui postea fuit Patriarcha Antiochenus, in libro contra Iudæos, tradidisse Dominum thronum David regibus Christianis, eatenus verum est, quatenus reges Christiani & si reges seculi sint, ac per legem seculi, & non euangelij, constituti reges, tamen subiecti sunt regi ecclesie & sacrorum, vt oues eius, traditusque est illis thronus David, non vt in eo sedeant loco Christi, sed vt eum armis & potentia, ac opibus protegant. Etenim si thronum David Deus regibus seculi alioquin Christianis dedisset, vt in eo sederent, profecto non sine ratione hæretici illi, quos beatus Athanasius in eodem sermone de Natiuitate dicit, quasiuisse viderentur, an accepisset Dominus Iesus regnum David, regnaretque in domo Iacob in æternum? regnum enim David ita accepit Dominus, & transtulit, vt simul firmauerit, & stabilierit vsque ad secundum aduentum: quo tempore cum venerit, manebit deinceps rex in secula, & regni eius non erit finis. at reges Christiani nõ sic sunt firmati, & stabiliti in thronis suis, & in Christiana religione, quin deficere possint, & per vim thronos occupare, vt nostris etiam temporibus euenisse videmus, nõ vterea exempla recolere necesse sit. Quare in regibus non potest impleri, quod Dominus regi David promissit, inquit: Firmabo regnum eius, & stabiliam thronum eius. Immo nec in alijs episcopis: permulti enim episcopi à fide defecerunt, & sedes suas amiserunt. Restat igitur, vt in illo impleuerit & firmauerit, pro cuius fide, nõ deficeret, rogauit: & cui precepit, vt aliquando conuersus, fratres suos firmaret: cui imposuit nomen Petri à petra dicti, & super hanc petram ædificaturum se ecclesiam suam promissit. Quod quidem semper facit. Semper enim super Petri successorem eam ædificat, & firmat: & vsque

Quomodo  
thronus Da-  
uid tradit  
sit pontifici  
Romano, &  
quomodo  
regibus Chri-  
stianis.

2. Reg. 7.

Lucæ 22.

Matth. 16.

vsque ad secundum aduentum ædificabit, ac firmabit. Hæc verò ita se habere, si adhuc protestantes non intelligunt, nec assentiuntur, idcirco hoc illis accidit, quia non credunt, sicut scriptum est in Esaia propheta, Nisi credideritis, non intelligetis. Sed nobis satis sit scribere, quæ vera sunt, & quæ secundum scripturas credere oportet. quibus quidem eos reuincimus, tametsi non persuademus. Illud enim, id est, reuincere, quando contra eos disputamus, facere possumus: vt beatus Hieronymus, contra Luciferianos differens, dixit: hoc verò, id est, persuadere, nisi ipsi velint, non possumus. Cum igitur (necesse enim est idem repetere) in nullo alio loco noui testamēti, in quo Dominus umbras veteris implet, thronum David, sicut promiserat, in imagine rei firmauerit, nisi in hoc loco, ubi thronum & regnum ecclesie sue firmat super fidem eius episcopi, pro cuius fidei firmitate orauit, in quo tanquam in vicario, & imagine sua vsque ad secundum aduentum in terra, quatenus homo Deus secundum scripturas regnaturus est, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius: cõsequens necesse est, vt non sit pars regni eius in terra ea, quæ non est pars ecclesie Catholice super fidem & authoritatem beati Petri, & successorum eius ædificata, ac firmata. Pars autem ecclesie Catholice nulla ecclesia esse potest, nisi episcopus, qui in ea est, sine quo neque dici, nec esse potest ecclesia, cum ipso illo pontifice vniuersæ ecclesie episcopo vnitus sit. ille enim est radix & origo vnitatis ecclesiarum, quæ (sicut ait Optatus libro secundo contra Parmenianum Donatistam) numerantur in nomine, sed vno intellectu suo iunguntur in corpore, vt in manu digiti, quos interuallis singulis videmus esse distinctos. Vnde qui tenet vnum, totos teneat necesse est, cum vnusquisque à paribus separari non possit. Et beatus Cyprianus in epistola ad Florentium, episcopum ait esse in ecclesia, & ecclesiam in episcopo. Quare tunc erit aliqua ecclesia, pars ecclesie Catholice, etiam episcopus eius ab eo episcopo, vnde exordium sacerdo-

Esa. 7. iud.  
xta lxx.

Cyprianus.

Quando episcopus congregat ecclesiam in nomine Domini.

Acto. 15.

Quando primum vfa est scriptura vetus nomine ecclesie: & quando noua, & quare.

Quod Protestantibus habentes ecclesiam, hereditatem Christi defraudant.

tij, & origo vnitatis cœpit, non fuerit separatus: id est, à beato Petro, qui in successore suo viuit, & ecclesie Catholicae præst: ac tunc quidem, quos eiusmodi episcopus, cum beato Petro in pontifice successore eius vnitus, congregat, in nomine Domini Iesu, cuius minister est, congregat: & eorum est, & dicitur ecclesia. Ratio enim ecclesie & nomen, ex origine & authoritate primæ cathedræ, quæ est cathedra Petri principis apostolorum, pendet: quia per eius os, tanquam principis omnium, elegit Deus ab antiquis diebus, sicut idem dixit, audire gentes verbum euangelij, & credere: id est, ecclesias ex gentibus congregatas, & eius cathedram primam, voluit esse magistram omnium ecclesiarum, & fidei earum confirmatricem. idcirco, vt paulò supra de obseruatione beati Cyrilli Hierosolymitani memini, tunc primum vfa est scriptura sancta vetus nomine ecclesie, cum Mosaicæ Hierarchie factus est pontifex Aaron, sicut tunc quoque primum vfa est scriptura euangelij nomine ecclesie, cum Dominus Iesus super Petrum, qui euangelicæ hierarchie factus est Pontifex, ecclesiam ædificauit, vt iam ex hierarchia veteri, quæ est vmbra nouæ, & ex hierarchia noua, quæ est imago cælestis, facile intelligamus, non esse ecclesiam, nisi quæ ecclesie Catholicae, cui beatus Petrus in suo successore præest, adheret, estque eius pars: vt iam, sicut antè dixi, ibi sit ecclesia, vbi, vt beatus Cyprianus ecclesiam rectè definiuit, plebs est episcopo suo adunata, adunatione scilicet, vt iterum dicam, vsque ad originem vnitatis ecclesiarum & primam cathedram beati Petri pertingente: & quacunque patet regnum David, quod Christus in pontifice de cælo regnat, ibi est huiusmodi ecclesia. Quare Protestantes, qui ecclesiam talem nullam habent, possessionem regni David, & Christi hereditatem defraudant: & quantum ad se pertinet, prophetias de huiusmodi hereditate Christi, mendaces cum Iudæis faciunt.

De ordinatione Episcopi à tribus Episcopis facienda, & quare ita cautum sit, & quemadmodum tales sint secundum Euangelium in Ecclesia Catholica Episcopi sic ordinati: quales rursus Protestantes apud suos esse non possunt.

CAPVT IIII.



ED quia ostensum est, constare ecclesiam ex congregatis in nomine Christi: tunc autem congregari in nomine Christi, quando ab eo episcopo, tanquam oues à pastore congregantur, qui petrae illi adheret, super quam Dominus ecclesiam suam ædificauit: ita enim sit, vt eiusmodi ecclesia pars sit regni David, id est, ecclesie Catholicae, cui successor beati Petri præest: dicendum est deinceps, quemadmodum à S. Apostolis prouisum fuerit, vt non facile per fallaciam ad gubernaculum ecclesie episcopus irreperet, qui primæ cathedræ non adhereret: neque per vim irrumperet, scilicet tradiderunt, Domino auctore, ad hoc cauendum, vt episcopus à pluribus episcopis ordinaretur: sicut Paulus de ordinatione episcopi Timothei à pluribus episcopis facta, scripsit ad doctrinam ecclesie Catholicae, quæ eius modi ordinationis legem ab illo traditam accepit, non solum in quibus ciuitatibus ipse ab Hierusalem per circuitum vs. Rom. 15. que ad Illyricum repleuit euangelium, sed vbiunque euangelium prædicatum est. Noli, inquit, negligere gratiam, quæ in te est, quæ dara est tibi per impositionem manuum presbyterij. Significat enim hinc presbyterion αὐτοῦμα πρεσβυτεριον, id est, cœtum plurium episcoporum: à duobus enim, vt minimum, ordinatur, qui principali episcopo consecratori assistunt, quod est ordinari à duobus vel tribus, vt canon primus apostolorum iubet. Quod clariùs adhuc S. Anacletus in epist. 2. canonem apostolorum secutus, & vt mihi videtur, interpretatus, iussit, vt ordinaretur episcopus non minùs quàm à tribus, cum cæterorum comprouincialium consensu. Idem sanxit



xit Synodus Nicena, c.2.apostolorum canonem & apostolici pontificis epistolam imitata. Sic Timotheus ordinatus est à Paulo tanquam primo, cum alijs episcopis. Ut autem ordinatio episcopi à pluribus episcopis fiat, Domino, inquit idem Anacletus, instituyente, iubetur, nè aliquid contra fidem ecclesie vnus tyrannica moliretur autoritas, & regula, vel fides cõfunderetur credentium. Quam verò grauis & vera ratio, atque utilis ecclesijs hæc sit, vt à pluribus episcopis ordinatio episcopi fiat, ceteris comprouincialibus consentientibus, vos ipsi testes esse potestis, qui in prouincijs Germanie regulam credentium tam confusam, & in tot sectas partitam esse videtis, quia in vocandis vestris superintendentibus, id est, episcoporum simijs, non requiritis ceterorum comprouincialium consensum, neque si requireretis, obtinere possentis, cum de fide inter vos non solum per prouincias, sed per ciuitates eiusdem prouincie, immò per domos & familias eiusdem ciuitatis, contendatis & discrepetis. At in ecclesijs Catholicorum Metropolitanus, & omnes comprouinciales episcopi, qui ei subiecti sunt, id ipsum dicunt. Sed redeo ad verbum presbyterij: quod, vt dixi, plures presbyteros hoc loco, id est, plures episcopos significat. Quia enim que presbyteris conueniunt, in episcopo insunt, idcirco episcopo conuenit nomen commune presbyteri, quod est alioqui proprium alterius ordinis inferioris. Vt angeli nomen, proprium quidem est eius ordinis, qui est in celesti hierarchia extremus: commune verò omnium ordinum superiorum: quia habent superiores ordines, proprietates ac virtutes inferiorum: inferiores verò, superiorum non ita. Sic beatus Petrus episcopos vocauit presbyteros: & se compresbyterum, id est, coepiscopum, cum ait: Presbyteros ergo, id est, seniores, qui in vobis sunt, obsecro compresbyter, id est, consenior, Episcopos enim alloquitur, qui clericos habebant in Ponto, Galatia, Capadocia, Asia, Bithynia, tum per ciuitates singulas non paruas, que sedes erant episcoporum: tum per Metropoles que

Quare ordinatio episcopi à pluribus fiat.

Quare nomen presbyteri commune est episcoporum.

1. Pet. 5.

que sedes archiepiscoporum. Rursum Theodoretus interpretans idem nomen presbyterij, presbyterion, inquit, vocat *ἡ ἀποστολικὴ χάριτος ἡμετέροις*, id est, eos, qui apostolica gratia siue charismate donati sunt: hi autem sunt episcopi, qui locum tenent apostolorum, vt S. Anacletus in epist. 3. ait: Presbyteri verò, locum LXX. discipulorum. Idcirco propria episcoporum sunt, vt in eorum ordinatione promulgatur, iudicare, interpretari, & consecrare, in quo potestas ordinandi continetur: hæc enim ad charisma apostolica facultatis pertinent. Præterea etiam Theophylactus, interpretans idem verbum presbyterij, sic ait: (describam Græca, quo maior fides adhibeatur: & quod aliquid in Latina interpretatione desideretur) *μετὰ ἐπιθέσεισ τῶν χερῶν τοῦ πρεσβυτερίου, ταῦτα σὶ τῶν ἐπισκοπῶν. οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι ἐπίσκοποι ἐχρηστούν. ὅρα δὲ φρικτὸν, τὴ δύναται ἐπιθεσισ τῶν ἱερατικῶν χερῶν.* Cum impositione, inquit, manuum presbyterij, id est, episcoporum. non enim presbyteri episcopum ordinabant. Vide verò, (quod terrorem iniicit) quantum impositio manuum sacrarum valeat.

Igitur quia ordinatio episcopi, secundum scripturam Pauli & apostolorum traditionem, à pluribus episcopis fieri debet, vt quidem in ecclesijs Catholicorum semper vsque in hodiernum diem vbique facta est, & quotidie fieri solet: fit, vt sicut episcopus ratione ordinationis latere non potest, nec ignorari, que eius fides, qualis vita, & mores: ita nec ecclesia occultari possit, vt Protestantes somniant, cum sit ecclesia, sicut ait beatus Cyprianus, in episcopo, qui est ciuitas supra montem posita, & lux mundi, & lucerna super candelabrum, sicut Dominus sanctis apostolis dixit, & in eis dixit omnibus episcopis, qui apostolorum successores sunt. Ergo quia episcopus à pluribus episcopis, & consensu ceterorum comprouincialium ordinatur, idcirco neque fides eius occultari potest, nec ab hereticis expugnari, quia habet scilicet plures ordinationis sue auctores: & ceteros comprouinciales episcopos id ipsum dicentes. Sic enim efficitur, vt sit instar ciuitatis supra montem posita, cui à Domi-

Quid nomen presbyterij significat.

Propria episcoporum.

Matth. 5. Quomodo episcopus sit ciuitas supra montem posita.



Hier. 1.

Domino dicitur, quod Hieremię propheta: Ecce dedi te ho-  
dię in ciuitatem munitam. sunt enim episcopi prophete po-  
pulorum, vt Clemens Rom. lib. 2. de const. apostol. dixit. Su-  
perintendentes verò protestantium, quia non sunt episcopi  
ecclesiarum ordinati à pluribus episcopis cum consensu ce-  
terorum comprouincialium, immò sunt meri laici, idcirco  
non sunt tanquàm ciuitates supra montem posite, sed gut-  
tustia obscura, & mutua inter se conuassatione ruentia. Alij  
enim ab alijs inter se impugnantur, & alijs alios condemnant,  
vt Nicolaus Amsdorpius ex Confessionistis vestris, in libro  
quem de publica confessione pure doctrinę euangelij inseri-  
psit, Gasparem Suuencfeldium, Osiandrum, & Adiaphoristas,  
atque alios condemnat: immò Saxonię principes, & comites  
Mansfeldenses libris magnis editis, xi. Sectas Luteranorum  
tanquàm execrabiles, vt Fredericus Staphylus in libro de Lu-  
teranorum inter se concordia testatur, condemnarunt. Scis-  
tu Andrea, aut certè facile scire potes, quàm benè confessio-  
nistis superintendentibus inter se conueniat, id est, Seruetia-  
nis, Stancarianis, Antinomis, Osiandrinis, Maioristis, Melan-  
chthonicis, Adiaphoristis, Suuencfeldianis: qui quidem non  
de parui momenti quęstionibus, nè hoc excuset Andreas, sed  
de grauissimis, & vt Nicolaus Gallus Luteranus in libro The-  
seon & hypotyposeon scripsit, de sublimibus Christianę do-  
ctrinę articulis dissentiunt & disceptant, de lege & euangelio,  
de iustificatione & bonis operibus, de sacramentis & vsu cę-  
remoniaturum. Sed videamus deinceps, quemadmodum epi-  
scopus, in quo est ecclesia tanquàm in capite suo, sit quoque  
lux mundi, vt Dominus dixit S. Apostolis. Interpretatur hoc  
diuinus Dionysius Areop. c. 2. ecclesiasticę hierarchie, cum  
ait: Componit se diuinus episcopus ad imitationem diuini  
luminis, splendorem diuinę doctrinę suę omnibus liberaliter  
effundens, & promptissimus exemplo Dei, ad illuminandum  
accedentes, non inuidia, nec ira impia in eos vtens, qui prius  
apostatę fuerunt, aut immodesti, quin potius semper splen-  
dores

Quare su-  
perinten-  
dentes, &  
ministri Pro-  
testantium  
non possunt  
esse ciuitas  
super mon-  
tem posita.

Fred. Staph.

Quomodo  
episcopus  
lux mundi.  
Matth. 5.

dores eius, diuino nutu accedentibus pontificię, decorę, &  
ordinate, & vt quisque ad sacra aptus & idoneus est, lucent.  
Hactenus Dionysius. Sic fit in ijs, quę sunt & dicuntur eccle-  
sia. non omnes equaliter episcopus docet: sed vnumquen-  
que, vt aptus est, neque quisquam audet, supra quàm decet  
aut licet, velle sapere. Apud vos verò non ita, quia ecclesiam  
non habetis, quę sit in episcopo tanquàm in luce sua. Vestri  
enim superintendentes, non vt quisque idoneus est & decet,  
ita eos illuminant: quin potius cūctos de vulgo, docent pre-  
dicare, & verbum Dei interpretari, id est, deprauare, ac con-  
tradicientibus respondere, zonarios, coquos, tabernarios, far-  
tores, scæminas etiam.

Est præterea episcopus in ecclesia lucerna super candela-  
brum posita, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Nemo  
enim est episcopus in ecclesijs Catholicis, qui cum docet in  
ecclesia sua, non possit & debeat dicere, quod Apostolus ad  
nostram doctrinam dixit, sicut in omnibus ecclesijs docco.  
Cum enim id ipsum dicant omnes, & non sint in nobis schi-  
smata, quod vnus episcopus prophetat ad ædificationē fidei,  
idem reliqui comprouinciales episcopi prophetant. Ad hunc  
modum lucet episcopus instar lucernę super candelabrum  
positę, omnibus qui in domo Dei, id est, in ecclesia Catholica  
sunt. Protestantium verò superintendentes & ministri, quo-  
modo lucere possunt omnibus, qui de fide & fidei dogmati-  
bus, inter se suo etiam & suorum testimonio magna conten-  
tione certant, ita vt alijs ab alijs vicissim in tenebris errorum,  
& cęcitate versari iudicentur, & alijs alijs inter se heretici  
sint & habeantur? vnde vobis accidit, quod Dominus episco-  
po Ephesi secundum reuelationem beati Ioannis minatus  
est: Mouebo, inquit, candelabrum tuum de loco suo, nisi  
pœnitentiam egeris. Candelabrum enim est ecclesia, quę  
tunc vobis mota est, cum lucernas, id est, episcopos ab epi-  
scopis singulos per impositionem manuum plurium episco-  
porum, & cum cōsensu comprouincialium episcoporum se-  
D cun-

Quare mi-  
nistri Pro-  
testantium  
nō possunt  
esse lux  
mundi.

Quomodo  
Episcopus  
lucerna su-  
per candela-  
brum.

1. Cor. 14.

Quare mi-  
nistri Prote-  
stantium non  
possunt esse  
lucerna su-  
per candela-  
brum.

Apoc. 2.

cundum apostolicam traditionem ordinatos, super ecclesias tanquam super candelabra quedam habere definiistis, sicut Maiores vestri ab initio Germanicæ Christianitatis vsque ad ortum hæresis Luteranæ semper habuerant: pro quibus vestri magistratus & populi simulacra lucernarum non ardentium, sed fumantium, à Martino Lutero apostata & pseudopropheta seducti, eligere maluerunt.

Quomodo  
episcopus  
sal.

Sed videamus etiam, quemadmodum sit episcopus in ecclesia sal, quod quidem à ministris & superintendentibus protestantium, alienum est, quia non sunt ministri ecclesiæ. inest enim sal vis adstringendi: facitque, nè quod sale adspersum, putrescat, cum alienum humorem sic citate consumit. tantundem faciunt in ecclesijs episcopi *ἐπιθεωρητοὶ, ὑποπαινοῦντες, ὀρθοῦντες ἡσυχίασιν*, secundum apostolicam constitutionem, quæ

Cap. 16. 17.

Leu. 15.

in libro 2. Clementis Rom. scripta est, id est, arguentes, castigantes, & ieiunijs stringentes, quia scriptum est, inquit, Facite filios vestros *ὑλαβείσθε*, id est, facite, vt Deum reuerentur.

2. Pet. 2.

Dicat ergo Andreas, aut Lipsica academia, Andree doctoris Theologi magistra, quid salis vestri superintendentes habent ad comprimendum peccantes, vt, sicut ait beatus Petrus, ab ea, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptione, metu salutem pœnitentiæ subeunda eos seruent? est ne sermo sale conditus, sicut Apostolus ait, id est, non corruptus, nec ad corrupendum, sed potius ad dandam gratiam audientibus, idoneus? an potius doctrina corrupta & foetida ac mortifera, dicere, indicta ieiunia laqueos conscientię esse? nonne in vestros conuenit, cum hæc loquuntur, quod Apostolus in

Quare mi-  
nistri Pro-  
testantium  
nō sunt sal,  
nec esse  
possunt.  
1. Cor. 15.  
2. Cor. 7.

quæ praua? Etenim si Paulus Corinthios laudat, quod ita essent contristati secundum Deum, id est, ita doluissent peccasse, vt non contenti dolore ac pœnitentiâ peccati, vindictam in seipsis de peccato suo sumerent, vt nos facere sole- mus, cum peccata nostra secundum apostolicam traditionem ad exemplum Corinthiorum ieiunijs, aut alijs pœnis vi-

cisci-

ciscimur: cur non erit laudabile, hoc ipsum facere secundum iudicium eius, qui nobis præest, & nostrarum animarum curam suscepit, & iudex, ac medicus, & pater spiritualis est? Si laudabile est, vt ego mihi salem adspersam, nè putrescam: cur non erit, vt medicus meus adspersam?

Quemadmodum arca Noe, typus Ecclesiæ fuerit, idq. beatus Petrus interpretatus sit: & quomodo inde concludatur, non habere Ecclesiam Protestantes.

CAPVT V.

**D**E monstratum est hactenus, ecclesiam esse & dici plebem, ab episcopo suo, cathedræ Petri principis apostolorum adherente, conuocata ac congregata: & quemadmodum vbi est ecclesia, ibi à pluribus episcopis cum consensu comprouincialium, ordinatur episcopus, & quare: & quales sint in ecclesia huiusmodi episcopi sic ordinati. Sequitur deinceps, vt explicemus, quomodo idem ipse beatus Petrus, cui oues suas Christus commisit, & clauis regni cælorum dedit, vniuersam ecclesiam, cui præfuit, & in successore suo præest, & cui singulæ ecclesiæ tanquam partes adherere debent, si ecclesiæ dicendę sunt, in linteo illo de cælo submisso, & in arca illa Noe delineatam fuisse, interpretatus est: quæ fortè, inquit Augustinus, humani ingenij coniectura videretur, nisi hoc Petrus Apostolus in epist. sua diceret. Ait itaque apostolorum princeps: In qua, id est, arca: pauce, scilicet octo, animæ saluę factæ sunt per aquam, quod & nunc similis formæ saluos facit baptisma. Vbi autem saluos faciat baptisma, si à protestantibus queramus, planè respondebunt, in ecclesia, siquidem extra ecclesiam non est salus: Vt iam aqua baptismi in ecclesia, similis formæ sit cum arca illa Noe, quæ per aquam saluas fecit octo animas: ex illa igitur arca typica Noe, quæ sit, & vbi ecclesia salua-

De ecclesia  
in arca Noe  
mytice de-  
lineata, in-  
terprete B.  
Petri.  
Aug. lib. de  
vitate ec-  
clesiæ. 5.  
1. Pet. 3.

Intaris, intelligere licet, authore & interprete beato Petro. is enim ante ceteros apostolos mysterium hoc nosse debuit, quippe qui fuit in ecclesia Catholica alter Noe in arca. Vt enim cum Noe foedus posuit Deus, ut scriptura testatur, cum ait, Et ingredieris in aream tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorum tuorum tecum: & ex cunctis animantibus vniuersae carnis, bina induces in arcam, ut viuant tecum, & quae sequuntur: sic cum Petro foedus posuit, cum dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Portas enim inferi vocauit mortem. Itaque ut Noe familiae suae, quae fuit tunc vniuersa sub caelo ecclesia, caput & rector fuit in arca, & in ea omnium animantium genera habuit: sic in ecclesia, ut beatus Hieronymus contra Iulianum ait, vniuersarum & gentium, & morum homines sunt. Quarè ubi baptisma est, & caput familiae, qui est episcopus Dei sacerdos, ut sacerdos Dei erat Noe, ibi est ecclesia, quae est domus Dei, tanquam altera arca Noe, in qua requiescit à diluuiò, & laboribus peccatorum: quia ibi datur venia per eum, cui primùm data est potestas ligandi & solvendi, requiem enim significat Noe. Hinc fit, Andrea, ut cum tui protestantes baptisma similis formae cum arca, non habeant: consequens necessariò sit, ut nec ecclesiam habeant. Etenim si baptisma similis formae cum arca haberent, vnum quoque haberent principem & caput, qui eis, vna cum ceteris omnibus, qui per vniuersum mundum ad familiam, siue ecclesiam Domini pertinent, praesent: Sicut vix caput est vxoris, & ei praesent: & pater caput filiorum, & vxorum eorum, velut alter Noe, qui caput erat omnium animarum, quae in arca erant, in qua ipsa illa animae saluae factae sunt: id est, caput vxoris suae, & filiorum suorum, atque vxorum filiorum. is verò esset beatus Petrus, cui episcopi Romani in eadem arca mystica, id est, in ecclesia perpetua serie vsque ad Gregorium XII. qui hodiè in cathedra Petri

Quomodo  
baptismus  
Protestanti-  
um etsi ve-  
rus bapti-  
smus sit, nõ  
tamen sit si-  
milis for-  
mae cum ar-  
ca Noe.  
1. Cor. 11.

Petri seder, semper ab initio cathedrae successerunt. Vna enim est ecclesia Catholica, sicut vna fuit arca Noe: quae ut diuersas habuit mansiones, quas lxx. interpretes nidos vocarunt, ita inter se connexas, ut inseparabiles essent: sic singulae ecclesiae, quae sunt partes ecclesiae Catholicae, velut nidi sunt in ipsa illa Catholica ecclesia constructi: in quibus ceu in nidis, mater ecclesiae pullos suos spirituales parit, & fouet, ac nutrit, & ad volandũ in celũ educit. Erant itaque in arca Noe filij Noe, ac quisque eorum caput vxoris suae: & rursus horum, qui capita erant, caput erat pater Noe, qui eos procreauerat, ac loca eis cum eorum vxoribus in arca assignauerat. Sic singulas ecclesias, quae partes, ut dixi, vnius ecclesiae Catholicae sunt, episcopi tenent, qui earum capita sunt: & horum caput est in successoribus suis Petrus euangelicus Noe, ut vetus Noe caput erat filiorum, qui vxores quoque habebant. Quod si à protestantibus quaeramus, vtrum habeant ecclesias, quae sint ecclesiae Catholicae partes, ac veluti nidi: haud dubium, quin responsuri sint, habere se tales ecclesias: Si verò rursus petamus, ut earum capita ostendant: continuò suos proferent superintendentes. quod si adhuc rursus interrogemus, quodnam caput habeant isti superintendentes? nullum, respondebunt: ex qua responsione necessariò nos concludimus, non esse eos filios Noe in spiritu, nec ad arcam eius mysticam pertinere: id est, non pertinere ad ecclesiam Catholicam, quia Petrum nouum Noe, caput esse non agnoscunt, non enim satis est baptismum verum habere, ut quidem protestantes habent, neque verum usum aliorum sacramentorum, ut habere eos, interim fingamus, tametsi reuera nullum sacramentum, praeter baptismum & matrimonium habent, quia episcopis carent, qui ministros verbi & sacramentorum ordinant, sed necessè est secundum scripturam beati Petri, ut baptismum habeant similis formae cum arca Noe, id est, baptismum in ecclesia. Qui enim baptismum in ecclesia retinet, is ad arcam mysticam saluabitur: qui verò non retinet, non pertinet. Qui enim habitabit, sicut ait Esaias, in excelsa spelunca petrae fortis, id est, in

Singulae ec-  
clesiae velut  
mansiones  
arcae Noe.

Euangeli-  
cus Noe  
B. Petrus.

Esai. 33.  
in

in ecclesia, panis vitæ ei dabitur: & aqua eius fidelis, aqua scilicet sancti baptismatis, quæ, ut beatus Cyrillus hunc locum interpretans ait, firmos facit baptizatos. Non est hæc, quam nunc tracto, Theologia symbolica, ac mystica ex coniecturis ducta, quæ solum ad suadendum veritatem, sicut ait Dionysius, valeat, sed demonstratiua, quæ, ut idem ait, veritatem adstringit. siquidem beatus Petrus non per coniecturas probabiles, sed per spiritum Dei interpretatus est, esse baptismum nostrum antitypon illius arcæ, id est, respondere illi arcæ tanquam typo mysterium baptismi, quod interpret vertit, baptismum similes formæ. Ut enim paucæ animæ in arca congregatæ, saluæ factæ sunt in aqua: sic per mysterium baptismi aquæ, salui fiunt congregati in arca mystica, quæ est ecclesia Dei, licet parua sit ecclesia, id est, paucarum animarum, ut in arca illa erant octo animæ: Dominus enim dixit de ecclesia, Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ob hanc enim causam, ut mihi videtur, notauit beatus Petrus, paucas animas, id est, octo, saluas factas fuisse in arca, ut scilicet admoneret nos, arcam illam typum fuisse non solum ecclesiæ Catholicæ, quæ vna est & magna: sed etiam vniuersæ cuiusque ecclesiæ particularis, quæ pars illius est, & velut nidus ei affixus, quanlibet paruus: in qua ecclesia, licet parua, baptismus non minus saluum facit, quam in magna. Quod si adhuc protestantes, ut quoquomodo elabi queant, in eo dicant esse baptismum suum similes formæ cum arca Noe, quod saluos faciat, ut arca saluos fecit per aquam, cum alioqui negent ecclesiam similem esse illius arcæ, nè, si semel hoc concesserint, vnum quoque principem & caput totius ecclesiæ velut alterum Noe, concedere cogantur: quæramus ab eis, quosnam fecit saluos arca per aquam? scio, respondebunt, & cum eis Andreas Theologus, eos, qui in arca erant: aliorum enim dicere non potestis: nec enim alij erant. Rursus quæro, facitne baptismus omnes baptizatos saluos? nec hoc conceditis, nè simul concedatis, omnes baptizatos in ecclesia esse: siqui-

Dionysius in  
epist. ad Ti-  
tulum.

siquidem nobis quoque negatis ecclesiam. saluos ergo facit baptismum eos tantum, qui in ecclesia sunt: ut arca eos, qui saluati erunt in arca: ecclesiam igitur cum baptismo, siue baptismum cum ecclesia, (vnum enim re sunt) similes formæ cum arca dixit beatus Petrus. quod si ecclesia cum baptismo, est similes formæ cum arca, profecto in eo primum similes formæ erit, quod primum & maximum in arca fuit, nempe in vno capite & sacerdote illius familiæ, quæ tunc erat cuncti orbis ecclesia. at ecclesia protestantium, quam ipsi putant, vnum caput non habet, nec agnoscit, igitur non est similes formæ cum illa arca Noe, ac proinde nec ecclesia est: ac baptismus eorum quantum verus baptismus sit, non tamen est, ut antea dixi, baptismus similes formæ cum arca. Non enim inuocatio tantum trinitatis personarum diuinarum, in quarum nomine baptismus Christi fit, baptismum facit similes formæ cum arca, id est, salutarem, sed ecclesia simul hoc facit: quia ipsa simul cum baptismo, est similes formæ cum arca, quæ per aquam saluos fecit.

Sed dicet fortassis Andreas, esse magistratum aliquem principem, & caput ecclesiæ protestantium, at talem non habetis: neque si haberetis, similes esset Noe, qui cum esset sacerdos Dei, ædificauit, sicut scriptum est, altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volueribus mundis, obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Vestri verò magistratus & principes, meri laici sunt: immò & superintendentes ipsi, meri quoque laici sunt. Quare ecclesiam nullam habetis, nec habituri estis, donec ad arcam, vnde exiistis, cum pace tanquam columbæ redatis, & vos per manum, id est, per ministerium potestatis suæ evangelicus Noe præhendat, & in arcam introducat, nisi malueritis eorum illum imitari, qui egressus est, & non est reuersus. Ut impleatur in vobis imprecatio Salomonis, Qui deridet patrem, & qui despicit senectutem matris suæ, suffodiant oculum eius corui de torrentibus, siue de conuab-

Quid requiratur, ut sit baptismus similes formæ cum arca Noe.

Gene. 8.

Pro. 30.



contuallibus. Vos enim patrem patrum, qui est episcopus Romanus, beati Petri principis apostolorum successor, irrisistis, ac maledictis quotidie de suggesto proscinditis: & senectute matris Ecclesie, in qua Maiores vestri omnes, ab ipso ortu Christiane in Germania religionis, nati fuerant, inhonorastis: dicam amplius, beatum Petrum in successoribus eius ridetis: & in Petro Christum, qui ei claves regni caelorum dedit: & in Christo Deum patrem, a quo omnis paternitas in celo & in terra. Sed nolite errare, inquit Apostolus: Deus non irridetur.

Eph. 3.  
Gala. 6.

*Quemadmodum linteum beato Petro ostensum, typus Ecclesie Catholicae fuerit, eodem Petro interprete: & quomodo ex ipsa B. Petri interpretatione illius visionis demonstratur, non habere Ecclesiam Protestantem.*

CAPVT VI

**H**Actenus de mysterio arcae Noe: quam beatus Petrus per spiritum intellexit, & in epistola sua exposuit, typum fuisse ecclesie Catholicae: in qua omnium gentium, & morum homines sunt, sicut in arca illa omnia genera animantium tum munda, tum immunda erant, quae, ut ait Greg. Nyssenus, διαφορὰ σφισμομάτων significabant, id est, differentias eorum, quae pro dijs, ut Apostolus in epist. ad Rom. scripsit, a gentibus colebantur, ex quibus, tam multiplici superstitione & idololatria implicatis, congreganda erat ecclesia. Sequitur deinceps, ut explicemus, quemadmodum hoc ipsum idem beatus Petrus ex linteo quoque illo magno, quod ei de caelo submissum, ostensum est, per eundem spiritum intellexit, & nobis interpretatus est. Ex quo etiam, quae sit ecclesia, & ubi, facile demonstrabimus. Quod ergo uedit princeps apostolorum linteum magnum, submissum de caelo in terram quatuor initijs, & in eo omnia quadrupedia, & serpentina terrae, & uolatilia caeli: significabat in anigmate

Año. 10.

Quid linteum magnum submissum de caelo in terram quatuor initijs,

esse in ecclesia Catholica, quae una est & ingens, homines ex omnibus gentibus, ex omni superstitione falsi cultus, & ex multiplici uarietate ingeniorum ac consuetudinum, ad fidem Christi, qui de caelo descendit, ut hanc ecclesiam edificaret, conuersos, & superaedificatos super fundamentum apostolorum & prophetarum, id est, super euangelium, quod S. Apostoli & prophetae, quos Deus in ecclesia posuit, praedicauerunt, & quatuor euangelista literis mandarunt. praecipis enim & doctrina quatuor euangeliorum, ecclesia Catholica ligatur: & ut ait magnus Dionysius in epist. ad Titum, ueritas adstringitur: quae quidem quatuor euangelia ab initijs suis legi in ecclesia consueuerunt, cum dicitur, Initium sancti euangelij secundum Mattheum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Haec ergo sunt quatuor illa initia, quibus linteum illud ligatum erat. Submissum est autem ter de caelo in terram, quia baptismus de caelo est: & qui baptizantur, ex quibus tanquam ex quibusdam filijs spiritualibus, textura ecclesiae instar linteae constat, baptizantur in nomine patris, baptizantur in nomine filij, baptizantur in nomine Spiritus sancti. quae sunt tres uersiones, & unum mysterium baptismi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, iuxta canonem apostolor. 1. Per baptismum autem factato uetere homine, consecrati, & facti mystice hominibus locaustum in Christo ara nostra, sicut idem Dionysius ait, accessum habemus ad Deum in gratiam istam, sic enim ille locum hunc Pauli, cum de mysterio chrisimatis agit, diuine interpretatur. Hoc igitur in enigmate significabat, quod dictum est beato Petro, Maista: illud uero, Et maaduca: significabat, ut Christi eibus erat, sicut ipse dixit, facere uoluntatem patris: sic quoque cibum discipulorum Christi esse, facere uoluntatem Christi, quae est sanctificatio nostra. Hoc igitur, quod tunc in enigmate illius linteae beato Petro precepit Dominus, praecipit postea sine ullo anigmate sanctis Apostolis, cum iussit eis ire ad texendum linteum, id est, ad ordiendam ecclesiam instar linteae, cum dixit: Euntes ergo, docete omnes gentes,

in enigmate significaret.

Eph. 2.

Quid submissum ter.

Quae sint tres uersiones unius baptismatis. Can. apo. 50

Quid significet, Maista & maaduca. Rom. 5.

Ioan. 4.

1. Thef. 4.

Matth. 28.

E tes,

tes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, docentes seruire, quęcunque mandauit vobis. Hęc sunt, quibus cōtinetur linteum illud. Omnes enim gentes, sunt omnia illa quadrupedia, & bestię, ac reptilia, & volatilia. Baptizati autem, siue descendere ac submitti in aquam, est illud descendere ac submitti de cęlo linteum: illud verò, docere eos seruire quęcunque mandauit vobis, nihil aliud erat, quàm predicare illis doctrinam quatuor euangelij cōtinentam, quę erant quatuor illa initia, quibus linteum illud ligatum erat. Ceterum nondum satis hęc sunt, vt ibi sit ecclesia, vbi hęc sunt: id est, non satis est baptismus: adde etiam verum vsum cęterorum sacramentorum: nec euangelium, id est, fundamentum apostolicę & propheticę doctrinę, vt tu Andrea falsò posuisti: sed necessè etiam est, vt non sit pars lintei scissa: quin potius pars lintei magni non diuisa: pars, inquam, magnę ecclesię, hoc est, Catholicę, quę vna est, per vniuersum mundum diffusa: qui enim huiusmodi partem, à tota non separatam tenet, totum linteum tenet: idemque, secundum prophetiam Dauid, in ecclesia magna Deum laudat. tunc enim huiusmodi pars ecclesię, quia non est diuisa à magna, vsque ad Petrum in successoribus eius pertingit, sicut de illo magno linteo, ecclesię magnę typo, dixit beatus Petrus, vt Lucas narrat. Vidi in excessu mentis meę visionem, descendens vas quoddam magnum, quatuor inijs submitti de cęlo. Deinde subiungit, Et venit vsque ad me. An existimant protestantes, temerè hoc scriptum esse? immò verò scriptum est, vt intelligant omnes, quibus Dominus, sicut apostolus ait, dat intellectum, ecclesiam, quę non venit per obedientiam vsque ad Petrum in successoribus eius, non esse partem ecclesię Catholicę, cuius typus erat illud linteum, quod vsque ad Petrum venit: neque recipiendam esse in cęlum, quò linteum illud receptum est. Dicam igitur de parte Luteri, quod Opratus Milcuiranus de parte Donati: Nobis communio est cum vniuerso orbe, & omnibus prouincijs nobiscum: vos verò pauci & soli, extra magnam

Collatio lo  
ei euāgelici  
cum visio.  
ne lintei  
submissi de  
cælo.

Quid neces  
sariò requi  
ratur ad ra  
tionem in  
tegram Ec  
clesię.

Psal. 21. 34.

Quid sit il  
lud in visi  
one lintei,  
& venit vsq;  
ad me, bea  
to Petro  
etiam in  
terprete.

magnam ecclesiam, id est, Catholicam, estis. Vestras enim hereses nulli ab Ortū vsque ad Occasum; præter vos, tenent. Immo omnes ecclesię, quę sub cęlo sunt, eas anathematizant. nec vnquam intrā Catholicam ecclesiam eritis, nisi prius vsque ad Petrum veniatis: tunc enim tenebitis mysticè partem illius lintei magni, quod vsque ad Petrum venit: id est, tunc erit vobis ecclesia, ecclesię Catholicę indiuidua pars. Atque esse quidem sic secundum historiam Lucę, intelligendum illud, Et venit vsq; ad me, nè quid hęc Andreas, aut academia eius cauilletur, ipsa illa Actorum apostolicorum scriptura conuincit. Postquam enim vidit Petrus linteum illud magnum, & in eo omnia quadrupedia, & serpentina terrę, & volatilia cęli, ingressus ad Cornelium gentilem: Vos, inquit Petrus, scitis, quomodo abominatum sit viro Iudæo, coniungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem: propter quod, sine dubitatione veni accersitus. Ergò illa omnia quadrupedia, & reptilia, ac volatilia, quę Spiritus Dei mactare iubebat, homines esse intellexit exuendos per euangelium moribus ferinis, & cultu gentili, quod est genus quoddam mactandi, quod ipse Petrus in Cornelio & familia eius fecit, sicut Angelus eidem Cornelio, Accersi, inquit, Simonem, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua. Quod si beatus Petrus in illis omnibus animalibus varij generis, quę in linteo erant, homines diuersarum gentium sibi ostensos per spiritum DEI, teste scriptura, intellexit: consequens necessariò est, vt cum dicit, linteum illud plenum illis omnibus quadrupedibus & bestijs, vsq; ad se venisse, cum istas gentes, quę gladio verbi Dei mactandę erant, & Domino tanquam victimę viuente offerendę, vsq; ad se in visione spiritali venire dixerit: ita vt quę non venirent vsq; ad se in illo linteo typo ecclesię catholicę, nõ ptinerent mysticè ad ipsum illud

Acto. 10.

Interpretatio beati Petri de visione lintei.

Testimoni-um Petri de obedientia, quã ei debent omnes Ecclesię.

illud linteum magnum, id est, ad ecclesiam Catholicam. Iam ne vides Andrea, & Lipsica academia, vim connexi? & quemadmodum si antecedentia concedas, quæ negare nullo modo potes, nisi vocem Spiritus sancti neges, consequentia concedere cogaris? Iam verò quid sit, gentes omnes, quæ ad linteum illud magnum mysticè pertineant, vsque ad Petrum venire oportere: nemo est, qui non intelligat. Nihil enim aliud accipi potest, quàm debere esse omnes subditos Petro, scilicet in successoribus Petri, qui sunt Pontifices Romani: quibus qui obediunt, etsi corpore absentes sunt, per spiritum obedientia vsque ad Petrum veniunt. Quarè non satis est, si qui sunt suis episcopis per provinciarum dioceses obedientes, nisi eorum obedientia vsq; ad Petrum, id est, vsque ad Pontificem, beati Petri successorè, veniat: alioquin ecclesia eorum, etsi de celo descendat propter baptismum & alia sacramenta, & propter euangelium, non tamen recipietur in calum: quia qui in illa sunt, non continebatur mysticè in illis, de quibus scriptum est, Et recepta sunt omnia rursum in calum: Illa enim priùs venerunt in illo linteo vsque ad Petrum, sicut scriptura testatur: & postea recepta sunt in calum. tamen hoc, Andrea, non de tuis protestantibus ac confessionistis dico. Illi enim, ut duobus libris antea docui, & docebo adhuc paulò post, nullos habent per ciuitates & provinciarum dioceses episcopos, sed meros laicos, ac proinde nullam penitus ecclesiam, neque sacramenta, excepto vno baptismo, & matrimonio, nec vllum verbi Dei ministerium: quod quidem non laicis, sed episcopis, & sacerdotibus, quos episcopus ordinat, conuenit.

*De Ecclesia Catholica per omnes mundi partes diffusa, & quomodo partes eius non sint, nec esse possint protestantium ecclesie, quas ipsi vocant: & quid Solneccerus Confessionista, sibi & verbo Dei repugnans, de ecclesia scripserit.*

CAPVT VII.

**S**atis, ut opinor, demonstratum est ex mysterio illius arcæ & linteï, beato Petro interpretate, nullam ecclesiã protestantes habere: quia ecclesia eorum, quam putant, nec vllius nidi illius vnus arcæ vicem tenet: nidi enim illius arcæ, siue mansiones, affixi erant eidem arcæ Noe, quæ vnum Noe habebat totius arcæ præsidem, & omnium animarum rationalium, quæ intus erant, caput. Neque numeratur pars non scissa illius vnus magni linteï mystici, quod est ecclesia Catholica. Etenim si numeraretur, veniret sanè vnà cum reliquis partibus magni illius linteï in vnum coherentibus, vsque ad Petrum per obedientiam. Sed quia adhuc fortassè, ut sunt pertinaces & obstinati, dicturi sunt protestantes, esse se partem ecclesiæ Catholicæ, tamen nec vnum Noe spirituales in vnâ arca mystica ecclesiæ vnus catholicæ, nec vnum Petrum in vno mystico linteo eiusdem ecclesiæ agnoscunt, quasi satis sit, singulas ecclesias suos habere rectores: doceamus adhuc, eundem locum vrgentes, non esse eos cum suis rectoribus, quos superintendentes vocant, partem ecclesiæ Catholicæ. quod quidem clarissimè intelligetur, si ecclesiam vnâ Catholicam per omnes cuncti orbis partes fusam esse demonstrauerimus. quod ipsum hæc negare isti audeant, aut de eo dubitare, quasi in arca illa & linteo non satis, ut nos volumus, beato Petro ostensum hoc sit, eas scripturas, quæ (ut beatus Augustinus ait) interprete nõ egeant, proferemus. Siquidem dilatio ecclesiæ per cunctum orbem, quæ ad maiestatem, gloriam, ac dignitatem eius in primis pertinet, inter cetera indicia singulare, & clarissimum insigne eius, est prædictionibus prophetatum ab initio celebratum, & ad exitum tãdem celeberrimè perductum: quam obrem vel hoc solum potest protestantibus affatim ostendere, non habere eos ecclesiam, nisi in meridio hallucinari malint. Vt enim tenebræ cerni non possunt, nisi cernendo lucem: sic

*Quomodo Protestantes cum ministris suis nõ sint, nec esse possint pars ecclesiæ catholicæ.*

*De dilatatione ecclesiæ Dei per vniuersum orbem.*

Quomodo  
exemplo san-  
ctorum pa-  
trum redar-  
guendi sunt  
qui ecclesi-  
am Dei fal-  
sò sibi ven-  
dicant.

sic etiam non esse ecclesiam, quæ putatur, videri non potest, nisi hæc Catholica videatur, quæ per omnes terras fusa & dilatata est. quid enim est ecclesia carere, nisi in tenebris esse? Sic Cyprianus Puppianum, & qui eum co sentiebant: sic Opratus & Augustinus Donatistas, sic Hieronymus Luciferianos redarguerunt. Nos verò multo etiam magis ac facilius protestantes eadem via conuincimus: siquidem illi formam aliquam ecclesiæ vtcunque habebant, quia episcopos, licet schismaticos, & cæteros ministros, quos episcopi ordinant, habebant: protestantes verò nullam penitus formam ecclesiæ habent, quia nullos penitus ecclesiæ, neque verbi ministros habent, sed meros laicos. Constat autem, sine ministris ecclesiam esse non posse. Ecclesiam igitur Catholicam esse per cunctum orbem fusam, quod satis verbum ipsum, Catholici, declarat: quia cum alij, tum Augustinus æquè prolixè, & eruditè in libro de vnitæ ecclesiæ aduersus Donatistas docuit. Pauca illius recitabo, vt longiore sermone, vbi non opus est, superledeam. Postquam nimis multa testimonia ex lege, prophetis, ac psalmis, & nouo testamento, de ecclesia per omnes mundi regiones dilatata tunc protulit, petit à Donatistis, vt ipsi, si quid planè habent, quod contradicant, proferant: quod nos etiam ab Andrea doctore Lipsensi, & cæteris protestantibus petimus. Aliquid ergò, inquit Augustinus, proferete, quod non contra vos verius interpretetur, sed quod interprete omnino non egeat, sicut non eget interprete, In semine tuo benedicentur omnes gentes: quia semen Abraham Christum, non ego, sed Apostolus interpretatur. Sicut non eget interprete, Tu enim vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua orbis terrarum: quia ei dicitur, quem nemo Christianus, nisi ecclesiam Christi, intelligit. Sicut non eget interprete, Commemorabuntur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius omnes patriæ gentium: quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium: quia in eo psalmo dicitur, vbi passio Domini, etiam teste euangelio,

gelio, declaratur. Sicut non eget interprete, Quia oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem: Sicut non eget interprete, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Cœpisse enim ecclesiam ab Hierusalem, atque inde isse circum Iudæam, & Samariam, & cæteras gentes, consequentia gesta testantur, canonice firmata documentis. Sicut non eget interprete, Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Sicut non eget interprete, Sinite vtraque crescere vsque ad messem: quia cum egeret interprete, ipse Dominus interpretatus est, & ita exposuit, cui nemo contradicere potest, maximè in illa parabola, quæ ab ipso prolata est, & ipse ait, bonum semen, esse filios regni: agrum, mundum: messem, finem seculi. Deinde subiungit: Tale aliquid proferte vel vnum, quo apertissimè Africa declaretur, vel in reliquis sola derelicta: vel ad principium renouandi, & implendi orbis sola seruata. Hactenus Augustinus. Idem nos dicamus protestantibus: Aliquid vos proferte vel vnum, quo apertissimè Germania, in qua nata est doctrina Luteri, declaretur vel in reliquis sola derelicta Catholica: vel sola seruata ad principium renouandi & repurgandi doctrinam, & implendi orbem purgato euangelio. Sed bene habet, quòd hæc parte saniores sunt protestantes, quàm Donatistæ. Quidam enim ex vestris confessionistis Nicolaus Selneccerus, quem tu Andrea in capitibus disputationis tuæ secutus videris, & nò pauca ab eo mutuatus: in suo Analecto, siue libello collectaneorum, in tractatu secundo de ecclesia, quia sparsa est per totum mundum iuxta mandatum, Euntes in mundum vniuersum, docete. & Augustinus matrem ecclesiam Catholicam per omnes gentes, & per totum orbem longè lateque diffusam esse, aliquoties ostendit, vt de con-

Luc. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.



temptu mundi epist. 38. & in serm. de Sanctis, &c. Hęc Nicolaus vester. & paulo post: His de causis ecclesia vocatur Catholica, non quod semper inter omnes populos, & in omnibus locis sit visibilis coetus Christianorum: sed quia non amplius ad vnum populum, vtpote ad Iudæos, verum ad omnes populos, quos Christus ad suam agnitionem vocat, pertinet: & sese vsquo ad finem mundi per omnes nationes extendit, sicut & factum est. Nam ab Hierosolymis in totam Iudæam, inde in Samariam, postea in reliquas nationes, Orientem, Meridiem & Occasum versus, & nunc quoque in Septentrionales regiones & vrbes ecclesia propagata est: & sunt passim in diuersis regnis multa ecclesiarum membra. Hactenus Nicolaus. Cuius testimonium hoc, verum est: illud verò, falsum & huic repugnans, quod idem oblitus suus, paulo post cap. proximo sequenti dixit: Catholicum autem esse, vt ipsi intelligunt, (nos dicit) videlicet propagari in totum mundum & in omnia regna & loca, signum ecclesiarum esse non potest. at paulo ante aiebat, & rectè, ecclesiam dici Catholicam, quod sese vsquo ad finem mundi per omnes nationes extendit, sicut & factum est. & quæ sequuntur: & Augustinum citauit dicentem, matrem ecclesiam Catholicam per omnes gentes, & per totum orbem longè lateque diffusam esse. Sed videamus, cur neget, quod prius aiebat: cur, inquam, neget, esse signum ecclesiarum, dilatationem per omnes mundi partes & gentes, quam prius conuenire ecclesie, & quidem secundum scripturam, confitebatur. Nam & Satanæ, inquit, vbique locorum in toto mundo sua habet membra, conuenticula, dogmata, organa. En causa & ratio, cur Catholicum, quod paulo ante proprium esse ecclesie, concesserat, rursus negat, posse signum eius esse. Quadrant in hunc, quæ beatus Hieronymus in Laciferianos, qui idem aiebant, scripsit: Vbi quæso, inquit, sunt isti numerum religiosi, immò nimium profani, qui plures synagogas asserunt esse, quàm ecclesias? Quomodo destructæ sunt diaboli ciuitates, & in fine, hoc est, in seculorum consummatione idem

Selnecceri  
repugnan-  
tia.

ne idolocorruerunt, si ecclesiam per totum orbem diffusam non habet Christus? En si Britannias, Gallias, Orientem, Indorum populos, Barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanæ, quomodo ad angulum vniuersæ terre crucis trophæa collata sunt? Hęc Hieronymus. Satanæ igitur, authore Nicolao Selneccero, priuat Christum hereditate sua, per omnes gentes, secundum promissiones patrum dilatata, sicut scriptum est, & Paulus nobis interpretatur, Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. & iterum, Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exsurgit, regere gentes, in eum gentes sperabunt. In ijs autem quæ hoc loco apud Esaiam sequuntur, quæ idem Apostolus propter breuitatem non recitauit, prædicit propheta adhuc clarius, congreganda esse ecclesiam ex reliquijs Israel & gentibus, per vniuersas mundi regiones. Sequitur enim, Et erit in die illa, adiciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & a Babylone. sic enim est apud I. xx. Et ab Aethiopia, & ab Aelam, & Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris, & leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iudæ colliget à quatuor plagis terre, & quæ sequuntur. Pertinere autem hæc ad ecclesiam Catholicam, per omnes mundi partes tam ex Iudæis quàm ex gentibus collectam, interpretatus est Apostolus in epist. ad Rom. citato principio huius prophetie, quod satis fuit. Quomodo igitur audet Nicolaus iste, contra propheticam veritatem, & contra interpretationem, & testimonium Apostoli, dicere, Catholicum esse, id est, propagari in totum mundum, & in omnia regna & loca, signum ecclesiarum esse non posse? Quod autem subiicit, in causa esse Satanam, qui vbique locorum in toto mundo sua habeat membra, impedire hoc non potest, quo minus vere sint, & iam impleta prophetie & promissiones patrum de dilatatione ecclesiarum per omnes mundi plagas: non potest, inquam, impedire hoc, vel teste ipso Nicolao, qui paulo ante iterum sui im-

Rom. 15.

Esa. 11.

Quomodo  
verbo Dei  
repugnet,  
negare si-  
gnum ec-  
clesiarum esse,  
diffusam  
esse per vni-  
uersum  
mundum.

F

memor,



memor, & rursus sibi contradicens c. i. eiusdem tractatus secundi de ecclesia, postquam definiuit ecclesiam sanctificatorum, subiunxit: Huic ecclesie in externa societate hypocrita, & multi mali admixti sunt, iuxta parabolam de zizanijs, & sagena missa in mare, in qua boni & mali pisces comprehenduntur. Sunt enim in ecclesia & viua, & mortua membra, & paulo post citat Augustinum de fide ad Petrum c. 43. Firmissime tene, & nullatenus dubita, arcam Dei esse Catholicam ecclesiam: & intra eam usque ad finem mundi, frumento mixtas paleas contineri. Eundem rursus citat in eandem sententiam contra Cresconium lib. 2. c. 34. Etsi videtur, inquit, in ecclesia zizania esse, non tamen impediri debet aut fides, aut charitas nostra: ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus: nobis tantummodo laborandum est, frumentum esse ut possimus. Constat ergo Nicolaus, & recte cum Augustino, immo cum euangelio, zizania esse in ecclesia: zizania vero, dixerunt serui patris familias, unde habet? & ait illis: Inimicus homo hoc fecit. hic est Satanas. discrimen autem boni & mali seminis, id est, verorum & falsorum dogmatum, inquit Photius Constantinop. in scholijs suis in Matth. docuit, cum dixit in parabola, Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Ut ergo Satanas, iuxta parabolam, facere non potest per sua zizania falsorum dogmatum, quin herba boni seminis verorum dogmatum crescat, & fructum ferat: sic membra eius, conuenticula, dogmata, organa, quantumvis ubique locorum in toto mundo sint, ut Nicolaus dicit, impedire non possunt, quin Deus secundum promissiones patrum in semine Abrahe, qui est Christus, omnes gentes benedixerit: dederitque ei gentes hereditatem, & possessionem eius terminos terre: haec est ecclesia Catholica, quae ideo dicitur Catholica, ut Cyrillus Hierosolym. archiepiscopus in catechesi xvij. hoc verbum eruditè interpretatus est: quia, inquit, a sinibus terrae usque ad fines pertingit: & quia docet καθολικῶς, καὶ ἀνεκτικῶς, id est, generaliter, & perfecte, quaecumque dogmata scire oportet, de ijs, quae videntur.

Matth. 13.

Psal. 9.

Cyrillus Hierosol. de verbo, Catholici.

videntur, quaeque non videntur, de caelestibus & terrenis: & quia omne genus hominum subijcit religioni, tum potestates & magistratus, tum priuatos: & quia vniuersaliter curat omne genus peccati, quod per animam & corpus consumatur: & quia continet in se omnem speciem & formam virtutis in operibus, in sermonibus, & varijs charismatibus. Ecclesia autem appellatur *ἐκκλησία*, id est, ut ipsius nominis ratio fert, quia vocat omnes, & congregat in vnum. Haec tamen Cyrillus, magnae & authoritatis, & antiquitatis auctor.

De verbo ecclesiae.

Sed videamus iam, quid sequatur ex eo, quod ecclesia Catholica sit per omnes mundi partes fusa, quantumvis demus, quod Nicolaus Selnecker ait, quod nunquam fuerit, nunquam sit, nunquam erit doctrina ecclesiae simul & semel in omnibus locis, regionibus, & ciuitatibus totius terrarum orbis. Non enim hoc ratio verbi, Catholici, necessario postulat, ut nullus locus, nulla regio sub caelo relicta sit, in quam non penetrarit euangelij praedicator & fides. Satis est, quod Augustinus dixit, & Selnecker Augustinum secutus, paulo ante confessus est, & omnes confessionista concedunt, matrem ecclesiam Catholicam per omnes gentes, & per totum orbem longe lateque diffusam esse: hinc fit, & necessario concluditur, ecclesias Saxonicas, quas vocant, & ceteras Germaniae similes, non esse partes ecclesiae Catholicae. Etenim si partes sunt, profecto qui eas tenent, ut reliquas partes ecclesiae Catholicae, quae per omnes mundi partes fusa est, teneant necesse est. Siquidem ecclesiae, sicut ait Optatus contra Parmenianum Donatistam, quod supra iterum memini, numerantur in nomine, sed vno intellectu suo iunguntur in corpore, ut in manu digiti, quos interuallis singulis videmus esse distinctos: unde qui tenet, inquit, vnum, totos teneat necesse est, cum vnusquisque a partibus separari non possit. At ecclesiae Lutheranae, cum ceteris ecclesijs, quae partes sunt ecclesiae Catholicae, per cunctum orbem diffusae, nullum communionis probantur habere consortium.

Quomodo quae dicuntur ecclesiae Protestantium, non sunt partes ecclesiae catholicae.



Non enim cum illis cathedram primam tenent, id est, cathedram Petri, quæ est origo, ut Cyprianus ait, unitatis ecclesiarum: neque sacramenta, quæ Optatus dicit esse viscera ecclesie Catholice: Nullum enim sacramentum præter baptismum & matrimonium, ut sæpius dicam, habent, neque habere possunt: quia ministros ecclesie sue, quam putant, meros laicos habent, ut suo loco postea magis adhuc demonstrabo. Quod si adhuc, & confessionistæ & reliqui Lutherani, contendunt, se partem esse ecclesie Catholice, de nobis quidem, ut Optatus suo tempore de suis dixit, luce clarius est, nos cum tot innumerabilibus populis esse, & tot prouincias nobiscum probent ipsi, an sint saltem in vtraque Germania cum omnibus eius populis: & omnes prouincias vtriusque Germanie sint cum ipsis. Quod si luce clarius est, non esse, ac multo minus extra Germaniam cum vlla prouincia aut regno communionem habere, luce item clarius est, non pertinere eos ad ecclesiam Catholicam: quæ, ut ait beatus Cyprianus, vna est, non scissa ac diuisa, sed vniuersè connexa, & coherens sibi inuicem sacerdotum glutino copulata. Quod si vos partem ecclesie Catholice estis, id est, si ecclesie Catholice per omnes mundi prouincias propagatæ coheretis, ut cum Optato aduersus Parmenianum Donatistam dicam: probate quod totus orbis commercio formatarum, vobiscum in vna communionis societate concordat: probate, inquam, (id quod apud nos quotidie fit) literis pacificis ad omnes ecclesias cuncti orbis à vobis datis, aut ab eis acceptis, esse vos in eorum communionem: aut si hoc facere non potestis, ut vos testes estis, quomodo vos ecclesie Catholice, quæ vna est, partem tenere putatis? Respondete adhuc mihi, vrgebo enim amplius. Ante annos non ita multos, ante Lutherum, dico, ecclesie Germanicæ, & Anglicanæ, & si quæ aliæ religionem mutarunt, coharebant ne ecclesie Romanæ, ac proinde exteris omnibus cuncti orbis ecclesijs, quæ eidem ecclesie Romanæ hodie coherant? maximè, nec enim ignorare hoc potestis

In epist. ad Florent.

testis, si scire vultis: neque si scitis, negare potestis, si erubescitis. quid tum? perierunt ne illæ tunc infinite ecclesie? & vestrae in duabus Germanijs non totis, saluæ remanserunt? si enim ita est, dicam, quod beatus Hierony. Luciferianis dixit, nimis profecto pauper factus est Christus. Siquidem amplissimum regnum eius, longè lateque secundum promissiones patrû per omnes gentes cuncti orbis fufum & dilatatum, quod in ecclesia Catholica ante Lutherum regnabat, per eum est ita contractum, ut in duas Germanias non totas, immò neque dimidias cõclusum sit. quod si hoc dicere, aut putare impium & blasphemum est, vestrae igitur potius ecclesie, id est, ecclesie antiquæ patrû ac maiorum vestrorum perierunt, ex quo ecclesie Catholice, quæ vna est, coherere desièrunt: & pro eis alia ecclesia ex vobis nata est, quam ministri Antuerpienses in prologo defensionis confessi, Antuerpiensis, Augustanæ consentientis, merito teneram & recentem, contra Magdeburgensium Centuriatorum propositum appellant. Illi enim magno conatu & studio hoc agere voluerunt, ut doctrina ecclesie nostræ non ab initio, & per omnium seculorum testes audita, sed recens videretur: vestra verò contrà, non noua & recens, sed vetus. Sed meliùs Antuerpienses ministri teneram & recentem vocant ecclesiam suam: quæ recens quidè non esset, nisi doctrina eius & disciplina atq; institutio, recens esset quasi ad instar ecclesie primitiue: nisi quod illa ecclesie primitiue doctrina euangelica erat, ista Protestantium videri vult, cum non sit: ac tunc, sicut scriptum est, quotquot possessores agrorum aut domorum erant, vendentes, afferbant precia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Vos verò protestantes, quæ erant ecclesijs à pijs & sanctis maioribus vestris donata, impiè & sacrilegè rapuistis. Tunc erat multitudinis credentium cor vnum & anima vna, neque quicquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Apud vos verò ingens dissensio

Quomodo regnauit Christi secundum promissiones Patris factas amplissimum, Lutherus in duas Germanias non totas conclusit.

Ministri Antuerpienses teneram vocant ecclesiam suam, & quidè merito.

Acto. 4.

de sacramentis, & præcipuis fidei dogmatibus, vestrorum etiam  
Scriptorum testimonio, & ut quidam illorum scripsit, de sub-  
limibus doctrinæ Christianæ articulis. Cōmunia verò omnia  
non solum nulli vestrum, ad imitationem illius ecclesiæ pri-  
mitivæ habent, sed potius communem vitam religiosorum,  
ad exemplum illud apostolicum institutam, & consuetudinē  
à sanctis apostolis ab initio tradita confirmatam, & in cœno-  
bijs à sanctis patribus, doctrina & sanctitate claris, cultam, in  
locis vestris deleverunt.

*De unitate Ecclesiæ Catholicæ, & de principio accessorio unitatis eius,  
ducto ex natura, & ratione, & scriptura: & quemadmodum Philip-  
pus sua de Ecclesiæ sententia, ad constituendum unum caput  
Ecclesiæ visibile cogatur: & de ministris Protestantium,  
quomodo nec ad ecclesiam, nec ad oves Christi  
pertineant secundum scripturam, & de ana-  
logia corporis humani comparati  
cum Ecclesiæ.*

CAPVT VIII.

**D**ocuemus ergò, ecclesias patrū vestrorū, do-  
ctrina Luteri suscepta, deliisse coherere ec-  
clesiæ Catholicæ: probemus nunc ita omnino  
esse, immò conuincamus. persuadere enim  
non promitto: quia hoc ex gratia Dei pri-  
mum, deinde ex voluntate vestra, quæ libera  
est, pendet. Conuincere verò, id est, nihil hinc relinquere ad  
respondendum, & cum ratione contradicendum, ex natura,  
ex scriptura, ex omnium ecclesiarum consuetudine, à S. apo-  
stolis instituta, pendet. Ut ergò à primo incipiamus, dicamus  
cum Apostolo, an natura nō docet vos, quòd scilicet, ut par-  
tes aliqua in vnum coherant, necessè est, ut originem unita-  
tis ex vno ducant? Quomodo enim multi riuus in vnum con-  
iungi possunt, nisi in fonte vno? aut multi radij, nisi in vno  
Sole? aut multi rami, nisi in vna arbore? aut multa membra  
vno

*Vnde con-  
uincamus,  
Protestan-  
tes non co-  
herere ec-  
clesiæ Ca-  
tholicæ.*

vno corpore, nisi in vno capite? Veniamus ad rationem: hæc  
enim, natura quoque ducet, docet, omnem multitudinem vno  
quoque eiusdem speciei in vnum congregari: ut in exercitu  
decem milites, decurione: decuriones, centurione: centurio-  
nes, tribuno militum: tribunos militum, ducet. Ad eundem mo-  
dum eadem ratio, ducet Spiritu sancto, docuit S. apostolos, ita  
Christo instruente, multas parochias congregare in vnam ec-  
clesiam episcopalem sub episcopo: plures ecclesias plurium  
episcoporum, cōgregare in vnam ecclesiam maiorem, id est,  
Metropolitanam, sub vno Metropolitano: ecclesias maiores,  
id est, Metropolitanas, in vnam adhuc maiorem ecclesiam, id  
est, Patriarchalem sub Patriarcha, ut Metropolitanas eccle-  
sias Aegypti, Lybiæ, & Pentapolis, sub Patriarcha Alexan-  
drino: Metropolitanas Antiochiæ, sub Patriarcha Antiocheno.  
Hanc enim fuisse præscam cōsuetudinem affirmavit Synodus  
Nicæna Can. 6. quæ non potuit esse, nisi à S. Apostolis institu-  
ta, si iam tunc præscam erat. Ut igitur multitudo parochiarum fit  
vna ecclesia episcopalis, siue cathedralis ab vno episcopo: &  
singulæ parochiæ sunt partes ecclesiæ episcopalis, si eius epi-  
scopo, qui est origo unitatis earum, adherent: item multitu-  
do ecclesiarum episcopaliū, fit similiter vna ecclesia Metro-  
politana ab vno Metropolitano: & singulæ ecclesiæ episco-  
pales, sunt partes Metropolitanæ, si adherent Metropolitano,  
qui est origo unitatis earū: ac rursus similiter multitudo Me-  
tropolitanarū, fit vna Patriarchalis ecclesia sub vno Patriar-  
cha: & singulæ Metropolitanæ ecclesiæ, partes sunt Patriar-  
chalis, si adherent Patriarchæ, qui est principium unitatis earū:  
Sic multitudo infinita omnium mundi ecclesiarum, quæ ortho-  
doxæ sunt, fit vna ecclesia Catholica, sub vno præside primo  
omniū & summo, B. Petri principis apostolorū successore: cui-  
us partes sunt singulæ ecclesiæ orthodoxæ, si adherent ipsi sum-  
mo præsidi, qui est exordium unitatis omnium ipsarū ecclesiarum.  
Quid enim à natura & ratione magis alienum esse potest, quam  
quod secundum naturam, & rationem, ac etiam cōsuetudinem  
à S.

*Quid neces-  
sè sit, ut par-  
tes aliqua  
in vno co-  
herant.*

*De printi-  
pio unitatis  
in omni mul-  
titudine ec-  
clesiarū ne-  
cessario, si  
in vno cor-  
pus ecclesiæ  
coherere  
debet.*



à S. apostolis institutam, ecclesijs minoribus episcoporum, & maioribus Metropolitanarum, ac maioribus adhuc Patriarcharum datum est, id ecclesie maximæ, & vniuersas, quæ sub cælo sunt, complexæ, non concedere? Si multitudo, inquam, parœciarum habet exordium vnitatis visibilis in vno suo capite visibili episcopo, itæ multitudo ecclesiarum episcopaliū, exordium similis vnitatis visibilis habet in vno suo capite visibili archiepiscopo, siue Metropolitanò, & multitudo item ecclesiarum Metropolitanarum exordium vnitatis in Patriarcha: quomodò vniuersitas ecclesiarum Dei, per totum mundū fusa & dilatata, exordio vnitatis, id est, capite visibili carebit? & si eo caret, quomodò tot innumerabilium ecclesiarum multitudo efficitur vna ecclesia Catholica? Dicitur tamen hinc aduersarij, Christum esse caput eius, & ipsum esse originem ac fundamentum vnitatis eius: quasi verò non hoc etiam dici possit simili errore, in multitudine parœciarum, in multitudine ecclesiarum episcopaliū, & in multitudine Metropolitanarum, nullum scilicet in eis caput esse præter Christum caput super omnē ecclesiam, in nomine enim eius congregantur omnes, & ipse est vera origo vnitatis parœciarum, & quarumcunque ecclesiarum, quæ orthodoxæ sunt, siue episcopales, siue Metropolitanæ, siue Patriarchales sint. Verum nos non de capite & principio ac fundamento inuisibilis vnitatis, sed de visibili loquimur. Christum enim nunc non videmus, sicut princeps apostolorum de eo ait, in quem nunc, non videntes, sed credentes, exultabitis &c.

1. Pet. 1.

Sed benè habet, quòd Philippus Melan. quem Andreas doctor Lipsicus tanquam magistrum sequitur, in responsionibus ad articulos Babaricæ inquisitionis, art. 3. an ecclesia sit visibilis, his verbis respondet, veram ecclesiam etiam in hac vita visibilem cœtum esse, sed non vt regnum Pontificiam, & paulò post, vt probet, ecclesiam veram esse cœtum visibilem, Vult, inquit, Deus agnosci filium in genere humano, sic ut dicit, Hunc audite: & vult, ministerium euangelij esse publicum

Quomodò  
ex ijs quæ  
Philippus  
de ecclesia

blicum & visibile, sicut dictum est, In omnem terram exiit sonus eorum: & Dominus de visibili ecclesia loquitur, cum ait, Dic ecclesie: neque fingimus ecclesiam, quæ sit idea Platonica. Hæc ille. Si igitur ecclesia vna catholica, quæ in Symbolo confitemur, non est idea Platonica, vt rectè Philipp. sed potius visibilis, & vult Deus ministerium euangelij esse publicum & visibile, quod rectè quoquè idem, cum ecclesia visibilis non possit esse sine ministerio visibili & publico, necessè est vt ecclesia vna catholica visibilis, ministeriū item visibile & publicum habeat: at ministerium esse non potest, nisi minister sit. Quis igitur erit minister visibilis ecclesie vnius Catholice visibilis? Sicut est episcopus minister Christi primus in ecclesia sua episcopali, ex cuius autoritate reliquum ministerium aliorum ministrorū, qui sub potestate eius sunt, pēdet? & sicut Metropolitanus primus item minister in sua ecclesia Metropolitana? & patriarcha in sua patriarchali? siquidem ecclesia vna Catholica non est separatim congregatio ecclesiarum episcopaliū suis episcopis adherentium, quæ sunt membra ecclesie vnius catholice: neque congregatio Metropolitanarum similiter, quæ membra quoquè eius sunt, neque congregatio patriarchalium: sed est congregatio vna Catholica omnium ecclesiarum, sibi inuicem coherentium, quæ à suis membris distincta est, vt totū à partibus suis: quæ vt est vnum corpus visibile Christi mysticum, ita necessè est habeat vnum caput visibile, aliud ab illis capitibus singularum ecclesiarum episcopaliū, metropolitanarum, & patriarchalium. Huius mystici corporis Christi, quod est ecclesia, membra sunt illæ tam multe ecclesie episcopales: quæ ex suis quoq; membris constant, quæ sunt parœciæ: item membra maiora, illæ ecclesie Metropolitanæ: & maiora adhuc, patriarchales. Atque vt clariùs adhuc, quod dico, & quod in re est, intelligant confessionistæ, vel vt persuadam, quod opto: vel vt eos saltè redarguam, & licèt inuitos reuincam: si ecclesia est, authore Cypriano, authore grauissimo, quod sæpè dixi, & dicendum est

cōfessus est,  
concludi-  
mus vnum  
caput eius  
visibile.  
Matth. 18.

G est

est sapius, plebs episcopo suo adunata, & grex pastori suo ad-  
hærens: quæro de pastoribus, qui gregem, quisque suum pa-  
scit, sicut beatus Petrus ad episcopos & pastores Ponti, Ga-  
latiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithyniæ, scripsit, inquiens: Pasce-  
te gregem, qui in vobis est, id est, quisque suum, in quo cum  
posuit Spiritus sanctus regere ecclesiam Dei: quæro, inquam,  
de pastoribus orthodoxis, an ipsi etiam congregati secun-  
dum spiritum in nomine Domini ad regendum ecclesias su-  
as, sint ecclesia aliqua? Si sunt ecclesia, & quidem visibilis,  
quod negari non potest, neque vos negatis: ergo aliquis eam  
visibiliter gubernet necessè est. Quis autem hic erit, nisi bea-  
tus Petrus, qui adhuc in successoribus suis dicit omnibus epi-  
scopis & pastoribus ecclesiarum, Pascite gregem, qui in vo-  
bis est? quod idem beatus Petrus illis omnibus episcopis Pon-  
ti, Galatiæ, Cappadociæ, Bithyniæ, Asiæ scripsit. Præterea  
cùm episcopi, qui greges ouium & agnorum rationalium  
pascunt, sicut Dominus beato Petro pascere iussit, arietes qui-  
dam sint secundum prophetam Ezechielem, id est, duces, quis-  
que gregis sui, ut sunt arietes duces ouium: consequens ne-  
cessariò est, secundum rationem ac naturam, illis non minus  
opus esse pastoribus, quàm gregi ouium, id est, laicis, immò  
etiam magis, nè qui aliorum duces sunt, ipsi errent, & alios,  
quibus præeunt, in errorem mittant, sicut Apostolus ait. Sed  
recitemus locum prophetæ: Ecce ego, inquit, iudicabo inter  
ouem & ouem, & inter arietem & arietem. episcopos vocat  
arietes tanquàm ductores gregis. Sic enim Clemens Rom.  
nè sine auctore loquar, hunc locum lib. 2. de const. Apostol.  
interpretatur. Audite, inquit, episcopi, & audite laici, quem-  
admodum dicit Dominus, iudicabo inter arietem & arietem,  
& inter ouem & ouem, id est, inter episcopum & episcopum,  
& inter laicum & laicum, & inter magistratum & magistra-  
tum: nè dicat laicus, ego ouis sum, & non pastor: nullum me  
rationem habeo: pastor viderit: ipse solus pro me rationem  
repositur. Ut enim ouis quæ bonum pastorem nõ sequitur,  
lupis

1. Pet. 5.

Acto. 20.

1. Pet. 5.

Ezech. 34.

2. Tim. 3.

Ezech. 34.

Episcopi  
arietes du-  
ces ouium.

lupis exposita est, ut eam perdant & macent: sic quæ malum  
sequitur, manifestum interitum incurrit, ab eo enim deuora-  
bitur. Hactenus Clemens. Dicite ergo Confessionistæ: quem  
pastorem habent arietes vestri, id est, ministri, vel superinten-  
dentes? Si enim nullum habent, sunt igitur dispersi, vexati, &  
iacentes, sicut Dominus dixit in euangelio de turbis illis:  
Misertus est, inquit, eis, quia erant vexati & iacentes, sicut  
oues non habentes pastorem. Deindè cùm dixit Dominus  
Petro, Pasce oues: & meas, addidit, quis cum ratione dubita-  
re potest, præsertim si vim verborum non ignorat, quin Pe-  
tro iusserit pascere quasunque oues, quæ Christi essent? Hoc  
enim declarat vis articuli & pronomini, τὰ ὑψόβατα μου, ut sci-  
unt, qui in lingua Græca mediocres progressus fecerunt.  
Perindè itaque est, ut si diceret, Quasunque oues meæ sunt,  
eas pasce. Quare consequens est, ut si quæ sint, quæ ad Petri  
curam pascendi non pertinent, nec oues illæ quidem Christi  
sint. Arietes ergo, id est, duces gregis confessionis Augusta-  
næ, & Antuerpiensis, & Heluetiæ, & similium, non perti-  
nent ad oues Christi, quandoquidem pasci nolunt à Petro in  
successore eius, ac proindè extra ecclesiam sunt. Siquidem in  
ecclesiam sine episcopo congregari non possunt, sicut nec  
in gregem oues sine pastore: quippe cùm sit ecclesia, sicut  
ait beatus martyr Cyprianus, plebs episcopo suo adunata,  
& grex pastori suo adhærens. Quomodo igitur isti capita ec-  
clesiarum tanquàm episcopi, esse possunt, si extra ecclesiam  
sunt? ut quidem sunt, cùm careant (ut dixi) pastore, qui eos  
ipsos ministros & superintendentes in ecclesiam congre-  
get? Sed fortassè respondebunt, non commisisse Dominum  
beato Petro, ut pasceret arietes, id est, ductores pecoris ac  
gregis, quales ipsi esse volunt, sed agnos, id est, recenter se-  
cundum fidem natos, ac neophytos, ut beatus Basilius in  
comment. Esa. cap. 5. interpretatur: & oues, id est, laicos fir-  
miores. Verùm sic respondentes facile est redarguere:  
quia cùm oues dixit Dominus, arietes quoquè intellexit,  
qui

Protestan-  
tium mini-  
stri, arietes  
sine pastore.

Matth. 9.  
Ioan. 21.

Ministri cõ-  
fessionis Au-  
gustanæ,  
Antuerpi-  
sæ, Helue-  
tiæ, & simi-  
lium, non  
pertinent  
ad oues  
Christi.



**Ezec. 34.** qui ex ouibus nascuntur: immò omne genus pecoris significat *אֶבְרָתוֹר*, vt Grammatici veteres notatum reliquerunt. Vndè quod LXX. interpretes dixerunt, Ecce ego iudico inter arietem & arietem, & inter ouem & ouem: beatus Hieronymus ex Hebraico ad verbum vertit, Ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietum & hircorum. Significant autè in scriptura hirci magistratus, qui sunt ductores seculariũ, vt hirci caprarum. Vndè in Leuitico pro peccato principis per ignorantiam, iubebat lex offerri hircum. Quòd si hirci, qui nomine quoquè *אֶבְרָתוֹר* sunt comprehensi, id est, principes & magistratus seculares, Petro & eius successori commissi sunt: ergò arietes etiam commissi sunt, id est, episcopi, quales esse se fingunt superintendentes Luterani. Præterea redarguit sic respondentes idem beatus Petrus, qui (vt paulò antè dixi) propter curam pascendi sibi impositam & potestatem datam, scribens ad ecclesias Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Bithyniæ, Asiæ, pastoribus earum, id est, episcopis, præcipit pascere greges eis concreditos: at arietes erant illi iuxta, parabolam Ezechielis, hoc est, duces ouium & agnorum. Non est autem scriptum hoc à beato Petro, propter illos tantum pastores, sed propter nostros etiam pastores, eosdemque episcopos: & quod illis tunc præcepit beatus Petrus, hoc ipsum præcipit hodiè episcopis omnium ecclesiarum in pontifice successore suo, qui solus potest episcopos episcopatu mouere, & ecclesijs priuare, si vel non pascant, vel malè pascant, quia est episcopus episcoporum. Sic enim doctus Tertullianus ante annos mille trecentos, in principio libri de pudicitia, vocauit: nè nouum putent confessionistæ, aut non traditum à S. apostolis. Vndè enim didicit tantæ antiquitatis author, vt sic loqueretur, nisi ex consuetudine sic loquendi ab illis relicta?

Sed demonstramus adhuc vel ex vno loco Pauli, non esse confessionistæ & ceteros Luteranos partem ecclesiæ Catholicæ. Ecclesiam enim catholicam esse corpus Christi, mysticum scilicet,

scilicet, apertè dicit Apostolus in epistola ad Coloss. cum ait: Adimpleo ea, quæ defunt passionum Christi in carne mea pro Colof. 1. corpore eius, quod est ecclesia. & in eadem epist. Ipse, inquit, est caput corporis ecclesiæ: id est, ecclesiæ, quæ corpus Christi est. Huius ergò corporis mystici, quod est ecclesia vna catholica, vbiquè gentium & terrarum dilatata, analogiam in modum parabolæ posuit Apostolus in epistola ad Corinth. in qua parabola analogica, siue analogia parabolica, quædam membra, & partes corporis humani nominauit oculos, manus, pedes & caput. Quòd autem hæc analogia ad ecclesiam vnam Catholicam, per cunctum orbem propagatam pertineret, docuit ibidem idem Apostolus, cum subiunxit: Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primùm apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, & quæ sequuntur. Hæc autem charismata ordinum ac ministrorum ecclesiæ, liquet, ad ecclesiam non hanc, aut illam tantum, sed ad ecclesiam vnam Catholicam, per omnes mundi partes dilatata, referri: quæ corpus Christi mysticum est: ecclesia autem vna quæuis orthodoxa, corpus quidem Christi est non simpliciter, sed corpus Christi, & membra ex parte: sicut Apostolus dixit in eodem loco de ecclesia Corinthiorum: Vos autem, inquit, corpus Christi estis: non substitit hic, sed addidit: Et membra, scilicet Christi, *ἐκ μέρους*, id est, ex parte. Vnaquæque enim ecclesia orthodoxa quia caput visibile habet episcopum suum, cui adheret, qui vice Christi est, tamen non est corpus Christi & plenitudo eius, hoc enim toti ecclesiæ, id est, ecclesiæ vni Catholicæ, vbiquè locorum partenti, conuenit, sicut Apostolus ait, Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius: tamen est corpus Christi, & membrum eius simul, & ecclesiæ Catholicæ, quæ simpliciter est corpus Christi mysticum, & non membrum. Interrogemus ergò nunc protestantes, & omnes Luteranos, an referatur hæc analogia ab Apostolo ad ecclesiam vnam Catholicam? atqui nega-

1. Cor. 12.

Quid corpus Christi, &amp; membra ex parte.

Quomodo analogia corporis



humani a-  
pud Paulū,  
conuincat  
vnum esse  
caput visi-  
bile ecclesie  
Catholicæ.

re hoc non possunt, vt iam demonstratum & conuictum est, ergo omnino necessè est, velint, nolint, vt in corpore visibili mystico Christi, quod est ecclesia vna Catholica, caput sit item visibile: aut vacabit illa pars parabola analogicæ, Non potest dicere caput pedibus, non estis mihi necessarij: & si hæc pars vacat, vacabit quoque illa, Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut nunquid oculos, manus, pedes visibiles mysticos habet Christus in ecclesia, & caput mysticum visibile non habet? aut habebit vnum corpus mysticum visibile, quod est ecclesia vna Catholica, & non habebit vnum caput visibile, sed multa, qui sunt multi episcopi capita ecclesiarum, quisque suæ? nõne instar monstri est, corpus vnum esse visibile non vno capite visibili, sed multis? Respondeant hic protestantes, quò se ipsi magis ac magis, respondendo refellant & coarguant. Capitis ergo humani corporis, ad caput ecclesie Catholicæ episcopum Rom. beati Petri successorem analogiam, id est, proportionem ac comparationem elegantissimè descripsit, in locum epistolæ ad Corinthios intuens, Ioannes patriarcha Constantinop. in epist. apologetica, quam misit cum Synodica ad Constantinum natione Syrum pontificem Roman. cui successit Gregorius 2. Petit igitur à pontifice tanquàm à capite, morbi, in quem inuitus inciderat, curationem. Coactus enim fuerat, vt affirmat, per violentiam ac tyrannidem Bardanis, cui successit Imperator Anastasius, qui prius vocabatur Philartemius, Sextam Synodum damnare. Interpretabor Latine principium epistolæ, quæ in exemplaribus Græcis sextæ Synodi fertur: Deus, inquit, qui diuinitatem ac potentiam suam in eorum, quæ cernuntur, magnifica fabrica declarauit, in natura nostra, quam sinxit, omnium, quæ sub sensum cadunt, nobilissima, gloriam & sapientiam suam præcipuè ostendit. Vnde propheta, admirabilem ex se factam diuinam scientiam, clamauit. Ipse ergo nature nostræ author, caput toti corpori artificiosè præfecit, ac præcipuis sensibus

1. Cor. 12.

Psal. 138.

Explicatio

in eo collocatis, fecit, vt omnis indè reliquorum membrorum motio, & integritas existat, ac conseruetur: & si quid horum labi, aut aliter quomodocunque offendi contingat, non in accuratam diligentiam eis adhibet: quin potius naturali cognatione, etiam cum extremis membris ostensa, partem ægotam ministris manibus, & ducibus oculis curat, non spreto, neque reiecto horum auxilio ceu inutili. Subijciam reliqua Græcè: τούτοις δὲ τὰ καθ' ὑμετέραν ἀποστολικὴν προεδρίαν ἔχομεν παραβάλλειν ἀγιώτατοι, καὶ κεφαλὴν τῆς κατὰ χριστὸν ἱερουσίνης κανονικῆς ὑμῶν λογιζόμενοι, εὐκότως δὲ ὑμῶν ἐπιζητοῦμεν τῆς ἐπισυμβάσης ἀθυρίας τῶ καὶ ὑμῶν ἐκκλησιαστικῶ σώματι ἐκ τῆς λοιμώδους καὶ νοσοποιοῦ τῶν ψυχῶν τυρανικῆς ἐξουσίας παραμυθίαν κομίσασθαι. πάντως γὰρ ὑμεῖς τῶ τῆς κεφαλῆς ἰδιώματι ἀβουλήτως νουσηκότως ὑμᾶς οὐ περιόρισθε οὐδὲ τῆς ἑαυτῶν συμφορίας ὑμῶν ἀποπέμψασθε, ἀλλὰ μάλλον τοῖς τραύματι ἡμῶν ἐπιστοργάσασθε, πάσχοντες ἄρ ἐνὸς μέλους συμπάσχειν εἰκόσ πάντα τὰ μέλη κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνὴν τῆ πρὸς τὸ ὕψισ ἐκναδρομῆ καὶ πρὸς τὸ ἀρτίον ἀποκαταστάσθαι ἡμῶν συγχαρίσασθε διχρημάτα. Cum his, inquit, vestrum apostolicum præsidendi munus possumus (sanctissimi) comparare: & qui vos caput sacerdotij secundum Christum reputamus, meritò damus operam, vt à vobis corpori ecclesie nostræ alleuationem offensionis, quam ex pestifera animarum tyrannide accepit, feramus. Sanè quidem vos, vt capitis proprium est, non despicietis nos, qui præter voluntatem nostram in morbum incidimus: nec à vestra coninnctione alienabitis: quin potius tristitia de nostris vulneribus affecti, si quid enim patitur vnum membrum, cætera compatiuntur, vt Apostolus ait, recuperata vultudine, ac restituta sanitate, meritissimo congaudebitis. Sic olim sensit de capite visibili ecclesie Catholicæ, ecclesia Constantinopolitana, primatûs Romani alioqui æmula. Orthodoxè itaque ac Catholicè hic patriarcha, secundum scripturâ & apostolicam corporis humani ad mysticū corpus ecclesie analogiam, episcopum Romanum eaput visibile ecclesie Catholicæ, per totū orbem diffusè, agnouit & confessus est.

analogie  
capitis hu-  
mani ad ca-  
put mysti-  
cum corpo-  
ris ecclesie.

1. Cor. 12.  
Quid eccle-  
sia Const-  
antinopoli-  
na ante an-  
nos octin-  
gentos &  
amplius de  
capite vno  
visibili ec-  
clesie catho-  
licæ sentie-  
rit.



est: eique capitis nomen, principatum, officium, & proprietatem tribuit. Qui igitur est extra coniunctionem mysticam huius capitis, non magis mysticam coniunctionem corporis Christi, quod est ecclesia Catholica, habere potest, quam potest habere coniunctionem naturalem corporis humani ea pars, quæ coniunctionem capitis eiusdem corporis non habet. Dixit quidem Apostolus datum esse Christum caput super omnia ipsi ecclesiæ, sic enim est in Grecis codicibus, etsi rectè quoque in Latinis legitur, quia sciebat Petrum quoque datum esse caput ecclesiæ, ad quem ipse Hierosolymam ascenderat, ut cum eo euangelium conferret, non datum caput ecclesiæ super omnia. Quid autem esset, datum esse Christum caput ecclesiæ super omnia, paulò antè explicauerat, cum dixit, constitutum esse in celestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc mundo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. Huiusmodi ergò caput ecclesiæ inuisibile, est Christus solus, cuiusmodi non fuit Petrus, nec est nunc in suo successore. Solutus item Christus est fundamentum inuisibile ecclesiæ simile huic capiti. Petrus verò & caput & fundamentum visibile sub Christo capite inuisibili, & super eum, tanquam super fundamentum inuisibile, ædificatus. Sed quia isti noui euangelici neque scripturas, quas semper iactant, scrutantur, quia interpretatione non indigere profitentur: neque consuetudines, quæ omnium ecclesiarum sunt, curant, & traditiones sanctorum apostolorum rident: sæpè mihi exemplo Pauli ad naturam prouocandi sunt, si forè erubescant. An natura ergò non docet vos, quòd si corpus vnum est visibile, ex multis membris suis visibilibus compactum, necessè est, ut vnitas, & compages, ac coherentia ipsorum membrorum, quæ alioqui multa sunt, ab aliquo vno capite & fundamento visibili exordium capiat? alioqui quomodò erit vnum corpus visibile? Ponamus sub oculos duo capita in vno corpore humano:

Quomodò natura doceat, vnum esse caput visibile in ecclesia catholica.

Eph. 1.

Ibidem.

tametsi cetera membra non sunt gemina, tamen quia caput principatum tenet, & inde est origo vnitatis membrorum in corpore, caput autem non est vnum, sed geminum aut multiplex, non iam vnum corpus humanum, sed monstrum potius corporis humani dicendum est. Sic natura docet credentes, cogitandum esse in ecclesia vna Catholica, quæ est corpus Christi mysticum visibile: in quo si non est vnum caput item visibile, non potest esse vna compages, id est, vnitas visibilis membrorum. Deinde cum Apostolus ait in epistola ad Ephesios, Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores, de ecclesia vna Catholica loquitur. In ecclesia enim vna Catholica, per eunctum orbem diffusa, posuit Deus hos ordines, & potestates spirituales, sicut in epist. ad Corin. Quosdam, inquit, posuit Deus in ecclesia, primùm quidem apostolos, & quæ sequuntur. Esse autem hanc ecclesiam vnã Catholicam corpus Christi, statim docet, cum ait, dedisse hos gradus & ordines ministrorum, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi, id est, ad ædificationem ecclesiæ vnus Catholice, quæ est corpus Christi. Et paulò post, Vt crescamus, inquit, in illo, qui est caput Christus: caput scilicet huius corporis, quod est ecclesia: ex quo, scilicet capite Christo, totum (inquit) corpus, scilicet ecclesiæ, compactum & connexum est. Ergò corpus ecclesiæ visibile, totum corpus est, id est, integrum & plenum corpus, quod est corpus Christi, & plenitudo eius, ut Apostolus in epistola ad Ephesios dixit. Quòd si est corpus totum, & plenum visibile, igitur non deest illi præcipua pars visibilis, id est, caput visibile. An non hoc quoque natura docet, non esse scilicet corpus totum, id est, integrum, visibile, cuius non sit caput visibile? Dicturus ne est Illyricus, ut passim solet, cum Lindano respondet, Esse hæc sophismata: quæ non solum scriptura, sed natura etiam, id est, sensus ipse suadet, si quis non est à consuetudine communis sensus

Eph. 4.

1. Cor. 12.

Eph. 1.  
Ecclesiæ corpus non posse esse totum visibile, si non habet caput visibile.

H

alic.



alienus? Igitur cum satis iam, ut arbitror, demonstratum sit, ecclesiam vnam Catholicam non esse totum & integrum corpus visibile, nisi caput habeat visibile: consequens est, eos ecclesie Catholice non esse partem, qui capiti eius sensibili, vnitatis partium origini, non adherent, cum debeat esse omnium inter se partium mutuo coherentium vnitatis sensibilis, que sine sensibili exordio vnitatis nulla esse potest.

*De argumento ministrorum Heluetie contra primatum episcopi Romani, item de argumentis Philippi & Illyrici: & quomodo suis argumentis redarguantur, & de sexto Canone Synodi Niceene contra primatum ab Illyrico obiecto, & in eum retorto.*

CAPVT IX.

**H**ic, ut Dionysius ad Polycarpum scripsit, cum ipsa vera doctrina recte posita est, ita ut a nullo redargui possit, quicquid postea dissentit, sponte sua ab ipsa illa veritate inuicta conuellitur & destruitur: tamen quia non in omnibus est scientia, sicut Apostolus ait, nec vnus quisque potest, ut bonus trapezita, nummum verum a falso internoscere: laqueos verborum detegemus, quibus aduersarij veritatem rei insidiosè interciperere vellent, si possent. Tradunt ergo ministri Heluetij reliquis socijs ministris in confessione sua & expositione doctrine, quam per Germaniam miserunt, esse ecclesiam Catholicam corpus spirituale, ac proinde necesse esse, habere caput sibi congruens spirituale, id est, Christum: quare non posse esse caput eius pontificem. Latet hic fallacia, propter homonymiam sub hac voce, spirituale: qua isti vsi sunt insidiosè ad fallendum: idcirco distinguendum est, quemadmodum hic sit accipiendum verbum. Vt enim reliqua huius nominis significata nunc omittam, que explicare modo non necesse est, & est cuius facile: dicuntur ali-

1. Cor. 8.

Argumentatio ministrorum Heluetie contra Primatum episcopi Romani.

Quomodo ecclesia sit corpus spirituale.

aliquando secundum scripturam spirituales aliqui propter charisma spirituale, quod acceperunt: ut cum ait Apostolus in epist. ad Gal. Vos, qui spirituales estis, huiusmodi καταρτίζετε, id est, instruite in spiritu lenitatis. ijs enim loquitur, qui acceperunt charisma προς τον καταρτισμον των αγιων, id est, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, quales sunt ministri ecclesie, quos idem Apostolus in epist. ad Eph. numerat, inueniens: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores & doctores προς καταρτισμον, id est, ad consummationem, quod verbum ab illo deductum est, quo idem Apostolus in loco epistolae ad Gal. vsus est, καταρτιζαν, licet aliter verterit interpret. hic enim dixit, instruite: illic dixit non instructione, sed consummationem, ab eodem verbo. Cum ergo dixisset Apostolus: Fratres, si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, significans peccatum, quod quis peccat sine deliberatione, anticipatione quadam passionis ex improviso correptus, quod dici solet peccatum ex συναρπαγισ, id est, ex surreptione. hoc enim notauit beatus Cyrillus significare προληπθηναι, id est, preoccupari, το συναρπαγηναι: quia hoc est leuius peccatum, utpote inuoluntarium: precipit Apostolus curari non seuerè, sed leniter ab ijs, qui charisma potestatis spiritualis ad huiusmodi ministerij opus acceperunt. vnde spirituales eos vocat, sicut nos quoque vulgo vsque in hodiernum diem vocare solemus patres spirituales, qui nostras confessiones audiunt: & peccata nostra per poenitentiam curant, impartientes nobis gratiam spiritualem reconciliationis cum Deo, quam per charisma huiusmodi potestatis spiritualis, tanquam legati Dei, administrant. Sacerdotes itaque vocat hic spirituales, quibus Clemens Rom. in persona Apostolorum, lib. 2. de Constit. Apostol. cap. 46. precipit, non vno modo de peccatis poenitentium iudicare, sed potius de singulis, inquit, multa cum prudentia, de paruis, & magnis, & aliter de factis, aliter de verbis, secus de proposito,

Gal. 6. Qui vocentur spirituales in epistola ad Galatas.

Eph. 4.

Gal. 6.

Rom. 7. 2. Cor. 5.

De peccatis poenitentium varie iudicandis secundum conditionem situationem Apostolorum.



vel de conuicio, vel de suspicione: & alios, inquit, minis tantum terrebris, alijs impone subleuationes pauperum, alijs ieiunia, alios communionem & societate priuabis. & paulo ante c. 41. loquens de huiusmodi medicis & iudicibus spiritualibus, qui sunt episcopi, & eorum iussu atque autoritate presbyteri, & de curatione leni, de qua in loco epistolę ad Gal. Paulus loquitur. Tu igitur, inquit, tanquam medicus misericors, omnes in peccatum lapsos cura, vrens salutaribus ad auxiliandum modis, non solum secans & vrens, aut asperam medicinam adhibens, sed etiam vulnus alligans, & lenimentum illud iniiciens, leniaq; medicamenta, quę vim habeant obducendi cicatricem, imponens, ac verbis cōsolatorijs recreans. Si vulnus cauum fuerit, appone, si opus est, emplastrum ad accretionem carnis, *ὡς ἰσχυρὸν ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου*, id est, vt carne repletum, æquale efficiatur parti integrę: Si autem vulnus sordescit, repurga nouacula. Hactenus Clemens apostolicus, *ἀπὸ τοῦ* dixit hic, id est, integrum. vnde *καταρτιζέτω*, quo vsus est Apost. cum dixit: Vos, qui spirituales estis, *καταρτιζέτω*, id est, integrate, siue instruite, vt interpret vetus transtulit, in spiritu lenitatis. Est enim peccatum, defectus quidam integritatis: curatio rursum peccati, quedam integratio & complementum, siue rei que decrat, cōsummatio, que dicitur ab Apostolo *καταρτιζέτω*. Hinc igitur patet, ecclesiam esse secundum scripturam corpus spirituale, propter charismata spiritualia ministrorum eius: id est, quia in ea posuit Deus huiusmodi spirituales, quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Vt autem est hac ratione ecclesia corpus spirituale, alioqui visibile: sic quoque habet caput sibi congruens spirituale item visibile, quod in ea posuit Deus: cui primę cathedrę & summę inter omnes potestatis charisma dedit. Significat etiam aliquando hoc nomen spirituale, quod inuisibile est, vt cum ait Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus

Episcopi & presbyteri medici, & iudices spirituales.

*καταρτιζέτω* Gal. 6.

*καταρτιζέτω* Ecclesia corpus spirituale propter charismata spiritualia ministrorum.

Ecclesia corpus spirituale, caput item spirituale sibi congruens habet. Ephes. 6.

carne & sanguinem, id est, aduersus hostes sub sensum cadentes, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum: suggestiones dæmonum intelligit. contra spiritualia nequitia, sic vocat *πονηροῦς λογισμοὺς*, id est, prauas cogitationes, quę videri non possunt. De corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia. de his dixit idem Apostolus, arma nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes. Munitioes vocauit suggestiones, quibus demones locum suum tueri conantur: Consilia, Gręcę *λογισμοὺς*, dixit illa spiritualia nequitia, quę in epistola ad Ephes. Sic igitur ministri Heluetię errantes, & in errorem mittentes, non intelligentes neque de quibus loquerentur, neque de quibus affirmarent, dici voluerunt caput ecclesię spirituale pro eo, ac diceretur, caput ecclesię inuisibile, quod Christus est: quem etsi aliquando in carne nouimus, inquit Apostolus, sed iam non nouimus. quasi verò sit ecclesia corpus inuisibile, quod negant tamen protestantes, qui apertę cōfitentur ore Philippi, ecclesiam esse cœtum visibilem: quod si est cœtus visibilis, alioqui spiritualis propter præcipua membra ministrorum ecclesiasticorum, & eorum ministerium spirituale: caput ergo ei congruens, visibile erit, idemque spirituale propter charisma, in opus ministerij visibilis. alioqui quomodo decorum erit corpus spirituale visibile mutilum, id est, sine capite congruente, spirituali & visibili? Addunt præterea isti aliam argumentationem, item insidiosam & fallacem: Corpus ecclesię, quod spirituale est, non posse regi alio spiritu, quam Christi: igitur non posse caput eius esse aliud, quam Christum: Sic tamen accipienda est conclusio sine errore, non posse esse aliud caput, scilicet, cuius spiritu regatur ecclesia, præterquam Christum caput: ex quo, sicut Apostolus ait, totum corpus connexum & compactum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vnus cuiusque membri augmentum

Spirituale ali- quando si- gnificare inuisibile.

Matth. 15. 2. Cor. 10.

2. Tim. 3. 1. Tim. 4.

1. Cor. 5.

Alia argumentatio ministrorum Heluetię contra caput ecclesię visibile.

Ephes. 4.



1. Cor. 1.

tum corporis facit. Petrus verò in successore suo nõ sic caput ecclesie est, sed tanquam minister: qui non est aliquid, sicut idẽ Apostolus ait, sed qui incrementum dat Deus: immò si hoc caput ecclesie visibile viuit, spiritu illius capitis inuisibilis tantum abest, vt spiritu huius visibilis regatur ecclesia. Quòd si satis esse volunt confessionistæ spiritum capitis inuisibilis ad regendam ecclesiam Catholicam, per omnes mundi partes dilatatam, cur ad spiritum eiusdem capitis inuisibilis adiungunt ministros suos visibiles vt capita suarũ ecclesiarum, quas numerant, immò dicunt eos esse successores apostolorum, & licere eos nuncupare episcopos, presbyteros, pastores, atque doctores? Dicunt præterea, Christum non indigere vicario, qui absentis est: Christum verò præsentem esse ecclesie, & caput viuificum. Hic quoquẽ se præbent ridiculos, non intelligentes, vel fortassè dissimulantes, nõ Christum, sed nos indigere vicario eius, qui Christum nunc non videmus, nisi in eo, qui personam eius sustinet, & vicem eius obtinet, sicut Dominus dixit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. An verò non fecit planè vicarios suos, quibus hoc dixit? respondeant mihi confessionistæ, an non faciunt ipsi vicarios Christi ministros suos, cum tradunt de obedientia erga ministerium, si ministri omnia in ecclesia faciunt, quæ admodum verbo suo præscripsit Dominus, oportere, vt fideles tanquam ab ipso Domino facta reputent? Sic enim est in confessione Heluetica in cap. de ministris, & officijs eorum. Re itaq; vicarios Christi faciunt, verbo negant. Deindè qui se dicit in ecclesia vicarium Christi, quid aliud, quàm se ministrum esse confitetur eius, cuius vice gubernat? & quo latius pater vicarium munus, eo laboriosius est & periculosius, vt non sit iam inuidendum, nec amblendum, sed defugiendum potius, quàm gratulandum. Verùm illud grauius fortassè videbitur, in quo Cypriani auctoritatem nobis obijciunt, sed quæ potius contra eos facit: & id, quod nobis traditum est, & ex scriptura didicimus, confirmat, atque explanat. Petrus ergò, inquit,

Alia ridicula argumẽtatio ministrorũ Helueticæ.

Lucæ 10.

Quid profiteretur, qui se vicarium Christi proficitur.

unt, neque alijs fuit præpositus, neque potestate maiore cæteris præditus. rectissimè enim Cyprianus martyr de simplicitate clericorum, Hoc erant vtique, inquit, & cæteri apostoli, quod fuit Petrus: pari consortio prælati & honoris, & potestatis: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia vna monstretur. Sic illi recitauerunt: Sed videamus, quid in recitando præterierint, vt eorum insidias manifestò deprehendamus. Sic enim in loco Cypriani scriptum est, in bonis exemplaribus manu scriptis, & iam editis: Sed exordium ab vnitate proficiscitur, & primatus Petro datur, vt vna ecclesia Christi, & cathedra vna monstretur. Illi verò primatum Petri, & cathedram vnã reticuerunt: quippe qui nolunt agnoscere vnum primum in ecclesia omnibus præpositum: & vnã cathedram, cui reliquæ omnes cathedræ adhærere, & ea pendere, atque in ea niti debeant. Ergò si rectissimè dixit Cyprianus martyr, vt isti ministri testantur, de ore suo, teste Cypriano martyre, iudicabuntur. Cyprianus enim clarè testatur, datum esse primatum Petro, vt vna ecclesia Christi monstretur: quare qui primatum Petri negat, vnã ecclesiam agnosci & demonstrari non vult. Illud verò, quod secum facere, non intelligentes, falsò existimauerunt: Hoc erant vtique & cæteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris, & potestatis: non significat, quales remanserint apostoli post primatum Petro datum, sed quales antea erant. Ante primatum enim Petri, pares erant honore & potestate: omnes enim erant apostoli: Sed hoc nõ obstitit, quin vnus præponeretur: id est, licet omnes antea erant æquales, vnus tamen Petrus deinceps cæteris apostolis præpositus est, Domino ita instituyente, & eisdẽ apostolis id ipsum volentibus. Alioqui quomodo primatus Petro dari poterat, si equalitas honoris & potestatis in reliquis Apostolis remansisset, cum in ipso primatu excellentia honoris & potestatis insit? an non erat hæc euidenter repugnantia? Sic autem intelligendum

Argumentatio Protestantium ex auctoritate Cypriani, in ipsos retorquetur



Quomodo intelligendum, quod Cyprianus de Petro & ceteris apostolis dixit, pari consortio praediti honoris & potestatis, ex epistola Anacleti intelligitur.

dū esse, quod Cyprianus ait, & isti obiecerūt, ex epistola Anacleti tertia, vnde hoc Cyprianus mutuatus est, facile intelligi potest. sic enim ait: Nam & inter beatos Apostolos quadam fuit discretio: & licet omnes essent apostoli, Petro tamē concessum est, & ipsi inter se id ipsum voluerūt, vt reliquis omnibus praesset Apostolis. Interrogemus ergo confessionistas istos, cur priorem partem testimonij Cypriani martyris, quae poterat non recte intelligi, contra nos recitauerunt? posterior rem verò, quae non poterat, immò ex qua pendebat, vt illa superior recte intelligeretur, silentio praetermiserunt? siquidem fieri nō poterat, vt paulo ante dixi, vt Petrus primatum haberet, & reliqui apostoli pari honore & potestate praediti essent: an non haec planè malitia est, partem quidem testimonij, quae ledere speres, proferre? partem verò, quae ledi metuas, tacere? Sed videamus, quemadmodum hic grauis testis, ab istis contra nos citatus, Petri primatum, qui est ecclesiae Catholicae fundamentum, & origo vnitatis eius, in alijs etiam locis diuine confirmet, in epistola ad Florētium, siue Puppianum: Loquitur, inquit, ille ad Petrum, super quem edificata fuerat ecclesia. & in epist. ad Antonianum, Vt sciret, inquit, tecum, (Cornelium dicit) hoc est, cum Catholica ecclesia communicare: sic Cyprianus interpretatus est, cōmunicare cum episcopo Romano, communicare cum ecclesia vna Catholica. Quis non intelligit, quā recte hoc conueniat cum eo, quod idem dixit: Primatus Petro datur, vt vna ecclesia Christi monstretur: siquidem habere communionem cum Petro, habere est cum ecclesia Catholica communionem: quia pars scilicet ecclesiae vnius Catholicae esse non potest, qui à Petro vnitatis origine discedit. Rursus in eadem epistola ad Antonianum, loquens de Cornelio facto episcopo Romano: Et cum post primum, inquit, secundus esse non possit, quisquis post vnum, qui solus esse debeat, factus est: non iam ille secundus, sed nullus est. Est igitur, testimonio Cypriani martyris, Pontifex Romanus episcopus primus nō numero, sed loco, id est,

Quomodo intelligendum, quod Cyprianus de Petro & ceteris apostolis dixit, pari consortio praediti honoris & potestatis, ex epistola Anacleti intelligitur.

id est, honore & potestate. qui enim talis est, solus esse debet, vt recte ait Cyprianus: cum alioqui si non solus sit, sed alij pares, aut alius, non iam primus sit re, hoc est, honore & potestate, sed numero tantū. q̄ enim numero tantum primus est, nō est merito potestatis primus, sed arbitrio numerantis, qui secundum, aut tertium pro primo, si velit, sine iniuria numerare possit. Conuicimus ergo ministros Heluetiae testimonio Cypriani martyris, quem ipsi testem produxerant. Conuincamus eos rursus confessione sua. in principio enim confessionis edictum hac inscriptione posuerunt, Edictum imperatorum de eo, quinam habendi sint vel catholici, vel heretici, ex Co. dice Iustiniani Imper. & Tripar. hist. lib. ix. cap. vij. Imperator Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Aug. populo vrbis Constantinop. Cunctos populos, quos clementiae nostrae legit imperiū, in ea volumus religione versari, quam diuinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio vsq; nunc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriae episcopum virum apostolicae sanctitatis: hoc est, vt secundum apostolicam disciplinam, euangelicamque doctrinam, patris, & filij, & spiritus sancti vnam Deitatem sub pari maiestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes, catholicorum Christianorum nomen iubemus amplecti: reliquos verò, dementes, vesanosque indicantes, haeretici dogmatis infamiam sustinere. Deinde subiiciunt Symbolum Damasi ex secundo Tomo operum sancti Hieronymi. quo recitato, his verbis finem faciunt: Cum autem omnes simus huius fidei, religionisque, speramus nos ab omnibus habendos non pro haeticis, sed pro catholicis & Christianis. Interrogemus istos, cur sperant, & satis esse existimant, nē haeretici habeantur, sed potius catholici numerentur, quod de Trinitate, & incarnatione verbi fidem, quam Damasus professus est, teneant: cum alioqui in alijs non paucis ad confessionem Catholicae doctrinae pertinentibus, fidem eius non teneant? cur in duas partes claudicant?

Quid interest inter numerum primum, & potestatem primum.

Quomodo proestantes profitentes legunt se fidem Damasi pont. in duas partes claudicant.



Si Damasus catholicus pontifex fuit, sequantur eum: si non fuit, nè sequantur. non enim potuit esse ex parte catholicus, & ex parte non: vt non potest ex eodem fonte manare dulcis & amara aqua. Is ergò in epistola ad Stephanum, & cõcilia Africæ, sic scripsit: Nos, qui supra domum eius, hoc est, vniuersalem ecclesiam catholicã episcopale suscepimus ministerium, sollicitè vigilare debemus, nè de sacris eius muneribus, id est, apostolicis viris, apostolorumque successoribus atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat supprimi, atque iniuste, nobisque inconsultis, damnari. Deindè subiungit: Scitis, fratres charissimi, firmamentum à Deo fixum, & immobile, atque titulum lucidissimum suorũ sacerdotũ, id est, omnium episcoporum apostolicam sedem esse cõstitutam, & verticem ecclesiarum. Tu es enim, sicut diuinum pronunciat verbum veraciter, Petrus: & super firmamentum tuum ecclesiæ columna, qui episcopi intelliguntur, cõfirmata sunt: & tibi clauces regni cõlorũ commisi, atque ligare & soluere potestatem, quæ in cælis sunt, & quæ in terris, promulgari. Sic Damasus Pont. catholicus de sede apostolica episcopi Rom. sensit in ecclesiasticis dogmatibus. Idem cum eo sentire debet, quicatholici numerari velint: aut si nõ sic sentire volunt, cur fidem illius sequendam esse arbitrantur? & oportere, qui sequantur, catholicos numerari & haberi? Sed videamus iam, quid Philippus de primatu pontificis, vnitatis ecclesiæ Catholice, fundamentum, senserit: quid, inquam, responderit ad articulum Barbaricæ inquisitionis secundum, quæ sint ecclesiæ Catholice signa. Dicunt, inquit Philippus, (nos dicit) signa ecclesiæ esse ordinem episcoporum, Romani episcopi primatum &c. Deindè successione ordinariam episcoporum. Hic breuis est, inquit, responsio de Romano episcopo, & de alijs, quantumcunque amplificatur illa auctoritas, tenendæ sunt hæ regulæ, Fugite idola: item, Si quis aliud euangelium docet, anathema sit. Cum igitur manifestum sit, Romanũ episcopum & agmen episcoporum ipsi adiunctum, defendere idola, & iniustam crudelitate,

Responsio  
Philippi de  
primatu  
episcopi  
Rom.

delitatem exercere ad delendum veram doctrinã, necessè est ab eis dissentire, sicut necessè fuit dissentire & discedere à Iudaico Pontifice, & Leuiticis sacerdotibus, cum tamen notissimum esset, sacerdotium illud diuinitus institutũ fuisse. Hæc Philippus, quem Andreas, cui respondeo, tanq̃ magistrum in capitibus disputationis suæ non solum sensu, sed verbis etiam sequitur & imitatur. Satis hebes sit & tardus, qui non intelligat, confiteri hîc Philippum conscientia conuictum, habere episcopum Romanum primatũ inter reliquos episcopos, vnde cum Pontifice Iudaico comparat: cum tamẽ, inquit, notissimum esset, sacerdotium illud diuinitus institutũ fuisse. suo se ergò gladio iugulat hoc loco Philippus, cũ ceteris confessionistis, qui eum sequuntur: vt mox docebo. Rogent enim quoscũq; voluerint, quid in ecclesijs nostris per multos testes prædici semper audierunt: an doceat episcopus Romanus in omnibus ecclesijs Dei per ora omnium episcoporum, qui per omnes mundi partes ecclesiæ Romanæ coherent, idola esse fugienda, & detestanda: seq; imagines non honorare neq; colere, vt gentes idola, sed sicut patres & maiores eorum catholici, ab ecclesia Romana ab ortu Germanicæ Christianitatis per S. Bonifacium, Pontificis Romani legatum, & Germaniæ apostolum, ac primum archiepiscopum Moguntinum didicerunt: & sicut ipsi etiam confessionistæ & protestantes verba euangelij, cùm legi audiunt, propter res, quæ sub illis sanctis verbis sunt, apertis capitibus, vt audio, more nostro honorant. Quod quidẽ non superstitiosè, sed piè & religiosè faciunt. Verũ de cultu imaginũ, cuiusmodi sit, & quemadmodum, qui eum oppugnant, cum natura, cum scriptura, cũ ratione, cum S. Apostolorum traditione, & omnium ecclesiarũ consuetudine pugnent, cùm aliàs, tum nupèr in libro defensionis canonum apostolicorũ docui, antiquum Nicephorũ Patriarcham Cõstan. secutus, & è Græco interpretatus: qui acerrimè & crudelissimè cũ Iconomachis (tunc cũ heresis orta, & expugnata est) certauit. Nunc ad rem. Si hoc ipsum tantum episcopus

Quomodo  
Philippus  
conscientia  
conuictus  
cõfessus sit,  
habere pri-  
matũ epi-  
scopũ Rom.

Quomodo  
Protestantes  
ipsi testes  
esse possunt,  
falsum esse  
crimen ido-  
latriæ,  
quod in ec-  
clesia no-  
stra Philip-  
pus fluxit.

Romanus in cultu imaginum tradit & facit, quod vos confessionista nobiscum in honore sacrorum verborum euangelij, cum ea auditis, sanctè ac piè facitis, valeat saltem apud vos, quod Dominus de Scribis illis & Phariseis super cathedram Moisi sedentibus præcepit, inquit: Super cathedram Moisi sederunt scribe & Pharisei, omnia ergò, quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum verò opera illorum, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. ergò licèt Pontifices Romani crudeles essent, vt olim quoquè Donatista: propter seueritatem hæreticos puniendi fingeant, & vos nunc fingitis, cum ipsi idolorum cultum abominandum & execrandum esse, de cathedra Petri doceant, ac semper à principio docuerint, quomodo excusatis, necessè esse vobis, ab eis dissentire propter idolatram. Super cathedram Petri, pro cuius fide, ne vnquam deficeret, rogauit Dominus, sederunt episcopi Romani, quos Philippus vester cum pontificibus Iudaicis, à Deo alioqui constitutis, comparat: omnia ergò, quæcunque dixerint vobis de cathedra Petri, seruate & facite: an non est de cathedra Petri verbũ hoc, Non esse imagines Christi, & sanctorum honorandas, ac venerandas ex se, vt gentes idola venerantur: sed potiùs propter prototypa, quæ *οχημα* insunt in imaginibus, vt sacra verba euangeliorum propter res ipsas, quæ insunt in verbis *ὁμοεικόνα*? Habet ne huiusmodi ratio venerationis imaginum, communionè cum idolorum veneratione magis, quam veneratione verborum sacrorum euangelij? Si non habet, vt vos ipsi testes esse potestis, quorsum spectat istud idololatriæ crimen, quod repugnante conscientia, nobis obijcitis? nisi vt nos non gratis odio habere videamini, vt Iudæi Christum habuere. Sed redeo ad primatum Petri, quem amentius adhuc Illyricus impugnat. Is enim in apologia confessionis Antuerpiensis contra Iudocum Tiletanum in verissima Legenda de sancti Petri episcopatu, vel papatu, sic enim inscripsit, Audiamus igitur, inquit, Paulum, sui collega Legendam optima fide recitantem Galat. 2. Prima pars.

Vt olim Donatista de crudelitate catholicos accusabant propter seueritatem puniendi hæreticos, sic Protestantes nunc.

Ioan. 15.

Quomodo Illyricus primatum sine opugnet.

pars, quòd Deus S. Petrum apostolum episcopum, vel Papam Iudeorum, & Paulum gentium constituerit, cum vidissent mihi concreditum euangelium preputij, quemadmodum Petro circumcisionis. Secunda pars, quòd Petrus totis xvij. annis à Christi in cælum ascensione vsque ad Synodum apostolorum, præcipuè Iudeis, & Paulus gentibus, prædicauerint. Nam qui efficax fuit Petro ad apostolatam circumcisionis, efficax fuit & in me inter gentes, &c. Tertia pars, quòd Petrus & Paulus de consensu reliquorum apostolorum constituerint, additaque sacra dextrarum fide conluserint, vt hic quidem gentilium, ille verò Iudeorum apostolus, aut episcopus, in posterum quoque, sicut antea, permaneret: qui contractus inter eos, vt minimum, xvij. annis post Christi passionem factus est. Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur esse columnæ, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantum, vt pauperum memores essemus. Deinde subiungit Illyricus: Hic apparet, Petrum tum de facto, tum de iure diuino ac humano, Iudeorum, non Gentilium, apostolum per totam vitam fuisse. Quid ergò ad nos, inquit, eius apostolatus, qui ex gentibus sumus conuersi? Hastenùs Illyricus. Sic historiam apostolicam sua commentitia interpretatione, ad fallendum indoctos auditores & simplices lectores, corrumpit. Sed redarguamus illum paucis, non enim multis opus est. Confitetur, constitutum fuisse à Deo beatum Petrum papam Iudeorum: & ex eo concludit, tum de facto, tum de iure diuino & humano, Iudeorum, non Gentilium, apostolum per totam vitam fuisse: ac proinde apostolatam eius nihil ad nos pertinere, qui ex Gentibus conuersi sumus. Sic visum est Illyrico ex historia apostolica concludere. Ergò si ex Legenda scripturæ S. constaret, fuisse Petrum constitutum à Deo episcopum, siue papam Gentilium: planè confiteretur Illyricus, modò sibi constare vellet, pertinere ad se apostolatam siue papatum eius. Recitetur ergò Legenda Actorum in Synodo illa apostolorum:

Commentatio Illyrici in Legenda Petri.

Redarguitur mendacium Illyrici.



Testimonio  
suo acin-  
citur Illyri-  
cus.

Viri fratres, inquit beatus Petrus, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in vobis elegit, per os meum audire gentes verbum euangelij, & credere: & qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dās illis spiritum S. sicut & nobis. Tuo ergo mucrone preemptus es Illyrice: ad te enim, testimonio etiam interpretationis tuæ, pertinet Petri principis apostolorum apostolatus, siue episcopatus, siue papatus, qui es ex gentibus conuersus: siquidem Petrum elegit Deus, vt audirent gentes euangelium ex ore eius: elegit, inquam, Petrum, vt prædicaret gentibus euangelium. Quomodo enim gentes audirent, nisi prædicantem? Illud etiam aduertendum est, significare secundum idioma scripture τὸ ἀκούειν Petri, quod dixit, audire per os meum. quod si ad Legendam Actorum vs. vis Illyrice, vt testes adhibeamus, sit Leo Magnus vnus multorum instar, qui in sermone 3. de die anniuersario assumptionis suæ ad pontificatum, De toto mundo, inquit, vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus apostolis cunctisque ecclesiæ patribus præponatur, vt quantum in populo Dei multi sacerdotes sint, multi que pastores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Hactenus Leo. cuius quanta sit autoritas, testis est Synodus Chalced. sexcentorum & amplius episcoporum. En pontifex Iudeorum, vt Illyricus loquitur, vniuersarum gentium vocationi à Christo præpositus. Fatere ergo, ad te pertinere apostolatum eius, & redi ad sinum matris tuæ, hoc est, ecclesiæ Catholicæ, cui Petrus in episcop. Roman. præest. Deinde, quomodo Illyricus dicit, apparere ex isto loco epistolæ ad Galatas, Petrum tum de facto, tum de iure diuino & humano, Iudeorum, non Gentilium, apostolum per totam vitam fuisse? Quomodo, inquam, Illyricus tam apertè contradicit euangelio, siue oblitus, siue non intelligens? Dominus enim celsi dixerat initio prædicationis S. apostolis, In viam gentium nunc abieritis, & in ciuitates Samaritanorum nunc intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perièrunt, domus Israel: quod quidem fuit

Matth. 10.

fuit συγκαταβάσιμος, id est, condescensus æconomici, vt sancti patres tradunt, vt cum Paulus Timotheum circumcidit, & sacrificium ex lege in templo fecit: tamen post resurrectionem, cum iam victor apparuit, & dixit, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra: non iam commisit discipulis apostolatum μερικόν, id est, particularem & restrictum, vt veteres scholiastæ euangeliorum notarunt: neque distinxit Gentiles & Samaritanos, quin potius iuxta prophetiam Dauid, quæ dixit, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: iussit illis ire in vniuersum mundum, & docere omnes gentes. & illud in Actis, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Quomodo igitur apostolatus Petri non peruenit vsque ad Illyricum, qui non in vltimis terris, sed in Germania habitat? Ignorat ergo Illyricus Legendam sancti Petri, quam iactat nosse de scripturis. Superest, vt alteram molem, Romano pontificatui ab isto oppositam, postremo diruamus, & quidem autoritate verbi Dei, & ratione ex ipso naturæ sensu petita. Citat ergo Illyricus contra primatum Petri in apologia Antuerpiensis confessionis, cap. 23. de Antichristo, canonem Synodi Nicenæ sextum, quem dicit recitatum fuisse à legatis papæ in Synodo Chalcedonensi. qui fuit quidem à legatis recitatus, non tamen in sententiam Illyrici, sed potius cum Illyrico repugnantem, vt iam neque volens, neque sciens, testes potius contra se produxerit, sic à Domino in astutia sua comprehensus. Cum enim à quibusdam in illa Synodo Chalcedonensi daretur opera, vt clam collectis quorundam episcoporum suffragijs occultis, episcopus Constantinopolitanus Primatus honorem post Romanum episcopum ferret, quia esset Constantinopolis noua Roma: conquesti sunt legati pontificis, tentari id contra canones Niceni concilij. Iusserunt itaque iudices, vt vtraque pars canones proponeret, tum Palchasinus Reuerendiss. vicarius sedis

Act. 16.  
Act. 21.

Matth. 28.

Psal. 7.

Matth. 28.  
Act. 1.

De sexto  
canone syn-  
odi Nicenæ,  
quem Illy-  
ricus contra  
primatum  
obijcit.



sedis apostolicę recitauit his verbis, quę in extrema actione descripta sunt: Trecentorum decem & octo S. Patrum canon sextus, quod ecclesia Romana semper habuit primatum. teneat Aegyptus, scilicet priscam consuetudinem, vt Alexandrinus episcopus omnium habeat potestatem, quia & Romano episcopo hæc consuetudo est: Similiter autem & qui in Antiochia constitutus est, & in cæteris prouincijs primatus ecclesię habeant ciuitatum. Hoc ergo canone, quo Illyricus putat Romanum episcopum, Alexandrinum, & Antiochenum, & aliarum prouinciarum metropolitanos æquari, legatus pontificis testimonium primati Romano tributum fuisse aperuit. ex quo efficiebatur, vt episcopus Constantinopolitanus primatum post Romanum episcopum habere non posset: quia scilicet, vt beatus Cyprianus de Cornelio episcopo Romano scripsit, cum post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum, qui solus esse debet, factus est, non ille secundus, sed nullus est. Sententiam itaque & interpretationem canonis sexti Niceni, a Paschasino legato propositam, dissimulauit hoc loco Illyricus: & quam vim verbum primatus, haberet, non intellexit: neque quomodo secundus primatus Constantinopolitano episcopo insidiosè à quibusdam datus, ad iniuriã episcopi Romani spectaret. Ex qua re, ergo ista, & refutatione legatorum pontificis, & ex ijs, quę in Synodo Chalcedonensi gesta sunt, & in actione xvi. eademque vltima scripta, perspicui potest, vt Anastasius quoque bibliothecarius notauit, apocryphum & suppositum esse canonem 28. qui inter canones synodi Chalcedonensis numeratur *περὶ ἰσῶν πρεσβυτέρων*, id est, de equalibus priuilegijs sedis Constantinopolitanę cū Romana. Sed audiamus iam, quem admodum Illyricus canonem Nicenum, à legatis episcopi Romani recitatum, intellexerit. Sic enim ait: Hic clarè videmus, Nicenam Synodum primum in hoc canone primatum in singulis prouincijs suo metropolitano dare. Sed quid tum? Esto, sunt metropolitani primi, quisque prouincię suę pri-

Illyricus neq; canone sextum Conc. Nic. intellexit, neque vim verbi primatus.

Canon Synodi Chalcedon. 28. apocryphus.

mus iuxta canonem apostolorum 34. qui iubet, vt singularum gentium episcopi agnoscant suum primum, & eum, ceu caput ducant. Item sunt ciuitates, in quibus sedes tenent metropolitani, primę: id est, capita singularum prouinciarum, quę metropoles appellantur, quas Anacletus descripsit in tomo, quem de primatu scilicet ciuitatum se scripsisse in epistola 3. ait. At esse metropolitanos primos in prouincijs suis, & esse metropoles primas ciuitates prouinciarum, nihil facit contra primatum episcopi Romani & sedis apostolicę. Fertuntur quidem vulgò alie tres translationes huius sexti Canonis, ex quibus duę, priuilegia habent, è Græco *πρεσβυτέρων*, tertia, honorem: alia quarta vetustior & mendosior, habet primatus: hanc elegit Illyricus, quæ accommodatior ad propositum suum ei visa est. Quid verò in his *πρεσβυτέρων* significet proprie & accommodatè ad scripturam, et si explicauit libro 3. defensionis epistolarum pontificum apostolicorum, tamen quia necessarium est Illyrico, & ijs, qui cum eo hoc verbum, quid significet, ignorant, eadem repetere, sicut Apostolus ait, non piget me. à verbo igitur *πρεσβυτέρα πρεσβυτέρα* dicitur, quo verbo vsus est Apostolus, cum ait: Pro Christo ergo legatione fungimur. hoc enim est episcopi munus. Sed quia non licet episcopo vbiquè legatione fungi, nisi tantum in diocesi sibi assignata, vtitur Synodus Nicena verbo *πρεσβυτέρων*, quod non iam solam legationem significat, sed diocesim, in qua legatio pro Christo obeunda est, sicut *διδασκαλία* doctrinam significat: *διδασκαλείων* verò, scholam vbi docetur, siue ludum literarium. Hinc constat, nugari, qui dicunt, ex quibus est patronus Molinei, significare hoc verbum *πρεσβυτέρων* in canone Niceno, dignitatem solum, & non potestatem, cum legatio sine potestate explicari non possit. Sanxit igitur Synodus Nicena, vt secundum priscam consuetudinem, similiter ecclesijs aliarum prouinciarum, suę dioceses saluę seruentur, vt scilicet vnusquisque episcopus sine iniuria alterius, priuilegio legationis suę in loco sibi assignato fungeretur,

Ex quatuor translationibus sexti canonis Niceni quartam, id est, pessimam elegit Illyricus.

Quid significet *πρεσβυτέρων*.



2. Cor. 10.

non superextendens se, sicut Apostolus ait, sed secundum mensuram regulę. Pergit deinde Illyricus exponere canonem Nicenum: Deinde, inquit, videmus scilicet Nicenā Synodum omnes metropolitanos episcopos, Alexandrinū, Romanum, Antiochenū, & aliarum prouinciarū inter sese planè exequare, itā vt nullus alteri imperare in vlla planè re possit: demum, nè vllius, vt itā dicam, subditi ad aliū metropolitanum appellare possint. Hęc ille, dicit videre se cum suis, Nicenam Synodum exequare pontificem Romanū cum Alexandrino, Antiocheno, & alijs. Videamus nos, cum nostris, an rectè isti videant, an potius cęcos eos reddat odiū primatūs Romani. Quomodò enim, præsertim si Gręcum sermonem callent, vt putant & iactant: quomodò, inquam, non vident, quod Dominus dixit B. Petro, Pasce τὰ πρόβατά μου, id est, oues meas, nõ posse significare ratione articuli & pronominis, nisi τὸ χεβόλυ, id est, vniuersaliter? perindeq; esse, vt si diceret, Pasce quascūq; oues meas. Alioquē si non omnes oues suas pascere præciperet, cur has potius, quā illas, aut alias Petrus pasceret, cum nullas priuatim pascendas Petro assignaret? Præterea præcepisse pascere omnes oues suas, cum dixit Dominus Iesus, Pasce oues meas, conuincit quoq; ille locus euangelij eiusdem Ioannis, vbi ait: Alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Ergò prius quā adductę sint, & vocem eius audierint, non pertinent ad vnum ouile, quod Gręcè dicitur ποιμνιον: ac proinde non habent vnum pastorem: vnus enim grex, vnus pastoris grex est: & vnus pastor, vnus gregis pastor. Quare vt illic oues suas vocauerat Dominus omnes oues, quę vocem eius audiant, quę quidem, vt idem Dominus exposuit, ad vnum gregem pertinent, qui vnum pastorem habet: itā hęc, cum dixit, Pasce oues meas, omnes oues, quę vocem eius audiant, & non vocem alienorum, quę foris sunt, suas vocauit, & Petro pascere præcepit: easq; ad vnū illum gregem, & ad illū vnum pastorem perti-

Quomodò ex verbis euangelij demonstratur, omnes oues committas esse Petro.

Pasce oues meas. Ioan. 21.

Ioan. 10.

pertinere docuit, de quibus antea dixerat, Et fiet vnū ouile, & vnus pastor. quod quidem in Petro, & in ecclesia vna Catholica, per cunctū orbem propagata, ei cõmissa, implerum est. Sic etiam B. Cyprianus, quem confessionistę quoquē contra nos testem citare solent, in libro de vnitae ecclesię, intellexit, & interpretatus est. Eodē pertinet, quod Petro quoquē Dominus dixit, Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos: non enim dixit, fratres, sed τὸς ἀδελφοὺς σου, id est, fratres tuos, omnes scilicet, qui erunt fratres tui. Similiter enim hoc loco vis articuli & pronominis, necessariò significat τὸ χεβόλυ, id est, vniuersitatem fratrum: totam, inquam, fraternitatem. An enim confirmandi erant à Petro fratres, qui in Occidente futuri erant? & non qui in Oriente? aut nunquid fratres Petri erant ij, qui ad ecclesias Occidentis pertinerent? & non, qui ad ecclesias Orientis? aut si vtrunque absurdum est, & omnes potius Petri fratres erant, quos Deus secundum misericordiam suam magnā regenerauit, sicut idem ait, in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis: consequens necessariò est, vt omnes ei Christianos confirmare iusserit. Vt igitur hęc in euangelio Lucę, vniuersam fraternitatem Christianorum confirmare præcepit: sic in euangelio Ioannis, omnes oues pascere. Sic olim hunc locum de confirmandis ab episcopo Romano fratribus vniuersis intellexisse patres ecclesię Orientis, perspici potest ex epistola, illa Gręca Ioannis patriarchę Constantinop. ad Constantinum natione Syrum Pont. Rom. cuius supra memini: in qua, vt dixi, excusat se, tyrannicè ac per vim coactum sextam Synodum damnasse: precaturq; veniam, quam vt suaderet, Tu, inquit, διάδοχος, id est, successor es eius, qui à Domino audiuit: Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū: Ego autē rogavi p te, nè deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus, cõfirma fratres tuos. Deinde subiūgit: ὁφείλοισι διοτι μπε τὰ μὲν τοῦ πρόσ ἐπαγόρθασιν ενεργουῦ ἐπάγην ἐπιμελῶς, τὰ δὲ τῶσ συμπαθεῶσ γνῶμῆσ προχρησάμενον χαρίζεσθαι. ἐπι χε. ἰ τὸν κορυφαῖον αὐτὸν ἐκ τοῦ χε. β' αὐτὸν

Luc. 22.

1. Pet. 1.

Ecclesię Constantin. testimoni. um de confirmandis vniuersis fratribus a. liquandò ab episcopo Rom. Luc. 22.



*ἑαυτὸν προτριπὴν ὁ χύριος συμφορῶν μὲν τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν, τοὺς δὲ κατὰ τὴν  
 πνεύματι τῶν ἐκτὸς ὀλίγη τροπὴν ὑπομείναι τας, καθὼς δὲ πέποιθε καὶ αὐτὸς, ἐν τῇ  
 τοῦ σωτηρίου πάθει κερῶν μὴ ἀποστρέψαι τῆς κατὰ ἰσχυροῦσιν πρὸς τὴν προ-  
 τήραν ἀπάθειαν ἀποχρητάσσεια.* Debitor, inquit, es, à Deo honora-  
 re, tum quidem, vt accuratè adhibeas, quæ requirit ratio con-  
 firmationis ad correctionem: tum verò, vt promptius largia-  
 ris, quæ ratio misericordiae poscit. Siquidem principem apo-  
 stolorum Petrum hortatur, vt ex seipso infirmitatem carnis  
 agnoscat: & eos, qui per violentiam extrinsecus illatam, rui-  
 nam subièrunt: memor, quid sibi tempore passionis Salua-  
 toris acciderit, in priorem quietem corrigendo restituere ne  
 desinat. Sed exequiamus iam ipsum Canonem sextum Synodi  
 Nicenæ, eliciamusque tum ex ipsis verbis, tum ex nature sen-  
 su & rationis iudicio, sententiam Synodi de primatu episcopi  
 Romani: Antiqua consuetudo, inquit, seruetur per Aegy-  
 ptum, Lybiam, & Pentapolim, vt episcopus horum omnium  
 habeat potestatem, quia hoc consuetum est episcopo Roma-  
 no. Quæro hinc ab Illyrico: quid hoc causæ est, vt episcopus  
 Alexandrinus potestatem habere debeat in episcopos pro-  
 uinciarum Aegypti, Lybiæ, & Pentapolis, quia episcopus Ro-  
 manus consuevit item habere potestatem in episcopos sibi  
 subiectos? Si consuetudo episcopi Romani, id est, potestas  
 spiritualis, qua vti consuevit in episcopos proninciarum,  
 quæ ei subiectæ sunt, causa est, cur episcopus Alexandrinus  
 potestatem item spirituales habere debeat in episcopos Aegy-  
 pti, Lybiæ, & Pentapolitanos, idque secundum consuetudi-  
 nem: quæ si iam ante Synodum Nicenam antiqua erat, vt Syn-  
 odus ipsa testatur, non poterat esse nisi à Petro & reliquis  
 apostolis instituta: ergò spiritualis potestas episcopi Alexan-  
 driæ, ex potestate spirituali episcopi Romani, tanquam effe-  
 ctus ex causa sua pendet, Nicena Synodo teste: & ad eam, ser-  
 ut effectus ad causam, refertur: ex quo rursus fit, vt spiritua-  
 lis potestas episcopi, maxima sit: quia quod est causa, vt alijs  
 secundum eandem rationem speciei aliquid conueniat: ipsi  
 illi,

Sententia  
 Synodi Ni-  
 cen. de pri-  
 matu Pont.  
 Rom. ex ca-  
 none 6. ex-  
 pressa.

illi, quod causa est, maximè conuenit: vt ignis, inquit princeps  
 philosophorū, calidissimus est, qui cæteris est causa caloris:  
 & verissimum etiam est id, quod posterioribus, vt vera sint,  
 causa est. Similiter euenit in genere potestatis spiritualis: has  
 enim spiritualia naturas suas & proprietates. vnde cuius  
 episcopi potestas spiritualis clauium, causa est alijs episcopis  
 potestatis spiritualis clauium, illius primi est amplissima ac  
 summa potestas spiritualis clauium. Prouisum itaque est à  
 Deo authore natura, vt qui in primatu Petri, & episcopi Ro-  
 mani eius successoris, scripturæ nolent cedere, naturæ saltem  
 cedere cogentur: & qui rationes ex scriptura petitas, falsa  
 scripturarum interpretatione cluderent, & sophismata esse  
 dicerent, saltem argumentationes ex natura rerū ductas, ne-  
 gare non possent. Ità enim Clemens Rom. in epistola 5. face-  
 te præcepit, prius quidem ex scripturis ipsis sensum capere  
 veritatis, & intelligētiam earum ab eo discere, qui eam à Ma-  
 ioribus, secundum veritatem sibi traditam, seruauit: deinde  
 eum ex diuinis, inquit, scripturis integram quis & firmam re-  
 gulam veritatis acceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam  
 ex eruditione communi ac liberalibus studijs, quæ fortè in pu-  
 eritia attrigit, ad assertionem veritatis cõferat. Hoc etiam nos  
 facimus nunc, qui ad scripturas, quibus aduersarios redargui-  
 mus, ea secundo loco adiungimus, quæ de prima philosophia  
 pueri olim didicimus. Cum enim prius veritas ex scripturis  
 discitur, tunc non solum non potest decipere philosophia, nec  
 inanis fallacia inde duci, sed potius multo magis confirmari,  
 & suaderi veritas potest. Vt enim ex Apostolo didicimus, in-  
 uisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspici: sic eti-  
 am, quæ spiritualia sunt, per ea, quæ in corporibus secundum  
 naturam sunt, interdum licet cognoscere. Dicamus igitur  
 cum Apostolo, qui hoc genus argumentandi, quod diuinitus  
 didicerat, nos docuit, an natura nõ docet vos, quòd quia ignis  
 est cæteris caloris causa, idcirco & ipse calidissimus est, & qui-  
 dam in eo, vt ità dicam, primatus caloris? & quia principia,  
 causa

Metaph. 2.

Prouidētia  
 Dei aduer-  
 sus negan-  
 tes primatū  
 episcopi  
 Rom.

Colof. 2.

Rom. 1.



causa sunt posterioribus, vt vera sint: idcirco ipsa illa principia, verissima sunt? Ad eundem igitur modum, ac pari ratione, scriptura magistra, & natura duce, sentiendum est, & sensit Nicena Synodus, quod quia beato Petro primum data est spiritualis potestas clauium, (illi enim dixit Dominus, Tibi dabo clauis regni caelorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis) & illa Petri potestas clauium, cuius haeres est successor eius episcopus Romanus, causa est, Synodo etiam Nicena teste, vt episcopus Alexandrinus potestatem habeat in episcopos Aegypti, Lybiae, & Pentapolis, & Antiochenus in episcopos sibi subiectos, & metropolitani in suos: consequens est, vt potestas clauium Petri, ac proinde episcopi Romani successoris eius, summa sit, & primatus potestatis huius ei conueniat. Hanc sententiam canonis sexti Niceni licet quoque intelligere ex epistola 3. Anacleti, quam Niceni patres secuti sunt. Sic enim ait: Indè nanque & beati apostoli inter se statuerunt, vt episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos esset primus, quatenus ad eum posteriorum sollicitudo pertineret. Deindè subiungit: Nam & inter beatos apostolos quaedam fuit discretio: & licet omnes essent apostoli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, vt reliquis omnibus praesent apostolis, & Cephas, id est, caput & principium teneret apostolatus: qui & eandem formam suis successoribus, & reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Haetenus S. Anacletus. Quare si Petrus, qui caput erat, & reliquis apostolis praesent, hanc eandem formam dedit successoribus apostolorum, quales erant episcopus Alexandrinus, Antiochenus, & metropolitani, vt ipsi scilicet alijs episcopis per prouincias suas similiter praesent, quanuis omnes essent episcopi, quia ipse Petrus similiter reliquis (vt dictum est) apostolis praesent, quanuis omnes erant apostoli: igitur Petri potestas clauium, causa fuit formae potestatis episcopi Alexandrini, Antiocheni, & metropolitanorum

Interpretatio can. vi. Niceni, ex epistola Anacleti.

in suos episcopos: siquidem ab illa Petri, data est alijs eiusmodi potestatis forma: ex quo rursus fit, vt potestas clauium, sicut antea dixi, summa in Petro fuerit, & adhuc sit in successore, in quo Petrus viuit, & sedet Romae. Hanc itaque causam iam explicatam intellexit, vt necessè est, Synodus Nicena, cum dixit: Antiquae consuetudines vigeant in Aegypto, Lybia, & Pentapoli, vt habeat episcopus Alexandrinus horum omnium potestatem, quia & episcopo Romae hoc consuetum est: & cum eam consuetudinem iam tunc antiquam esse dicat, necessè est, vt antea dixi, à Petro principe apostolorum, caeteris apostolis assentientibus, institutam fuisse. Petrus igitur in successore suo testimonio Synodi Nicenae, vt erat tunc causa & author illius iam tunc antiquae & apostolicae consuetudinis, vt scilicet episcopus Alexandrinus, & Antiochenus, & metropolitani praesent episcopis sibi subiectis: ita nunc idem Petrus in hodierno pontifice Romano causa est & author eiusdem potestatis, à principio solita episcopo Alexandrino, Antiocheno, & metropolitanis. Hanc causam, quam Synodus Nicena voce Graeca, *ἰσχυρὰ*, Latine quia, causam penitus significante, expressit, cum Theodorus Balsamo, ad propositum suum accommodare non posset, in vocem similitudinis, sicut, falsa interpretatione mutauit: quasi vellet dicere Synodus: Habeat episcopus Alexandrinus horum omnium potestatem, sicut hoc consuetum est episcopo Romae, cum alioqui non magis possit accipi *ἰσχυρὰ* pro *quia*, siue *ὅτι*, quam Quia, vel Quoniam, pro, Sicut.

Falsa interpretatio Theodori Balsami in can. vi. syn. Nicen.

*De testimonijs S. Patrum, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, ab Illyrico in primatum ignoranter & malitiose citatis, quibus mendacium eius plane redarguitur: & de festis diebus cathedrae Petri Antiochenae & Romanae quid Illyricus fatue obiecerit in primatum: item de ijs, quae idem Illyricus ex synodo Carthago, contra primatum opponit, & quemadmodum de ipsi illis, quae in primatum producit, mentiri conuincatur.*

CAPVT



**H**actenus de Sexto canone concilij Niceni, de quo respondere Illyrico opere precium esse existimaui, vt nisi subuersus, & proprio iudicio damnatus permanere velit, quod Deus auertat, intelligat tandem, non æquari in canone, quos putabat, cum episcopo Romano: sed potius propter primatū Petri, episcopo Romano successori relictum, tributam esse illis episcopis potestatem in alios episcopos subiectos, vt iam expositum est. Aut refellat Illyricus, si potest, modò se non magis offendat, & pluribus erroribus implicet, vt necessè erit, si tentet. Propositū mihi quidem fuerat, reliquas nugas eius dissimulare, indignas aliqui responsione & cōfutatione: Sed quia quosdam testes grauissimos contra se potius citat, odio primatūs Romani obcecatus, recitabo eorum testimonia, vt qui Illyricum legunt, cecitatem eius & ignorantiam agnoscant. Ad Legendam ergò S. Petri, sic enim vocauit, quam non de scriptura, vt iacet, sed de suo sensu protulit, adhibuit testimonia sanctorum patrum: Sanctus, inquit, Cyprianus archiepisc. Carthag. & martyr, grauiter redarguit Cornelium Papam, admittentem appellationes ex Africa ad se: ac dicit, vetustissimum canonem in ecclesia esse, vt vnusquisque episcopus per se suum gregem secundum verbum Dei regat, redditurus soli Deo rationem, lib. 1. epist. 3. Hac paraphrasi testimonium Cypriani ornauit. Credo, metuebat, nè si suis verbis testis loqueretur, cause minus proficeret. Nos verò, qui non hoc nobis timemus, recitamus totum testimonium Cypriani verbis suis à principio repetitum, vt coarguatur Illyricus, & quidem diserrè à suo teste. Post ista adhuc, inquit, insuper pseudoepiscopo sibi ab hereticis constituto, nauigare audet: & ad cathedram Petri, & ad ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas ferre. Hic iam tuus & noster testis Cyprianus martyr, cathedram Petri, & ecclesiam principalem

Quomodo  
Illyricus  
Cyprianū  
testem con-  
tra se citet.

cipalem vocat, quam tu paulò antè à Synodo Nicena secundum antiquam consuetudinem, æquatam esse volebas: quòd si æquata erat, & illa erat iam antiqua ante Nicenam synodum consuetudo, quomodo eam ignorauit Cyprianus? aut si non ignorauit, quare nec ignorare potuit, & ecclesia Romana æquata erat, quomodo eam vocat principalem? Inter pares enim non potest esse vnus principalitas. Deindè testatur tuus testis & noster, exortam esse vnitatem sacerdotalem ex cathedra Petri, & ecclesia eius principalis: Ergò qui non adheret cathedrae Petri & ecclesiae eius, non pertinet ad ecclesiam vnā catholicam: quia ab origine vnitatis sacerdotalis, sine qua ecclesia vna catholica esse non potest, recessit, qui ab eo recessit, à quo (vt ait S. Anacletus epist. 2.) post Christum Dominum sacerdotalis coepit ordo: quia ipsi primo, inquit, pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praualebunt aduersus eam: & tibi dabo clauis regni caelorum. Hic ergò, inquit, ligandi atque soluendi potestatem accepit à Domino. Haec tenens Anacletus. Sequitur in epistola Cypriani de illo, qui ausus fuerat ferre ad Pontificem Rom. literas à schismaticis, vt eius fidem violaret: Neque cogitare, inquit, eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo predicante, laudata est, ad quos perfidia habere non posset accessum. Quæro, quosnam Romanos dicit hic Cyprianus, ad quos perfidia non possit accedere? quos, inquam, nisi ecclesiam Romanam? cuius fides deficere non potest, quia pro fide episcopi eius rogauit Dominus, cum pro fide Petri rogauit, & exauditus est. Est autem ecclesia in episcopo suo, & episcopus in ecclesia, vt idem Cyprianus in epist. ad Florentium, siue Puppianum ait, quod iam superius exposuimus. Sequitur: Quæ autem causa veniendi, & pseudoepiscoporum contra episcopos factum nunciandi? Indè ergò iusta Cypriani quærela de illius schismatici profecione Romam ad Pontificem, quam Illyricus vocat appellationem. Sed vocet ita, nihil refert: indè, inquam,

Matth. 16.

Rom. 1.

Lucæ 22.

L quam,



quam, quòd cum nulla causa esset proficiscendi ad pontificem Rom. & declinandi iudicium ecclesie Africanæ, tamen ausus esset ille proficisci. Cum enim ait interroganter, quæ causa veniendi? satis declarat, nullam causam fuisse proficiscendi: siquidem nihil aliud haberet ille quod nunciaret, præterquam quod pseudoepiscopi contra episcopos fecissent, quoderat, non ius suum, sed iniuriam alijs factam, tueri vel le. Ergò si causa vlla iusta veniendi fuisset, æquo animo Cyprianus passus esset, venisse illum Romam: alioquin non quaesivisset, quæ causa veniendi? quod perindè erat, vt si dixisset, nullam penitus causam fuisse: id quod statim probat. Nam cum statutum, inquit, sit ab omnibus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, vt vniuscuiusque causa illic audiatur, vbi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit assignata, quam regat vnusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus: oportet vtique eos, quibus præsumus, non circuncursare, nec episcoporum concordiam coherentem, subdola & fallaci temeritate collidere: sed agere illic causam, vbi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Hactenus Cyprianus. Idem statutum, vt sanctissimum & æquissimum, seruatur nunc per omnes ecclesias Dei, ecclesie Romanæ & episcopo eius adherentes. Nec enim vsquam temerè, ac sine causa probabili, prouocatio ad pontificem Romanum vlli datur: quia æquum pariter ac iustum est, vt Cyprianus ait, illic causam agi, vbi accusatores & testes criminis esse possint. Quis hoc neget, quod ratio & leges etiam humanæ, cum ratione naturali consentientes, iubent? Quis enim dubitat, ait Calixtus Pont. epistol. 2. leges humanas, rationi & honestati non repugnantes, esse amplectendas, præsertim vbi vel publicæ consulunt utilitati, vel ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt? vel pro adminiculo tuentur? Sed nunquid hoc statutum, quod iustissimum & vtilissimum est, quicquam de primatu episcopi Romani detrahit? aut qui hoc statutum defendit, & seruari vult,

De statuto æquissimo illic causas agendi, vbi accusatores, & testes esse possunt.

vt Cyprianus volebat, negat esse in episcopo Romano summam potestatem iudiciorum & causarum ecclesiasticarum? minimè: non magis, quam negat esse in igne summum calorem, qui dicit habere alia corpora calorem, qui per ignem, qui calidissimus est, in illis effectus est. Similiter sentendum est, quòd tametsi singulis episcopis ecclesia sua assignata est, quæ est portio gregis Domini, quam vnusquisque gubernet, quæ verò supra ista sunt, non sine consilio & consensu metropolitani, iuxta canonem apostolorum trigessimumquartum, quem ecclesia Catholica tenet & seruat: summa tamen potestas in primo est, cui primum data est, & per eum alij episcopi potestatem clauium habent. Sic enim ait Leo Magnus in sermone tertio de die anniuersario assumptionis suæ ad pontificatum, Quicquid cum eo (Petrum dicit) commune voluit esse principibus, episcopos intellexit, qui sunt principes ecclesie, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid alijs non negauit. Hinc Zephyrinus Pontifex, loquens de potestate episcopi Romani, quia sciebat hoc statutum, quod postea Cyprianus dixit æquissimum esse, vt vbi accusatores & testes esse possent, ibi etiam de episcopis & causis maioribus iudicia fierent, sic in epistol. sua prima scripsit, Quia licet in alios trãserantur episcopos iudicia, scilicet episcoporum, & maiores ecclesie causæ, de his enim loquebatur: tamen apostolo Petro dictum est, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. En Illyricæ, quemadmodum iudicari ab alijs episcopis causas episcoporum, & maiores ecclesie causas, nihil derogat primatui Petri, quia illi dictum est, Tibi dabo claues regni cælorum: & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. & ab eo coepit potestas clauium, & per eum in alios deriuatur, vt paulò antè aiebat Leo Magnus. Ex quo fit, vt, sicut Damasus in epistol. 3. ad omnes episcopos Africanos scripsit, oporteat oēs, si necesse fuerit, sedē

Quod à Petro coepit potestas clauium & per eum in alios episcopos deriuatur.

Iudicari ali quando ab alijs episcopis causas episcoporum, nõ derogat quicquam auctoritati summæ, id est, primatui episcopi Rom.

Quandò sit prouocatio ad pont. Rom.



apostolicam appellare, & eius fulciri auxilio. Si necesse fuerit, inquit, ut intelligamus, cum non necesse est, non esse pro- uocationem. Haecenus responsum sit de testimonio Cypriani, quo seipsum de ore testis sui condemnauit Illyricus. Praeterea alia plura testimonia eiusdem Cypriani, quae Illyricus dissimulauit, quibus magis ac magis redarguitur: quale est, quod ait in hac ipsa epistola ad Cornelium, quam in nos citauit Illyricus: Nec enim aliunde haereses obortae sunt, aut natae sunt schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur: nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se iam non episcopi, sed Dei faceret: nemo discidio unitatis Christi ecclesiam scinderet. An audebis Illyricus negare, quin haec Cyprianus de Cornelio ipso dicat? Si audeas, conuinceris neque Latine scire, quem enim putas dici hic, diuino iudicio, populi suffragio, & coepiscoporum consensu? & paulo post, toties ad Leonem in circo, in amphitheatro petiit? quod Cyprianus excusat se pronocatum, & inuitum dicere: quem, inquam, dici putas, nisi Cornelium? quem qui iudicare volebant, non se iam episcopi, sed Dei iudicem, ut ait Cyprianus, faciebant. Ipsi igitur estis, qui vos Dei iudices facitis, cum episcopi Romani, qui Cornelio successit, iudices facitis, quiq; contra magisteria diuina obtemperare ei non vultis, qui discidio unitatis ecclesiam scinditis. Quod si Cornelium & similes non sequitur vite merito, hoc enim calumniari soletis, at sequitur cathedrae honore. Prece-mur Deum, ut sequatur & vite merito. Sic enim B. Hieronymus, cum ad Damasum, quamuis sanctissimum, scriberet: Obtestor, inquit, beatitudinem tuam, ut qui apostolos honore sequeris, sequaris & merito. Sed respondeamus deinceps de Augustino, quae Illyricus his verbis in primatu obijcit. Augustinus

De testimo-  
nio Augu.

quoq; memorabile dictum est, qui ait, totam ecclesiam super petram Christum, non super Petrum hominem, fundatam esse, super quem & Petrus ipse exstructus sit. Ita enim inquit tractatu 124. super Ioannem: Quando Petro dictum est, Tibi dabo clauas regni caelorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis: vniuersam significabat ecclesiam, quae in hoc seculo diuersis tentationibus, velut imbribus, fluminibus, tempestatibusque quatitur, & non cedit, quoniam fundata est super petram, unde & Petrus nomen accepit: non enim a Petro petra, sed Petrus a petra. Haecenus testimonium Augustini ab Illyrico recitatum. Sed recitemus nos integrum testimonium, ut, sicut in Cypriano fecimus, hic quoque ore testis sui Illyricum redarguamus. Sic enim scribit in eodem loco Augustinus: Cuius ecclesiae Petrus apostolus, propter apostolatus sui primatum, gerebat figurata generalitate personam. Interrogemus Illyricum, cur praetermisit hanc particulam testimonij Augustini? aut cur non timuit, ne a nobis deprehenderetur eallida ista testimonij decurtatio, fallaciae & malitiae index? Sequitur: quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura vnus homo erat: gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idemque primus Apostolus. Sed quando ei dictum est, Tibi dabo clauas regni caelorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis, vniuersam significabat ecclesiam: quare autem vniuersam significaret ecclesiam, siue vniuersae ecclesiae personam gereret, proximè causam dixerat, nempe propter primatum apostolatus. ergo quod ei dictum est, Tibi dabo clauas regni caelorum, & quae sequuntur, etsi ad totam ecclesiam, cuius personam gerebat, pertineat: ad ipsum tamen Petrum in primis propter primatum pertinet, siquidem propter primatum vniuersam significabat ecclesiam: ergo consequenter propter primatum potestatis eius, potestas ligandi & sol-

stini contra  
primatum  
citato ab  
Illyrico,  
quod maxi-  
mè prima-  
tus confir-  
matur.



uendi in alios deriuata est. Quis est ratiocinandi non penitus ignarus, qui consequentis, ac connexi rationem hic non videat? Hanc eandem sententiam Augustini expressit Leo Magnus suis verbis sermone 3. de die anniuersario assumptionis sue ad pontificatum. Sic enim ait: propter quod dicit beatissimo Petro, Tibi dabo clauas regni celorum, & quæ sequuntur. Deinde subiungit: Transiit quidem in alios apostolos vis potestatis istius, & ad omnes ecclesie principes decreti huius constitutio commeaui. Haftenus Leo. Si, quando ei dictum est, Tibi dabo clauas regni celorum: & quodcunque ligaueris super terram, & quæ sequuntur: transiit vis potestatis huius ad alios episcopos, tum apostolos, tum non apostolos: igitur gerebat Petrus eorum omnium personam, quod erat gerere personam vniuersae ecclesie, siue significare vniuersam ecclesiam, vt pater Augustinus dixit, est enim ecclesia in episcopo, Cypriano auctore, ergo ecclesia vniuersa in vniuersis episcopis. Et paulo supra idem Leo: Et si quid cum eo, inquit, Petro scilicet, commune voluit esse principibus, id est, episcopis, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid alijs non negauit. Iam ne vides Illyrice, quemadmodum testimonio Augustini, quod in primatum Petri produxisti, Petri primatus probatur? Sed videamus reliqua partem testimonij: Postquam enim dixit de Petro, quod vniuersam ecclesiam significaret: subiunxit de ipsa ecclesia, quæ in hoc seculo diuersis tentionibus velut imbribus, flaminibus, & tempestatibus quatitur, & non cadit, quia fundata est super Petram, vnde Petrus nomen accepit: non enim à Petro petra, sed Petrus à petra: sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo. Hoc vocat Illyricus memorabile dictum Augustini, qui totam, inquit, ecclesiam super petram Christum, non super Petrum hominem, fundatam esse ait, super quem & Petrus ipse sit extructus. Sic igitur argumentatur bellissimus sophista: Ecclesia est fundata super petram Christum, ergo non est fundata super Petrum. Item, Petrus ipse extructus

Argumen-  
tatio Illyri-  
ci sophisti-  
ca.

us est super petram Christum, ergo non est ecclesia fundata super Petrum. vtrobique ex eo quod ait, concludens id quod negat. Respondeat ergo tibi Magnus Leo, vel potius doceat te distinguere petram à petra, & fundamentum à fundamento: vt intelligas tandem, si tamen credere volueris, de quo fundamento locutus sit hic Augustinus. Nisi enim credideritis, ait propheta, non intelligetis. Leo igitur in ipso illo sermone paulo antè à me citato, Et ego, inquit, dico tibi, hoc est, sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ita ego tibi notam facio excellentiam tuam: quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, quia facio vtraque vnum: ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris: vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi necum participatione communia. En Illyrice, duplex petra: vna, per propriam virtutem solida: altera, per participationem solidaritatis prioris petrae. Et super hanc petram, inquit, scilicet, quæ tu es, non per potestatem propriam solida & fortis, sed per participationem petrae Christi ædificabo, inquit, ecclesiam meam: & super hanc fortitudinem, inquit, petrae scilicet, quæ per participationem virtutis petrae Christi solidata est, quæ est Petrus ipse, æternum, inquit, extruam templum. Deinde subiungit: Et ecclesie meæ celo inferens da sublimitas, in huius fidei firmitate confurget: hanc confessionem fidei, portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt. hoc est, quod prius in sermone secundo de anniuersario quoque die assumptionis dixerat, Et sicut permanet, quod in Christo Petrus credidit: ita permanet, quod in Petro Christus instituit. super firmitatem ergo fidei, quam Petrus in Christo confessus est, & confitetur in suo successore, pro qua Dominus, ne deficeret, rogauit, permanet ædificatio ecclesie, à Christo in Petro instituta. En, Illyrice, dictum memorabile Augustini, quod in primatum produxisti, quorsum euasit, nempe ad redarguendum &

Esa. 7. iuxta  
LXX.

Distinctio  
duplicis pe-  
trae, & du-  
plicis fun-  
damenti ex  
sermone  
Leonis Ma-  
gri.

Luc. 22.

con-



convincendum te testimonio à te citato. Quare dicendum vobis est, quod Opratus libro 2. contra Parmenianum Donatistam ait: Vnde est ergo, quod claves regni vobis usurpare contenditis, qui contra cathedram Petri, vestræ præsumptionibus & audacijs sacrilegio militatis? Aliud præterea memorabile contra primatum episcopi Romani opponit Illyricus. Sic enim ait: Memorabile verò prorsus est, quod ipsum nomen cathedræ Petri, quam iactant, eos redarguat. Celebrant enim omnes Papistæ, & ipse papa festum S. Petri planè solenniter: quod festum omnia ipsorum martyrologia & explanationes rituum, testantur esse de Antiochiæ collocata cathedra, non Romæ. testantur ergo, ac protestantur contra se ipsos, quod Petrus non ipsorum, sed Antiochenorum fuerit episcopus. Demùm nostro tempore Paulus III. animadvertens hoc vestigium veritatis contra ipsos nimium clarè testimonium dicere, proprium festum pro cathedra Romana excogitavit. Hæc Illyricus, vtrum plena nugis, & delira, iudicent, qui legunt. Nos, inquit Illyricus, testamur & protestamur, non fuisse Petrum episcopum Romanorum, sed Antiochenorum, cum celebramus cathedram eius Antiochenam. quomodo hoc testamur, & protestamur, qui semper secundum scripturam testati, & protestati sumus, Petrum fuisse, & esse in suo successore ecclesiæ unius Catholice per cunctum orbem diffusè episcopum? quod si nos, vt Illyricus somniat, non intelligens, neque quod loquitur, neque de quo affirmat, Petrum episcopum fuisse Antiochenorum, & non Romanorum, contra nos ipsos testamur, & protestamur, cum secundum antiqua martyrologia cathedram eius Antiochenam celebramus. ergo nunc, cum in cathedram Petri Antiochenam, & Romanam celebramus, contra nos ipsos similiter testamur, & protestamur Antiochenorum, & Romanorum tantum episcopum, de quo igitur cum istis contendimus? An dixit Dominus Petro, Tibi dabo claves regni cælorum Antiochiæ? aut, Antiochiæ & Romæ? aut dixit, Quodcumque ligaveris,

Quid ex festo cathedræ Petri obijciat de litè Illyricus in Primatum.

gaveris, aut solveris super terram Antiochiæ & Romæ, erit ligatum aut solutum & in cælis? aut dixit, Pascere oves meas Antiochenas & Romanas? aut, Confirma fratres tuos Antiochiæ? aut Antiochiæ & Romæ? an potius sic omninò intelligendum est, vt ipsa vis verborum, sicut antea docuimus, declarat, vbiunque erunt oves meæ, pascere: & vbiunque erunt fratres tui, confirma. Quæ ergo ista Illyrici deliramenta? quæ somnia? Ante paucos annos celebratione cathedræ Antiochenæ facile contenta fuit ecclesia, fortassè nè Petrus duas cathedras habuisse existimaretur: vna enim fuit, postquam secunda non est, excepta quidem Antiochiæ, continua verò Romæ: immò vt vna cathedra Antiochena & Romana esse demonstraretur, ac celebratio cathedræ Romanæ in celebratione Antiochenæ comprehensa esse intelligeretur, lectiones ex sermone patris Augustini, accommodatissimè ad illam Antiochenam celebrationem adhibuit. Sic enim est in ipsa illius festi diei lectione: Rectè igitur ecclesiæ natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petrum itaque Dominus nominavit, & idèò dignè fundamentum hoc ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificij altitudo confurgit. Vnde conuenienter psalmus, qui lectus est, dicit: Exaltem eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Benedictus Deus, qui exaltari in ecclesia hoc præcepit: quia dignum est, vt in ecclesia hoc honoretur, per quod in cælum ascenditur. Hactenus Augustinus. Cuius tu testimonio Illyricæ, & qui te sequuntur, non ascendetis in cælum, quia fundamentum hoc in ecclesia non honoratis, dum Petro & successori eius adherere & obedire non vultis. Cur verò nostro tempore celebratio Romanæ cathedræ instituta sit à Paulo III. quem Illyricus per errorem, III. fecit, non fuit alla causa, nisi ad vtilitatem ecclesiæ, honorem principis apostolorum, in gloriam & laudem Dei, augere velle, eo præsertim tempore,

Quæ ratio festi cathedræ Antiochenæ.

Psal. 106.

Quæ ratio festi cathedræ Romanæ.



re, quo ab hereticis cathedra Petri Romana, impia & sacrilega rabie impugnatur: ut quo magis eam inclinare, immò deprimere conantur, eo magis eam à Catholicis per vniuersum orbem celebrari videant: & eo item magis preces B. Petri & patrocinium sollicitemus, quo magis ecclesia, aduersus hereses & infideles, eis indiget, præsertim cum ipse idem princeps apostolorum hæc, cum iam mors instaret, promiserit: promissit, inquam, Petrus daturum se operam, ut post obitum eius, quæ præcepit & monuit, meminisse possemus. Quomodo autem daturus operam erat, qui iam erat certus de veloci depositione tabernaculi, id est, de morte, nisi post mortem preces Deo pro ecclesia adhibendo? immò hoc quoque ei præcepit Dominus, cum dixit eidem, Et tu conuersus, confirma fratres tuos. Sic enim Magnus Leo intellexit, & interpretatus est in sermone 3. de die anniversario assumptionis suæ ad pontificatū. Cui, inquit, dictū est, Et tu conuersus, confirma fratres tuos, quod nunc quoque, peuldubio facit, & mandatū Domini pius pastor exequitur, confirmans nos cohortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, ut nulla tentatione superemur. Si autem hanc pietatis suæ curam omni populo Dei, sicut credendum est, ubique præstendit: quanto magis nobis alumni suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro dormitionis suæ toro eadem, qua præsedet, carne requiescit? Sed vrget adhuc Illyricus, quod de celebratione cathedræ Romanæ, nostro tempore instituta, obiecit. Quis enim, inquit, dubitat quod si cathedra Petri Romam translata fuisset, ibique Dei voluntate collocata, ut esset illic perpetuum supremum totius ecclesiæ caput ac tribunal, omnino & certa memoria illius diei habita fuisset? & longè solenniùs istud festum cathedræ Romanæ celebratum, quam illud Antiochenæ? quin potiùs illud Antiochenæ nullum fuisset, quando quidem ea cathedra aliò fuisset translata. Vide, quomodo eos, eorum rursus redarguant. Hæc Illyricus. De cathedra Petri Romam translata, testatur his verbis Marcellus martyr, qui fuit temporibus Galerij & Maxentij,

2. Pet. 1.

Lmc. 22.

xentij, in epist. ad Antiochenos. Sic enim ait: Rogamus vos fratres, ut non aliud doceatis, neque sentiat, quam quod à beato Petro, & reliquis apostolis & patribus accepistis, ab illo enim primò instructi estis: idè non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim est caput totius ecclesiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & reliqua. Eius enim sedes primitus apud vos fuit: quæ postea, iubente Domino, Romam translata est: cui, adminiculante gratia diuina, hodierna præsidemus die. Et paucis interpositis, Si vestra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi: nulla est, quæ eius non subiecta sit dirioni. Hactenus Marcellus martyr & pontifex. At videtur adhuc Illyrico, si cathedra Antiochena Romam translata fuisset, solenniùs istud festum Romanæ cathedræ, quam Antiochenæ fuisset: Quin potiùs, inquit, illius Antiochenæ nullum esset. An ignorat Illyricus, solere esse primitias honorabiliores? & dies natalitios ceteris iucundiores? Natalem enim sedis B. Petri, paulò antè Antiochenam cathedram vocabat Augustinus, quæ ab ecclesijs (ut ait) colebatur. Magna igitur ratione, & diuino cõsilio factum fuit, ut primordia atque initia cathedræ Petri Antiochenæ, velut natalitia eius, solenni lætitia celebrarentur. Sed Illyricus homo audax & præceps, nihil cõsideratè legit, neque scribit. Pergamus respondere ad reliqua. Tres (inquit) Papæ, Zosimus, Bonifacius ac Celestinus, per plures annos acerrimè litigarunt de primatu, prolatis falsis Nicenis canonibus, cum sexta Carthaginensi Synodo, cui ultra ducenti episcopi, inter quos etiam ipse beatus Augustinus, interfuerunt, tandemque illi tres sanctissimi, euidentissimè criminis falsi conuicti, ac maxima cum ignominia repulsi sunt: ut euidentissimè ac prolixissimè in libris Cõciliorum, ab ipsismet Papistis editis, habetur. Hic quoque Illyricum, suo teste Augustino, quem citat, & quem Synodo Carthaginensi interfuisse confitetur, de manifesto mendacio conuincimus. Sic enim in epist. 162. ad Glorij,

Quæ obijciat Illyricus Africanis patribus contra primatum.

Redarguitur mendacium Illyrici suo teste,



Eleusium, Felicem, & Grammaticum scripsit: Erat etiã tran-  
marinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis Car-  
thago: vnde nõ medio cris authoritatis habebat episcopũ, qui  
posset non curare conspirantẽ multitudinem episcoporum,  
cũ se videret & Romanæ ecclesiæ, in qua semper apostolicę  
cathedrę viguit principatus, & cæteris terris, vnde euange-  
lium ad ipsam Africam venit, per communicatorias literas  
esse coniunctum. Hoc est testimonium, Illyrice, quod testis à  
te vocatus Augustinus, de primatu episcopi Romani dicit,  
qui, vt ipse confiteris, Synodo Carthaginensi, & quidem lega-  
tus nomine totius Numidiæ, interfuit. Si igitur Augustinus  
primatum ecclesiæ Romanæ agnoscebat & confitebatur,  
profectò Synodus Carthaginensis, cui Augustinus interfuit,  
& à qua nunquam dissensisse legitur, non de primatu cum illis  
pontificibus contendebat, sed de alia re, quam postea dicam,  
quam tu Illyrice nondũ intellexisti. Rursus idem Augusti-  
nus contra duas epistolas Pelag. ad Bonifacium lib. 1. c. 1. Cũ  
verò, inquit, non desinant fremere ad Dominici gregis cau-  
las, atque ad diripiendas tanto precio redemptas oves: adigi-  
mur episcopatus officio, quamvis ipse in eo præmineas cel-  
siore fastigio speculæ pastoralis, facio, quod possum, pro mei  
particula muneris: & quæ sequuntur. En iterũ Augustinus  
episcopus Hipponensis, alioquĩ subiectus episcopo Carthagi-  
nensi, cõfitemur Bonifaciũ, quo põtifice habita est Synodus illa  
Cartha. præminere in celsiore fastigio speculę pastoralis. At  
qui alij primates Africæ, cõparati cũ Carthaginensi, nõ erant  
in celsiore fastigio speculæ pastoralis, siquidem Carthaginen-  
sis episcopus nõ pertinebat ad eorũ speculam pastorem: im-  
mò reliqui omnes primates Africæ, subiecti erant Carthagi-  
nensi: relinquatur ergò, vt testimonio Augustini Bonifacius  
esset in fastigio speculę pastoralis celsiore, quam Carthaginẽ-  
sis, cui erat alioquĩ August. (vt dixi) subiectus. Rursus idem  
Augustinus cũ 60. episcopis ecclij Mileuitani, epist. 42. sic ad  
Innocentiũ episcopũ Rom. scripsit: Quia te Dominus gratiæ  
suz

Multiplex  
testimoniũ  
August. de  
primatu.

suz præcipuæ munere in sede apostolica collocavit, talemq;  
nostris temporibus præstitit. & paulò post: Magnis periculis  
infirmorum membrorum Christi, pastoralem diligentiam, que-  
sumus, adhibere digneris, & quæ sequuntur. Hoc quoquẽ lo-  
co primatum episcopi Rom. Augustinus cum concilio Mile-  
uitano confitetur, cum eum dicit præcipuæ gratiæ munere in  
apostolica sede collocatum. Quæ enim ista præcipua gratia  
est, nisi charisma episcopatus, quo præerat vniuersali eccle-  
siæ: quod statim declarat, cum petit ab eo, vt diligentiam pa-  
storalem periculis membrorum Christi in ecclesijs Africanis  
adhibere velit. Cõfitemur igitur Augustinus cum reliquis epi-  
scopis illius Synodi, oves esse episcopi Romani, quæ in eccle-  
sijs episcoporum Africa erant: ad curamque illius, tanquam  
pastoris communis, eas pertinere. Præterea idem Augustinus  
cum episcopis synodi Carthag. ad eundem Innocentium de  
actis aduersus Pelagium & Cælestium, sic scripsit epist. 90.  
Hoc itaque, Domine frater, sanctæ charitati tuæ intimãdum  
duximus, vt statutis nostræ mediocritatis, etiam Apostolicæ  
sedis adhibeatur authoritas. Testatur quoquẽ Prosper Aquit-  
anicus, illorum temporum æqualis, in annalibus suis, missa  
fuisse gesta illa ad Zosimum pontificem Rom. quibus, inquit,  
probatis, heresis Pelagiana damnata est. Multiplici ergò testi-  
monio Augustini probatum est, synodum Carthaginensem,  
cui idem ipse Augustinus interfuit, nõ magis primatum epi-  
scopi Romani negasse, quam Augustinus negauerit. De quo  
enim synodus Carthaginensis cum episcopo Romano litiga-  
bat, vt verbo Illyrici vtat, non hoc erat: non erat, inquam, pri-  
matus, quem semper antea ecclesiæ Africanę confessæ fue-  
rant: vt perspicui potest ex literis Damasi pontificis, quibus re-  
spondet episcopis Africanis in Synodo Mauritanicæ cõgrega-  
tis, qui ad Damasum scripserant de quibusdam episcopis vi-  
cinis, qui, non consulto episcopo Romano, quosdam ex fra-  
tribus cõepiscopis damnauerant. Petebant itaque episcopi  
illius synodi Mauritanicæ à Damaso, vt eos defenderet: sibi  
M 3 enim



enim videri, non licuisse illis vicinis episcopis facere, quod sine authoritate pontificis Romani ausi essent. Legat Illyricus literas Damasi, vt, quid Africani illi episcopi de primatu sentirent, & quid sentiendum sit, ex ipsis illis literis intelligat, si tamen credere voluerit. Dicamus ergo iam, de quo synodus Carthag. cum episcopis Romanis disceptabat, si de primatu non disceptabat, immo eum concedebat & confitebatur: vt discat Illyricus, quod ignorat, & desinat mendacis decipere. Contendebat ergo Synodus Carthag. iudicandas esse causas episcoporum in prouincijs suis, non quia non esset episcopus Romanus caput ecclesie Catholicae, & episcopus episcoporum, nemo enim contradicebat: sed propter facilitatem producendi testes in suis locis, & difficultatem vocandi eos ad iudicium transmarinum: immo, quod maius erat, sic illis videbatur a synodo Nicena canone sexto decretum. Sic enim ad Caelestinum pontificem scripserunt: Decreta Nicena siue inferioris gradus Clericos, siue ipsos episcopos suis Metropolitanis apertissime commiserunt. prudētissime enim & iustissime viderunt, quaecunque negocia in suis locis, vbi orta sunt, finienda: nec vnicuique prouincię gratiam S. Spiritus defuturam, qua æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur. Haftenus illi: non tamen quia sic canonem Nicenum intelligendum & interpretandum esse falso putabant, quasi eo prouocatio ad pontificem Rom. sublatam esset, continuo ex eo sequebatur, vt primatum pontificis negare viderentur: quia cum vetus vsus appellandi, vt Vlpianus Iurisconsultus ait, necessarius sit, vt vel iniquitatem indicantium, vel imperitiam corrigat: existimabant illi patres synodi Carthag. nihil tale de eis metuendum esse, vt vel iniuste, vel imperite iudicarent, idcirco contendebant, non debere esse ab eis prouocationem, immo hoc ipsum, vt dixi, de omnibus metropolitanis episcopis synodum Nicenam, & ob eandem causam iudicasse putabant, in quo, quantum poneremus iram indicasse & decreuisse synodum Nicenam, nihil tamen pontifici Romano

Quid esset, de quo synodus Carthag. cum Rom. episcopis contendebat, quod Illyricus ignorauit.

Quomodo non continuo primatum negat, qui aliquando negat prouocationem esse ad Pont.

Romano, alioqui primatum habenti derogabatur: sicut nihil Imperatori Romano derogabatur, quod a prefectis pratorio non liceret prouocare. Credidit enim princeps, ait Aurelius Iurisconsultus, eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicatos pro sapientia & luce dignitatis sue, quam ipse foret iudicaturus. Vt ergo erat summa potestas in Imperatore, quantum a prefectis pratorio non esset prouocatio ad eum: sic quantum decretum fuisset a synodo Nicena, vt illi patres credebant, non esse a primatibus, neque metropolitanis appellationem, erat nihilominus adhuc saluus episcopi Romani primatus. Sed bene habet, quod in illo sexto canone synodi Nicenae, de primatu necessario continetur, si, quam vim habeat illud, Quia sic est episcopi Romae consuetudo, recte intelligatur: quod satis me supra explicasse arbitror, de prouocatione vero non danda, nihil penitus: quia iustum & æquum erat, & primatui congruens, ad eum prouocare, & eius auxilio fulciri, si necessum esset: vt Damascus episcopis in synodo Mauritaniae cum Stephano archiepiscopo congregatis, rescripsit. Cum dixit, si necessum esset, satis aperte significauit, cum non esset causa necessaria, nec opus auxilio, non esse prouocationem. tunc, inquam, locus relictus est statuto Cypriani de iudicandis causis in suis locis, vbi accusatores & testes criminis esse possint. Sed quia Illyricus audet dicere, quod tandem illi tres Papae euidentissime criminis falsi conuicti, ac maxima cum ignominia repulsi sunt, vt euidentissime, inquit, in libris Conciliorum ab ipsismet Papistis editis habetur: redarguamus eum de ipsis illis libris Conciliorum, quae in nos citat. Legat ergo epistolam Bonifacij secundi ad Eulalium episcopum Alexandrinum de reconciliatione Eulalij episcopi Carthaginensis. Aurelius enim, inquit, praefata Carthaginensis ecclesiae olim episcopus, cum collegis suis, instigante diabolo, superbire temporibus predecessorum nostrorum Bonifacij atque Caelestini contra Romanam ecclesiam cepit. Sed videns se modo peccatis Aurelij Eulalij

Nihil Imperatori derogabatur, quod a prefectis pratorio non liceret ad eum prouocare.

Redarguitur Illyricus de ipsis libris, quos citat.



lalius à Romanæ ecclesiæ communionem segregatum, humili-  
ans recognouit se, & communionem Romanæ ecclesiæ pe-  
tens, subscribendo vnâ cum collegis suis, damnauit apostoli-  
ca autoritate omnes scripturas, quæ aduersus Romanæ ec-  
clesiæ priuilegia quoquo ingenio fuerunt. Sequitur deinde  
exemplar literarum & confessionis Eulalij & aliorum episco-  
porum: Prima salus est, recte fidei regulam custodire, & à con-  
stitutis patrum nullatenus deuiare: & quia non potest Domi-  
ni nostri Iesu Christi prætermitti sententia, dicentis: Tu es Pe-  
trus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. & hæc,  
quæ dicta sunt, rerum probantur esse ceteris, quia in sede apo-  
stolica semper extra maculam apostolica seruata religio, de  
qua spe & fide minimè separari cupientes, & patrum sequen-  
tes constituta, anathematizamus omnes, qui contra S. Roma-  
nam & apostolicam ecclesiam superbiendo suas erigunt cer-  
uices, sequentes in omnibus apostolicam sedem, & prædican-  
tes eius omnia constituta. Et paulò post, Damnans & anteces-  
sores, & successores meos, & omnes, qui S. Romanæ, & Apo-  
stolicæ ecclesiæ priuilegia cassare nituntur. & quæ deinceps  
sequuntur. Hæc sunt in libris Conciliorum, quæ tu Illyricæ con-  
tra nos producis. Sunt ne ergò illi tres Papæ, quos dixisti, cri-  
minis falsi conuicti, & maxima cum ignominia repulsi an po-  
tius approbati, & eorum statuta ab episcopo eiusdem eccle-  
siæ Carthag. cum collegis & coepiscopis eius postea recepta?  
& tu ab eisdem episcopis Africanis, in his literis vnâ cum il-  
lis anathematizatus, qui se in sedem apostolicam superbe ex-  
tulerunt?

Illyricus ab  
episcopis  
Africanis  
anathema-  
tizatus.

Locus Hiero-  
nymi con-  
tra prima-  
tum, ab Il-  
lyrico infi-  
cienter &  
mendose  
obiectus.

Præterea autoritate etiam Hieronymi, velut alio forti  
ariete, primatum episcopi Romani quatit Illyricus. Hiero-  
nymus, inquit, in epist. ad Euagrium, hisce verbis exequat Pa-  
pam Rom. cum alijs episcopis: Nec altera Romanæ urbis ec-  
clesia, altera totius orbis existimanda est: & Galliar, & Britan-  
niar, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbarar  
nationes vnum Christum adorant, vnâ obseruant regulam  
verita-

veritatis. Si autoritas quaeritur, orbis maior est vrbe, vbicun-  
quæ fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constan-  
tinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem me-  
riti est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humi-  
litas vel sublimiorem, vel inferiorem episcopum non facit. Cæ-  
terum omnes apostolorum successores sunt. Hactenus Illyri-  
ci recitatio. Quam vera est Apostoli sententia: Finis, inquit, 1. Tim. 1.  
præcepti, charitas est de corde puro, conscientia bona, fide nõ  
ficta, à quibus quidam, inquit, aberrantes, conuersi sunt in va-  
niloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes  
neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. In his nu-  
merandus est Illyricus, qui quia non curat charitatem, neque  
conscientiam bonam, neque fidem non fictam, non conside-  
rat, quemadmodum Papam cum alijs episcopis Hieronymus  
in hac epistola exæquet, vtrum ratione ordinis, an ratione  
potestatis clauium, siue potestatis ligandi & soluendi, quæ di-  
ci solet potestas iurisdictionis. Atqui ex ipsa epistola intelli-  
gere potest, æquare quidem ratione ordinis, quæ est potestas  
super corpus Christi verum, sicut altera potestas clauium est  
super corpus Christi mysticum, quod est ecclesia. ergò quia  
erant quidam, qui diaconos presbyteris anteferrent, quo co-  
rum temeritatem magis retunderet, ait, perinde esse, æquare  
diaconos presbyteris, vt æquare diaconos episcopis: quia in  
episcopis sunt presbyteri, & quatenus episcopi presbyteri  
sunt, æquales sunt presbyteri episcopis: idcirco enim subiun-  
git Hieronymus: Ad quorum preces, scilicet episcoporum &  
presbyterorum, Christi corpus & sanguis conficitur. Rursus  
episcopi ratione sacerdotij, omnes sunt æquales, vt idem Hie-  
ronymus ait: Vbicunquæ fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eu-  
gubij, eiusdem est meriti & sacerdotij, id est, nõ magis est epi-  
scopus, Romanus episcopus: quam est episcopus, Eugubinus  
episcopus: suntque omnes episcopi successores apostolorum,  
qui ratione sacerdotij, æquales quoque fuerunt. Potentia au-  
tem diuitiarum, vel paupertatis humilitas, non facit sublimi-  
orem,



orem, vel humiliorem episcopum: non dixit, maior, aut minor potestas clauium, siue ligandi & soluendi, non facit sublimiorem, aut inferiorem episcopum: sed potentia diuitiarum, aut paupertatis humilitas. In hac enim potestate, quæ ad gubernationem ecclesiæ catholicæ, & curam ac potestatem pastorem pertinebat, non fuerunt omnes apostoli æquales, quin potius vnum Petrum ceteris apostolis præesse voluit Dominus, quannis omnes essent apostoli: & quatenus presbyteri & episcopi, æquales ratione ordinis. Quod si Hieronymus Pontificem alijs episcopis in omni potestate æquabat, cur dixit ad probandum æquales esse, Vbi cunquē fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, eiusdem meriti est & sacerdotij? & non dixit, Eiusdem est potestatis & honoris? præesse enim alij, non est maioris sacerdotij episcoporum, quatenus episcopi sunt, sed est maioris potestatis & honoris eorum. Siquidem vna est ratio sacerdotij omnium episcoporum, sicut vna item est ratio sacerdotij omnium presbyterorum. Duo namq; sunt ordines sacerdotum, vt ait S. Anacletus in epist. 3. id est, presbyterorum & episcoporum. Verum Illyricus, quia non vult, vt maior potestas ligandi & soluendi faciat maiorem episcopum, & (vt verbo Hieronymi vtar) sublimiorem, nè cogatur concedere, Petri esse summam potestatem, cui dictū est, Tibi dabo clauis regni cælorum: & quodcunq; solueris super terram, &c. cum Hieronymus scripsisset, Potentia diuitiarum, vel paupertatis humilitas, non facit sublimiorem, vel inferiorem episcopum: Illyricus negationem abstulit, quasi potentia diuitiarum episcopi Romani eum faciat sublimiorem. Percontemur ergo Illyricum, cur non legit hic neganter, vt in exemplaribus editis, emendatè legitur? sed sine negatione, quam lectionem neque ratione, neque fide exemplarium defendere potest. Cur ita malitiosè agis Illyrice? Quod autem dixit Hieronymus, Si autoritas queritur, orbis maior est vrbe: hoc dixit, quia illi, qui diaconis presbyteros æquabant, ex consuetudine vrbis Romæ argumentum ducebant. Sic enim ait

Illyricus  
malitiosè  
negationē  
abstulit in  
lectione.

ait Hieronymus: Sed dicis, quomodo Romæ ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? respondet, quid mihi profers vnus vrbis consuetudinem? Huc igitur spectat, quod paulò antè dixerat, Si autoritas queritur, orbis maior est vrbe. quod perindè est, quasi diceret, si ista consuetudo Romæ est, tametsi non reprehendo, at in infinitis alijs ecclesijs non est. Sic Hieronymo visum est respondere, cū alioquē in promptu esset ratio illius Romanæ consuetudinis, cur scilicet ad testimonium diaconi, presbyter ordinaretur: nempe, quia diaconi sunt, vt ait Clemens Romanus, tanquam oculi episcopi, circumlustrantes vniuersos actus ecclesiæ ad renunciandum episcopo: presbyteri verò non ita. idcirco non adhibebatur testimonium presbyteri ad ordinationem diaconi: non tamen ex eo sequebatur, vt diaconi essent presbyteris humiliiores. Similiter cū ait Hieronymus, Nec altera Romæ vrbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est, significat eandem esse regulam fidei in omni ecclesia Dei, quæ est pars ecclesiæ vnus catholicæ per cunctum orbem diffusa, quod statim explicat idem pater Hieronymus, cū subiungit: Et Gallia, & Britannia, & Africa &c. vnum Christum adorant, vnam obseruant regulam veritatis. Discat igitur Illyricus, non legere, hoc enim & pueri sciunt: sed intelligere, quæ legit, nè malè intelligendo semper erret, & alios in errorem trahat. Sed quia Illyricus beati Hieronymi autoritatem, quam sciebat esse magnam, in primatum, vt eum pondere & grauitate tanti authoris inclinaret, irrito conatu torsit: nos rursùm eiusdem autoritatem in ipsum, vt saltem erubescat, si quid fortè pudoris reliquum fecit, retorqueamus. Sic enim ad Damasum ex Syria epist. 57. scripsit: Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communionem confocior. Super illam petram ædificatam ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca non fuerit, peribit regnante diluuiō. Eum dicit extra domum comedere agnum, qui cathedræ Petri communi-



one non confociatur, sicut se dixit confociari, eundemq; ait non esse in arca Noe, ac periturum regnante diluio. En, Illyrice, quid tuus testis & noster Hieronymus de cathedra Petri, quam episcopus Rom. tenet, senserit. Quarè si extra domum Christi agnum comedit, & extra arcam Noe est, qui est extra communionem cathedræ Petri, quia cathedra Petri non nisi in domo Christi est: Igitur tu Illyrice cum tuis, testimonio Hieronymi, quem tu contra cathedram Petri testatus es, profanus es: & extra domum Christi agnum, quem putas, comedis: & in diluio es extra arcam Noe: ad quam nisi redeas, perendum tibi sit. Rursus ad eundem Damasum in altera epist. Ariana, inquit, rabies fremit: hinc in tres partes scissa ecclesia ad se rapere me festinat: monachorum circa manentium antiqua in me surgit autoritas, ego interim clamor: Si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Meletius, Vitalis, atq; Paulinus tibi herere se dicunt. & paulò post: Idcirco obtestor beatitudinem tuam, ut mihi literis tuis, apud quem in Syria debetam communicare, significes. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est. Quæso te Illyrice, es ne tu iunctus cathedræ Petri? aut, sunt ne tui, qui ei iuncti sunt? An tu melior aut doctior, quàm Hieronymus? aut dicitis, herere vos episcopo Romano, ut illi heretici fingebant: an potius bellum illi indixistis, & inimicitias apertas cum eo suscepistis? Meliores ergo erant hac parte & prudentiores, quàm vos, Ariani & Meletiani, qui non inimicitias indictas cum episcopo Romano, ut vos, gerebant, sed potius se ei adharere simulabant.

*De successione ordinaria episcoporum in ecclesia Catholica, ex scripturis sanctis, & de necessitate ac utilitate eius: & quales sint ministri Protestantium sine origine, & sine successione: & de ordinatione, à Lutero presbytero tantum instituta, & facta contra testimonium scripturæ ad exemplum audaciæ chorepiscoporum, quos Leo primus accusat, & Basilius.*

CAPVT XL



ED de his hætenus. Pergamus deinceps respondere ad reliqua illius cap. vij. Lipsicæ disputationis Andreae doctoris Theologi. Postquàm enim, ubi esset ecclesia, definiuit, concludit ex illa sua commentitia definitione, intolerabilem errorem esse eorum, qui ipsam, inquit, ecclesiam ad certa loca, & certas personas ordinarię successionis episcoporum alligant: ac contendunt, tantum eos veros episcopos, & ministros ecclesiæ, qui rasi, uncti, & ordinati sunt ab episcopis in ordinaria successione constitutis. Hęc Andreas sine vlllo verbo Dei, sine vlllo argumento, sine vlla ratione, sine vllius autoritate, sed sua tantum, tanquàm alter Pythagoras, conclusit. Doceamus nos modò ex verbo Dei successionem episcoporum in ecclesia relictam, ab Esaia quidem prius prophetatam, postea verò à Christo promissam, deinde à sanctis apostolis ortam, & vsque in hodiernum diem continuatam. Esaia igitur de Christo & ecclesia eius prophetans: Hoc fœdus meum, inquit, cum eis, <sup>Esai. 59.</sup> dicit Dominus: spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quę <sup>Esai. 59.</sup> posui in ore tuo, non recedent de ore tuo; & de ore feminis <sup>Esai. 59.</sup> tui, & de ore feminis feminis tui, dicit Dominus, à modò, & vsque <sup>Esai. 59.</sup> in sempiternum. De Christo & apostolis eius prophetat. Sic quoquẽ Dominus per Moïsem in Deuteron. Prophe- <sup>Deut. 18.</sup> tam, inquit, suscitabo eis de medio fratrum suorum similem <sup>Deut. 18.</sup> tuũ: & ponam verba mea in ore eius. Hęc eadem verba prophetavit Esaia: non recessura de ore eius vsque ad consummationem seculi: quod quidem implendum erat per sanctos apostolos ministros verbi, quibus Dominus dixit: Qui vos <sup>Luc. 10.</sup> audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. & iterum: Ver- <sup>Ioan. 17.</sup> ba, inquit, quę dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt. Vnde Paulus ad Thess. Et idcirco nos, inquit, gratias agimus Deo sine <sup>1. Thess. 2.</sup> intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut <sup>1. Thess. 2.</sup> verè



Heb. 13.

verè est, verbum Dei: qui operatur in vobis, qui credidistis. & in epist. ad Hebr. Mementote, inquit, prapostorū vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei. Vt autem admoneret eos, quanti esset æstimandum verbum apostolicæ prædicationis, & quàm diligenter in memoria habendum & seruandum, subiungit: Iesus Christus heri & hodiè, ipse & in secula. quod perindè est, quasi diceret, Mementote prapostorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quia in ipsis locutus

Esa. 59.

est Christus, & loquetur semper, vt hïc ait Esaïas: Verba, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo: & subiungit, Et de ore seminis tui à modò, & vsq; in sempiternum. Semen enim Christi vocat apostolos, quibus *ἀποστόλοι*, id est, immediatè, locutus est Dominus: & in eis, & per eos locutus est nobis. Hi, inquam, sunt semen Dei, iuxta prophetiam eiusdem Esaïæ, cùm ait ibidè, prophetans de nouo testamento, Et feceris perpetuum feriam eis: & scietur in gentibus semen eorum: & germen eorum, in medio populorum. Deindè subiungit: Omnes, qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Deus. scilicet apostoli sunt semen benedictum, cui benedixit Deus. Sic enim scriptum est in euangelio

Luc. 24.

Lucæ: Et eleuatis manibus suis, benedixit eis. & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis: & ferebatur in celum. Vt autem verba Christi iuxta hanc prophetiam non recederent de ore huius seminis Dei, necessè quidem erat, vt per continuationem successionis eorum hoc fieret: id est, vt verba Christi ab apostolis prædicata, à successoribus eorum ministris verbi vsque ad finem mundi prædicarētur. Ità enim fit, vt iuxta prophetiam non recedant verba de ore seminis Dei, id est, de ore apostolorum: apostolos enim audiunt, qui eorum

Successores apostolorū, semē seminis Dei.

successores audiunt, qui sunt semen seminis Dei. Ad hanc ergò prophetiā pertinet, quod Dominus ait in euangelio. Cùm enim dixisset apostolis post resurrectionem suam, Euntes ergò, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritūs S. docentes seruare eos, quæcunque mandauero vobis,

vobis, subiungit, Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Quomodò enim cum apostolis, qui iam à vita recesserant, adhuc manet vsque ad consummationem seculi, nisi quia viuunt apostoli in suis successoribus? qui enim hos audiunt, apostolos audiunt: & qui apostolos in successoribus audiunt, Christū ipsum in apostolis immediatè locutū audiūt. immò nè sine authore loquamur, citemus Clementem Romanum apostolicū authorem, loci huius interpretem de successione ordinaria episcoporū in locū apostolorum. Is enim in extrema parte libri septimi de Constitutionibus apostolorum, describens & enumerans eos episcopos, quos sancti apostoli, dum viuerent, in parœcijs ordinauerunt, ad extremum subiungit, loquens more suo in persona apostolorum: Hi sunt, quibus parœcia Domini à nobis commissa sunt, quorum doctrinæ memores, seruate nostros sermones: & sit Dominus vobiscum nunc, & in tempora infinita, sicut ipse nobis dixit, cùm esset assumendus ad Deum & patrem suum: Ecce enim ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Haftenus Clemens. Quare si ij, qui ea seruant, quæ ij docuerunt, quos apostoli ordinarunt episcopos, ipsorum apostolorum doctrinam & sermones seruant: & qui horum sermones, quos à Domino audiuerunt, seruant, ipsum Dominum audiunt, & ipsius sermones seruant: ac cum istis ipsis est idem Dominus: & id ipsum futurum est vsque ad consummationem seculi: Ergò ad tradendam & conseruandam Christi doctrinam & sermones eius, necessaria est secundum euangelium ordinaria successio apostolorum, per hanc enim Dominus implet promissionem suam manendi in ecclesia cum apostolis vsque ad consummationem seculi, & promissionem nunquam deponendi verba de ore suo iuxta prophetiam Esaïæ. Per hanc etiam successione voluit Dominus, vt certū haberemus de doctrina eius, quod quidè nō obscurè ipsa rerū & verborū cōsequencia in euangelio declarat. Cū enim dixisset Dominus apostolis suis: Euntes,

Matth. 28.

Quomodò Christus impleat promissionem manendi in ecclesia cū Apostolis vsq; ad consummationem seculi. Quod per successionē vicariæ ordinationis episcoporū voluit Dominus, vt certum haberemus de doctrina eius.



” Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus S. docentes seruare omnia, quæcunque mandauit vobis, quia hoc faciendum erat in omnibus gentibus, & prædicandum euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: & apostoli, vt Paulus de sacerdotibus veteris testamenti dixit, morte prohibebantur permanere, necessè fuit, vt successores haberent, in quibus ipsi apostoli viuerent, & prædicarent, & cum quibus apostolis Dominus semper esset docendo, baptizando, & prædicando per eorum successores: vnde statim subiungit, Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: vobiscum, inquam, sum instituendo, baptizando, & doctrinam mandatorum tradendo. Hæc autem cum non faciat Dominus visibiliter, necessè est, vt per ministros faciat, qui cum sint, vt dixi, mortales: consequens est, vt promittat hic successionem ordinariam vicariæ ordinationis ministrorum, qui sunt episcopi. Vt enim quod dixit apostolis, Qui vos audit, me audit: &c. omnibus præpositis, qui apostolis vicaria ordinatione succedunt, dixit, vt beatus Cyprianus in epistola ad Puppianum ait: Sic etiam quod dixit eisdem apostolis, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, similiter omnibus episcopis, qui apostolis vicaria ordinatione succedunt, dixit. Quare qui habent ministros non succedentes apostolis successionem vicariæ ordinationis, hi Christum non habent, cum ipsis illis ministris manentem vsque ad consummationem seculi, neque de ore suo per eosdem loquentem, neque certum habere possunt de doctrina verbi, quam illi tradunt, quod apostolica sit: quia non possunt per successionem vicariæ ordinationis reuocare eam ad apostolos, & per apostolos ad Christum, per quem, vt apostolus ait, cum initium accepisset enarrari ab ijs, qui audiuerunt, id est, ab apostolis, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & varijs virtutibus, & spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem. Hinc liquet iam, quemadmodum non

Matth. 24.

Heb. 7.

Matth. 28.

Quemadmodum successio vicariæ ordinationis episcoporum, necessitate connexionis concludatur.

Luc. 10.

Quomodo protestantes Christum secum manentem non habeant.

Heb. 2.

non alligamus nos ecclesiam ad certas personas in ordinaria successione constitutas, vt Andreas doctor Theologus dicit: sed potius Christus ecclesiam sponsam suam huiusmodi successione episcoporum vsque ad finem seculi, secum alligauit. Quare non nos iste bellus doctor, sed Christum, quo vult & melior & sapientior esse, accusat, cum istiusmodi alligationem ordinariæ successionis ab eo institutam, & ad oblationem, & custodiam integræ fidei ac doctrinæ necessariam accusat. Rogemus ergo protestantes, qui putant se habere ministros verbi: rogemus, inquam, vt edant origines eorum, quos pro episcopis habent, ex qua apostolica radice orti sunt? à quibus episcopis ordinati? quorum episcoporum sunt successores? Etenim si ad ecclesiam quoque protestantium pertinet, quod Dominus dixit sanctis apostolis, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: id est, si in ecclesia etiam protestantium est Christus semper cum apostolis, qui iam à vita recesserunt, necessè profectò est, vt ministri protestantium successores sint apostolorum: manere enim, vt dixi, semper Christum in ecclesia cum apostolis, qui morte prohibebantur permanere, impleri non poterat, nisi in eorum successoribus, in quibus ij, quibus succedunt, viuere censentur. Rursus si sunt successores apostolorum, necessè est, vt vicaria ordinatione illis succedant: at vicaria ordinatione apostolis episcopis non possunt succedere non episcopi, cuiusmodi sunt ministri protestantium. Si enim rursus rogemus, quem ordinatorem à principio habuerint, neque volunt, neque, si velint, alium dicere possunt, quam Martinum Luterum monachum apostatam, & presbyterum tantum: presbyter autem ordinare presbyterum, aut diaconum, nedum episcopum, non potest. Quomodo enim ordinare queat presbyter, qui, vt Clemens Rom. in 2. libro de Const. apostolor. scribit, potestatem eorum, quæ ad sacerdotalem honorem & gradum pertinent, ab episcopo accipit, vt baptizandi, sacra operandi, benedicendi, & prædicandi? sicut canon apostolorum 39. iubet, vt presbyteri & dia-

Ministri protestantium nullam originem habent.

Ministri protestantium non possunt esse successores Apostolorum.

Luterus presbyter tantum, nec minem ordinare potuit.



diaconi nihil sine voluntate episcopi faciant: Ipsi enim, inquit, concreditus est populus Domini: & ab eo est animarum ratio reposita. Ac rursus idem Clem. in eodem 2. libro: Neque presbyteros, inquit, fas est ordinationes clericorum facere: siquidem non licet ordinem invertere, cum non sit Deus diffusionis: ut inferior ordo & gradus, quod est superioris, per vim sibi vendicet, nouam legem in malum suum refingens. Et Dionysius Arcopag. apostoli Pauli discipulus c. 5. eccl. hierat. Ipsi autem, inquit, ordini hierarchico separatim prater reliquos ordines lex diuina tribuit, ut per seipsum diuina ac iustiora operetur. hec autem sunt, ut idem ait, ordinare ministros ecclesie, & consecrare chrisma, &c. Et B. Hieronymus, quem nobis confessionis obijcere solent ad negandam differentiam episcoporum & presbyterorum, in epistola ad Euarium volens defendere dignitatem presbyterorum contra illos, qui diaconos presbyteris honorabiliores esse aiebant: Quid, inquit, potest episcopus, quod non possit presbyter, excepta ordinatione? Ordinare igitur non potest presbyter, neque cetera facere, que episcopo ratione ordinationis conueniunt: Ea enim omnia Hieronymus excipit, cum ordinationem excipit, que Damascus in epistola 4. ad Chorepiscopos numerat. Sed audiamus Damascum eodem modo differentem contra Luterum, ut contra Chorepiscopos sui temporis differuit. Illi enim, cum presbyteri tantum essent, ea etiam facere audebant, ut Luterus ausus est, que solis episcopis conueniunt: quale est, manus in ordinatione imponere. Nimis ergo, inquit, eorum institutio improba, nimis est praua: quia ut hi de summo sacerdotij ministerio aliquid presument, omni auctoritate caret: & sacris canonibus inuenitur esse contrarium, atque ad totius ecclesie perturbationem superba & superflua tendit elatio: & vacuum est & inane, quicquid in predicto summi sacerdotij egerunt ministerio, quod ipsi iidem sint, qui & presbyteri, sufficere inuenitur, quia ad formam & exemplum lxx. discipulorum inueniuntur prius in-

Quæ Leo Magnus in chorepiscopo. pp. scripsit, quomodo s. Martinus Luterum quærent.

Synodus Neocæs. canon. 14.

stituti. Sed quia, Deo gratias, modò necessarij, sicut in primitiua ecclesia propter studium, quod erga pauperes exigebant, non sunt, & quia illicita presumebant, & quod agebant, actum non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, ecclesiastico fraudabantur & frustrabantur ministerio, ideo tam ab hac sede, quam ab omnibus totius orbis episcopis, a pontificalibus sunt remoti officijs. Hactenus Damascus, de illis Chorepiscopis loquitur, de quibus est canon Synodi Neocæsareen. quæ Nicenam antecessit. Sic enim ait: Chorepiscopi sunt quidem ad formam lxx. tanquam comministri verò propter studium in pauperes offerunt honorati. Hi igitur quia nihil aliud erant, quam presbyteri, cum eligebantur, ut essent Chorepiscopi, orationem tantum cum benedictione adhibebat episcopus, ut est in Synodi Nicenæ canone 54. ex Arabico translato, in quo postquam constituit Synodus, quomodò eligendus esset Chorepiscopus, subiungit: Et debet episcopus recitare super electum orationem consuetam, & benedicere super eum. Meminit etiam in extrema parte huius canonis Synodus Nicenæ de studio huiusmodi Chorepiscoporum erga pauperes, ut ait Synodus Neocæsareen. Sic enim ait Nicenus Canon: Item curet Chorepiscopus, ut in omnino castello & villa sit aliquis, qui colligat prouentus episcopo secundum vires vniuscuiusque loci: & adferantur episcopo: siquidem ad eum pertinet, ut faciat eleemosynas pauperibus & peregrinis, & recreet sacerdotes egentes. Hoc ergo erat exigere Chorepiscopos studium erga pauperes, ut Damascus dixit. Itaque isti quia tantum presbyteri erant, qui in locum lxx. discipulorum successerant, offerre tantum poterant: erant alioqui in maiore honore, quam alij presbyteri non Chorepiscopi, propter munus, cui prepositi erant curadi, ut ex castellis & villis suppeterent episcopo collectæ ad subsidia pauperum. Itaque quia illi non contenti officijs ordinis sui, ad munus episcopi se efferebant, ut Luterus fecit, quasi vnus ex illis tunc Chorepiscopis fuisset, contra illos disputat Damascus,

Canon Nic. Synodi de Chorepiscopis, & eorum officio, & honore.



» & contra Luterum in illis. Nam nō ampliūs, inquit, quā̄m du-  
» os ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est,  
» duodecim apostolorum, & lxx. discipulorum. Vndē iste ter-  
» tius processerit, funditus ignoramus, & quod ratione caret,  
» extirpare necessē est, quōd enim episcopi non sint, qui minū̄s  
» quā̄m à tribus ordinati sunt episcopis, omnibus patet: quoni-  
» am, vt benē nōstis, prohibitum est à sanctis patribus, vt qui ab  
» vno, vel à duobus sunt ordinati episcopis, neq; nominētur epi-  
» scopi. Si nomen nō habent, qualiter officiū habebant? Quali-  
» ter ergō officiū episcopi habuit Luterus, qui nomen episcopi  
» habere non potuit? Quare, quicquid (inquit Damasus) inter  
» episcopos aut de rebus solūmodō ad eos p̄tinētibus egerint,  
» necessē est, vt irritū fiat: quia quod nō habent, dare nō possūt.  
» Irrite igitur sunt oēs ordinationes à Lutero profecta. Quo-  
» modō enim id dare potuit, quōd in sua ordinatione nō habu-  
» it? cū esset, inquam, ordinis presbyterorū, quomodō potuit  
» facere, quod erat ordinis episcoporum? vt qui non erat nisi pre-  
» sbyter, vnus ex successoribus lxx. discipulorum, episcopos fa-  
» ceret successores apostolorum? p̄sertim, inquit Damasus,  
» cū nullus ex lxx. discipulis, quorum speciem isti, antē quā̄m  
» prohiberentur, vt superiūs memoratum est, in ecclesia gere-  
» bant, quicquam de hoc, quod apostolis, eorumq; successori-  
» bus specialiter debebatur, legatur assumpsisse, nec in lege Do-  
» mini, quā̄ Moisi de ijs, quā̄ summis sacerdotibus, id est, Moisi  
» & Aarō erāt specialiter cōcessa, filij Aaron quicquam p̄sum-  
» mebāt. & paulopōst, Sic & modō, quia umbra legis transiit, &  
» lux euangelij in nos Dei gratia manifestē coruscet, de ijs, quā̄  
» in summis sacerdotibus, id est, episcopis sunt, quorū figuram  
» Moises & Aaron tenuerūt, illi qui lxx. discipulorum formam  
» gestant, in quorū typo filij Aaron erant, nihil p̄sumere de-  
» bent, sicut nec illi quicquam de summi sacerdotij ministerio  
» attingebāt. Deindē subiungit. Nā quod Chorepiscopi, anteq̄  
» p̄fato prohiberentur tenore, ad formam lxx. instituti erant,  
» canon sufficienter manifestat, vbi ait: Chorepiscopi quoquē  
» ad

ad formam & exemplum 70. videntur esse &c. Meminit hīc  
Damasus, vt paulō antē dixi, canonis synodi Neocæsar. Simi-  
lis itaque Chorepiscopis istis prohibitis Luterus voluit esse,  
cui non magis conueniebat ordinare presbyteros aut diaconos,  
quā̄m illis Chorepiscopis officium episcoporum: cū  
vtrique essent presbyteri tantūm. etsi hoc illi Chorepiscopi  
Lutero prestabant, quōd prepositi erant curā̄ prouidendi, vt  
essent, qui per castella & pagos ac villas colligerent subsidiari-  
as pecunias, vndē possēt episcopus pauperes, peregrinos, &  
egentes sacerdotes elemosynis subleuare. Luterus verō au-  
thor fuit, vt bona ecclesiarum, vndē pauperes alebantur, in fi-  
scum sacrilegē transferrentur. Est etiam canon synodi Anti-  
ochenā̄ decimus de Chorepiscopis, qui licet tunc à pluribus  
episcopis honoris gratia ordinarentur, quia tamen non tan-  
quā̄m episcopi ad formam apostolorum, sed tāquā̄m presby-  
teri ad formam 70. discipulorum ordinabantur, nihil differe-  
bant ab illis chorepiscopis synodi Neocæsar. & synodi Nice-  
nā̄, qui ab vno tantūm episcopo ordinabantur. idcirco de istis  
quoquē meminit hīc Damasus, cū ait: Nec illud præter-  
cundū nobis videtur, quod alibi in canonibus expressum est:  
» Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur,  
» quāuis manū̄s impositionem episcoporum perceperint, nec  
» ab re dictum perpendo, quāuis manū̄s impositionem episco-  
» porum perceperint, cū episcoporum nomē pluralem in se  
» contineat numerum. Videtur enim mihi, quōd tunc non ab  
» vno, sed à pluribus ordinabantur: quia nullatenus diceret,  
» episcoporum, si ab vno fieret talium ordinatio, cū episco-  
» porum, pluraliter dictum sit. Hęc Damasus. Sed recitemus  
» nos totum Canonem synodi Antiochēne, quem non repræ-  
» hendit, nec improbat Damasus, sed quōd eo chorepiscopi ab-  
» uterentur: lubet enim canon, vt chorepiscopi etsi manū̄s im-  
» positionem episcoporum acceperint, mensuras tamen suas  
» nōrint: & ecclesias sibi subiectas gubernent, ac earum cura  
» contenti sint: Constituantque lectores, hypodiatonos, atque  
» exor-

Luterus in  
ordinatio-  
nibus mini-  
strorū, quas  
fecit, simi-  
lis chorepi-  
scopis illis,  
in quos Leo  
Magnus  
scripsit.

Antioche.  
synodi can-  
de chorepi-  
scopis.



Basilij epi-  
stola de  
chorepi-  
scopis.

» exorcistas: & horum promotione contenti, non audeant pre-  
 » sbyterum, neque diaconum ordinare sine episcopo ciuitatis,  
 » cui subiecti sunt chorepiscopus & villa. Sin autem decreta  
 » ista trāserit, deponatur. Prohibet ergò hæc synodus istialina-  
 » di chorepiscopis, ordinare presbyterum & diaconum, quia  
 » non erant episcopi, sed tantum presbyteri, quibus non con-  
 » uenit, vt manus imponant. Ex epistola quoque beati Basilij  
 » ad chorepiscopos intelligi potest, non fuisse istos episcopos, &  
 » idè non potuisse nisi eos ministros solam constituere, qui  
 » non ordinantur per manus impositionem. Sic enim scribit ad  
 » eos: Quia fines potestatis suæ egrediebantur, magnoperè  
 » angor, quòd patrum nostrorum canones desiti sunt, (Patres  
 » dicit synodi Neocæs. Nicenæ, & Antiochenæ) & omne studiū,  
 » omnisque ecclesiarum cura ciecta est: ac vereor, nè si hæc in-  
 » curia paulatim processerit, in summam perturbationem res  
 » ecclesiasticæ adducantur. Solebat enim ecclesia, idque erat in  
 » more, hypodiaconos suos diligentissimè tentatos, probatosque  
 » recipere. inquirebaturque studiosissimè in eorū vitam, utrum  
 » essent contumeliosi, vinolenti, prompti ad pugnas, & an suam  
 » adolescentiam moderarentur: vt sanctam, puramque vitam,  
 » sine qua nemo Deum vidit, degere possint. inquirebatur, in-  
 » quam, à presbyteris, & diaconis conuictoribus: facta autem  
 » inquisitione, referebant ad chorepiscopos, qui auditis dicentis  
 » testium veracium, deindè admonito episcopo, hypodiaconos  
 » numero ecclesiasticorum asseribebant. Nunc verò nobis sub-  
 » motis, neque relato ad nos, primùm, totū ius & auctoritatem  
 » vobis sumpsistis. Deindè subeunte huius negocij negligentia,  
 » permisistis presbyteris & diaconis, quocumque vellent, & vt  
 » cuiusque libido ferret, scilicet vel ob generis propinquitatē,  
 » aut aliam necessitudinem, de quorum vita nulla fuisset habita  
 » quæstio, in ecclesiam inducere alioqui indignos: ex quo fa-  
 » ctum est, vt multi hypodiaconi per singulos pagos facti sint:  
 » nullus verò dignus, qui aræ Christi ministret, vt ipsi testes  
 » estis. Hæc Basil. En, vndè perturbationem rerum ecclesia-  
 » sticarum

sticarum metuebat, non quidem quòd chorepiscopi, qui  
 erant alioqui presbyteri tantum, presbyteros ordinarent. im-  
 mò neque diaconos ordinabant, sed quòd hypodiaconos, qui  
 manus impositionem, teste synodo Carthagin. quarta, non ac-  
 cipiunt, per pagos & castella prius eligerent, quàm de eorum  
 vita & moribus ad episcopum referrent. Quid igitur, si pre-  
 sbyteros? quid si episcopos ordinare ausi fuissent? vt ausus est  
 Martinus Luterus? quam perturbationem rerum ecclesia-  
 sticarum, non dico, metuisset futuram, sed vidisset præsentem?  
 qua quidem cogitari maior non potest. quid enim perturba-  
 tius fingi animo, quàm numerare ministros ecclesiæ, qui non  
 sint, sed sint meri laici? & ecclesiam putare ouile sine pasto-  
 re? Si igitur chorepiscopi illi, quantum manus impositionem  
 plurium episcoporum haberent, quod (vt dixi) honoris, &  
 non ordinationis, gratia fiebat, quia tamen erant vt presby-  
 teri ad formam 70. discipulorum consecrati, non autem vt  
 episcopi ad formam apostolorum, idcirco nec ordinare pre-  
 sbyteros, neque diaconos poterant: immò quia extra pote-  
 statis & muneris sui terminos elati, quæ erant episcoporum,  
 facere audebant, iure ac merito prohibiti fuerint, nè am-  
 pliùs essent: quomodo, aut quo iure Luterus presbyter tan-  
 tum, vt illi, ausus est sibi sumere, quod episcopo conueni-  
 ebat, id est, ordinare presbyteros? immò quod pluribus  
 episcopis, id est, ordinare episcopos? superintendentes  
 enim, quos magnis ciuitatibus Luterus præficiebat, episco-  
 pos putabat. Vacuum ergò & inane est, vt de chorepiscopis  
 illis ait Damasus, quicquid in summi sacerdotij ministerio  
 egit. quia nihil, inquit, potest esse, nisi habeat vndè sit: & si non  
 habet vndè sit, aut vndè originem ducat, nec auctoritatem  
 habet: neque stare ritè poterit, quia inane est. Immo ipse  
 Luterus, quia episcopus non erat, & sicut de Chorepiscopis  
 illis ait Damasus, plus quàm presbyter esse voluit, dum plus  
 quàm 70. discipuli fecissent, ausus est, tertij ordinis se fecit, id est,  
 nullius:

Major licen-  
 tia, & audacia Luteri  
 in ordinan-  
 do, quàm il-  
 lorū chore-  
 piscoporū,  
 id est, pre-  
 sbyterorū,  
 quos Basili-  
 us accusat.

Quomodo  
fecit Lute-  
rus, ut ter-  
tij ordinis a-  
se facti es-  
set, quia epi-  
scopus non  
fuit: & plus  
quam pre-  
sbyter esse  
voluit.

Testimoniū  
scripturæ,  
non fuisse  
Luterū epi-  
scopum, ac  
proinde or-  
dinare pre-  
sbyteros  
nō potuisse.

1. Tim. 5.

Ibidem.

1. Tim. 3.

nullius: cum non sint, ut ait idem Damasus, nisi duo ordines primi, id est, sacerdotum in ecclesia, apostolorum, & 70. discipulorum, id est, eorum, qui a apostolis succedunt, qui sunt episcopi: & eorum, qui 70. discipulis, qui sunt presbyteri. Ad hec igitur, quibus Damasus ut chorepiscopos illos redarguit, quibus se similem Luterus fecit, sic quoque Luterum redarguit, respondeant confessionistæ & protestantes omnes, aut si respondere non possunt, ut scimus non posse: dicamus eis, quod illis chorepiscopis Damasus, digitum ori imponite: & ordinationes, quas Luterus introduxit, vacuas & inanes esse, omnique autoritate carere, nē dubitate. Postremò habemus scripturæ sancte manifestum testimonium, non fuisse Luterum episcopum. Episcopus enim ordinandus est secundum scripturam, sicut est Timotheus à Paulo ordinatus, cum impositione manuum presbyterij: Non enim dixit, presbyteri, nē existimeretur ordinationi episcopi sufficere vnus episcopus, qui presbyter nomine communi dicatur: Sed dixit, presbyterij, quod plures presbyteros significat, id est, plures episcopos. non enim à pluribus presbyteris ordinatur episcopus, qui presbyteros indicat, sicut Paulus docet, cum Timotheo præcipit, ut aduersus presbyterum accusationem nē recipiat, nisi sub duobus aut tribus testibus: Cum enim presbyterum dixit, minores sacerdotes intellexit, id est, sacerdotes infra episcopum, de quibus proximè dixerat: Qui benè præ sunt presbyteri, duplici honore digni sunt: digni, inquam, ut mercedem suam accipiant, vnde vivant: & ut meliorem gradum acquirant: ex bonis enim presbyteris fiunt episcopi. Sicut diaconi, si benè ministraverint, bonum gradū, ait idem apostolus, sibi acquirunt: quia scilicet ex bonis diaconis fiunt presbyteri. Sunt igitur isti presbyteri minores episcopo: à minoribus verò non ordinatur maior. Restat ergò, ut hoc verbum plures episcopos necessariò significet hoc loco, à tribus enim ordinatur episcopus, at Luterus ab vno tantum episcopo ordinatus fuit, ut omnes presbyteri ordinari solent: quare non episcopus, sed pres

presbyter ordinatus fuit: ac proinde ordinare ipse alios non potuit: ut ordinavit Nicolaum Amstorsium anno 1541. episcopum Numburgensem, & Ioannem Pomeranum monachum apostatam amicissimum, Vuittembergensem superintendentem. Huiusmodi ministros, quandiu vixit, vbicunque potuit, ordinavit. & cū esset Illebiæ paucis diebus ante mortem, duos ad ecclesiæ ministerium ordinasse, scribunt Iustus Ionas & Michael Cælius in libello de narratione mortis eius, cui interfuerunt.

*De controuersia Iudeorum cum Samaritanis de templo, à Ptolemæo rege iudicata ex successione Pontificum veteris legis: item de successione ordinaria Pontificum Romanorum, à quibus antiquis Patribus citata sit protestatio Apostolica traditionis contra hæreticos: & de successione schismatica episcoporum à Donatistis affectata, & de malis insequi solitis, intermissa successione legitima episcoporum, à Sidonio Apollinare notatis.*

CAPVT XII.

**S**ED reuertamur ad ordinariam successionem episcoporum, doceamusque, quantum ponderis & autoritatis habeat ad probandum verum sacerdotium, ac veram ecclesiam, nō solum apud eos, qui scripturis sanctis credunt, sed etiam apud eos, qui sepositis scripturis, vim aliquam ingenij & iudicij habent. quod quidem intelligi potest ex iudicio Ptolemæi regis Aegypti. Interpretabor ad verbum, quæ Iosephus in Iudaic. antiq. lib. 13. cap. 6. scripsit: Inter Iudeos, inquit, & Samaritanos, qui templum in Garizin adificatum colebant, orta est temporibus Alexandri dissensio: ac de templis Hierosolymitano, & Garizino, coram Ptolemæo disceptabant. Aiebant Iudæi, adificationem templi Hierosolymitani ex lege Moisis esse: contra verò Samaritani, adificationem templi Garizini. Rogauerunt vtrique Ptolemæum regem, ut vnâ cum amicis suis, eorum de hac causa

Iosephus.

Controuer-  
sia Iudeorū  
cum Sama-  
ritanis de  
templo, &



sacerdotio ex successione pontificum dijudicata.

Demostratio templi Mosaicum ex successione Pontificum veteris test.

Quomodo Confessione niste Samaritani.

causa rationes, ut iudex, audiret: eosque qui causa caderent, morte mularet. Causam Samaritanorum dixerunt Sabbasus & Theodosius: Hierosolymitanorum ac Iudaeorum, Andronicus filius Messalana. Iuraverunt per Deum & regem, conclusuros se rationes ex lege: obsecraveruntque regem, ut quem in periurio deprehenderet, necaret. Et paulo post, Cum Sabbasus, inquit, & Theodosius Andronico, ut priore loco causam peroraret, permisissent, exorsus est rem demonstrare ex lege, & successione pontificum, quemadmodum unusquisque eorum patri in pontificatu successisset, ac templo praefuisset: omnesque Asiae reges templum splendidissimis muneribus ac donis magnificis honorassent: templi vero in Garizin aedificati nullam rationem, neque curam habuissent. His rationibus, multisque alijs huiusmodi persuasit regi, ut iudicaret, aedificatum esse templum Hierosolymitanum ex lege: Sabbasum vero & Theodosium, capite plectendos. Haec tenens Iosephus. Confessionis igitur sunt Samaritani, quia iuxta interpretationem verbi, confessionem laudabilem, quam patres & maiores eorum semper ab initio Christianae suae religionis confessi fuerant tanquam spirituales Iudaei, (Iudas enim laudem, & confessionem significat) in faciem Augustinae confessionis mutarunt: (Samaria enim fecem significat) & istam confessionem profitentur in ecclesia, quam in monte Garizin aedificarunt, id est, in superbia eius, qui eos primum a radice matris ecclesiae abscidit, qui fuit Martinus Lutherus istorum Garizin iuxta interpretationem verbi. Garizin enim scissorem significat. Ergo sicut ille Andronicus ex veteri lege, sic nos ex lege novi testamenti, & ex prophetijs ad evangelium pertinentibus, atque ex successione ordinarijs episcoporum, quae nobis traditae sunt, rationes nostras concludimus: & clare demonstramus, tenere nos sacerdotium, quod a Christo institutum est, & ab omnibus regibus & imperatoribus Christianis summa religione cultum, & magnificentissime honoratum: quod a beato Petro principe apo-

stolo-

stolorum, tanquam a capite ordinis sacerdotalis, ac summo pontifice cepit exordium: cuius successores usque in hodiernum diem, nominatim in sede Romanae ecclesiae numeramus: Vos vero novos Samaritanos, aliud templum, & ecclesiam, ac aliud sacerdotium contra legem evangelij aedificasse. Sed conferamus nunc inter se successiones illorum pontificum veteris testamenti, & nostrorum novi, ut intelligant omnes, quanto sit haec nostra, quam illa, manifestior, ut si illorum successio apud regem alienae alioqui religionis, propter vim tamen veritatis, quam illi ratio suasit, tantum valuit, ut illorum esse sacerdotium iudicaret, apud quos erat sacerdotum successio: multo magis nostrorum successio pontificum apud eos, qui scripturis credunt, valere debeat ad suadendum eis, si quid rationis reliquum est, apud nos esse sacerdotium, qui successores in sacerdotio ab exordio eius numeramus. Igitur quia scriptum erat in lege, ut Aaron & filij eius ex serie successione pontificatum gererent, id est, sacerdotio ac templo praesent, non potuerunt iudices illi dubitare, quin ibi esset templum & sacerdotium, ubi ipsa illa pontificum successio esset. successioni enim testimonium perhibebat scriptura Paralipomenon, quae successiones pontificum secundum seriem filiorum ex patribus describit ab Aaron usque ad Azariam pontificem, qui primus, inquit, praefuit sacerdotio in templo Salomonis. Sequitur deinceps series pontificum ab Azaria usque ad Iosedec: Porro autem, inquit, Iosedec egressus est, quando transfudit Dominus Iudam & Hierusalem per manus Nabuchodonosor. Quandiu enim fuerunt in captivitate, ut templum & altare non habebant Hebraei, ita neque sacerdotium. post reditum vero successit Iosedeco filius eius Iesus, qui reuersus est cum duce Zorobabele. post quem reditum Babylone, Tribus Leui & Iuda, quae sola ex Perside in Palaestinam redierunt, matrimonia iunxerunt: sicut a principio primus pontifex Aaron, statim filiam

Sacerdotium Leuiticum olim a Iudaeis contra Samaritanos, ex successione pontificum probatum. 1. Par. 6.

Exo. 6.

P 2

Amina-



Exod. 6.

2. Par. 22.  
Tribus Ioseph quare  
in duas diuisa.  
Iof. 14.

Tribus Iuda & Leui  
communi-  
one matri-  
moniorum  
iuncta.

Post reditū  
Babylonie  
regni cum  
sacerdotio  
copulati.

Aminadab ex tribu Iuda duxit uxorem, ut postea Ioda pontifex filiam regis Ioram. ut sicut vna tribus Ioseph in duas distributa est, quia, ut ait S. Theophanes episcopus Nicee in Symphonia veteris & noui testamenti, oriundi ex Ephraim & Manasse, non habebant matrimonia communia, sic rursus, ait idem, Tribus Iuda & Leui propter communionem matrimonij iuncta fuerunt. quod quidem factum est ratione quadam diuina ac mystica, quia scilicet Saluator noster regnum in se cum vero sacerdotio coniunxit idem rex & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui fuit item simul rex & sacerdos. vnde regalis tribus cum sacerdotali copulata est, ut esset typus ac symbolum regni ac sacerdotij Christi. Ita factum est, ut post reditum ex captiuitate, sacerdotium cum regno copulatum esset: ijdem enim erant reges sive duces Hebræorum, & pontifices maximi, ut Eusebius quoque in annalibus author est, & ut ex libris Maccabæorum perspicui potest. neque solum hæc euenerunt, ut sacerdotium Aaron tot annis in captiuitate vacaret, & post reuersionem cum munere & dignitate regis commiseretur, sed etiam ut aliquando post reditum interromperetur, & rursus postea continuaretur, ut cum mortuo Heli pontifice, Samuel successit, ut beatus Augustinus libro 17. cap. 5. de ciuitate Dei, sensit. Cum enim prophetiam de sacerdotio Heli mutando explanat, non est, inquit, ut dicatur, istam prophetiam, in qua veteris sacerdotij tanta manifestatione prænunciata mutatio est, in Samuele fuisse completam. quanquam enim non esset de alia tribu Samuel, quam quæ constituta fuerat à Domino, ut seruiret altari: tamen non erat de filijs Aaron, cuius progenies fuerat deputata, ut inde fierent sacerdotes. ac per hoc in ea quoque re gesta, eadem mutatio, quæ per Christum lesum futura erat, adumbrata est: & ad vetus testamentum proprie, figuratè verò pertinebat ad nouum prophetia tam facta etiam ipso, quam verbo, id scilicet facta significans, quod verbo ad Heli sacerdotem dictum est per prophetam.

prophetam. nam fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron, sicut Sadoc & Abiathar, regnate David, & alij deinceps. Hactenus Augustinus. Si igitur successio in veteri sacerdotio, quauis aliquando 70. annis Babylonicæ captiuitatis vacua fuisset, postea cum duplici tribu Iudæ & Leui confusa, & aliquando etiam interrupta, nihilominus tamen ex illa iudicatum est conuinci, ibi sacerdotium & templum esse, ubi ipsa illa successio fuerat: quomodo non magis in principatu sacerdotij ecclesiæ catholice idem conuinci iudicabitur ex successione pontificum, quæ nunquam vacauit, nisi ut plurimum, paucis diebus aut mensibus, dum successor eligebatur? quæ nunquam cum regno confusa fuit? quæ nunquam intermissa, aut interrupta? idcirco grauissimi & antiquissimi patres, ac magnæ in ecclesia Dei authoritatis, eam semper nouatoribus hæreticis ad defendendum ecclesiam & apostolicas traditiones, obijciendam esse putauerunt. Hinc Irenæus: Sed quoniam valde, inquit, longum est, in hoc volumine omnium ecclesiarum numerare successiones, maxime & antiquissimæ, & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ ecclesiæ eam, quam habet ab apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem per successiones episcoporum peruenientem vsq; ad nos iudicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiam (Romanam dicit) propter potentiorum principatum necessè est omnium conuenire ecclesiam, hoc est, eos, qui sunt vndiq; fideles: in qua semper ab ijs, qui sunt vndiq; confirmata est ea, quæ ab apostolis traditio est. Deinde dicit, tradidisse apostolos B. Petro successore Linum, Lino Anacletum, Anacleto Clementem, Clementi successorem Euaristum, Euaristo Alexandrum, & alios deinceps ordine vsq; ad duodecimum ætatis sue pontificem Eleutherium. Nihil autem refert, nè quis istorum, ut solent, cauilletur, quod

Quantam vim habeat ad probandum verum sacerdotiū & veram ecclesiam successio pontificum Romanorum.

Qui veteres & sancti patres testimonio successionis ordinariæ pontificum Romanorum aduersus hæreticos vsi fuerint.

Irenæus.



non semper inter omnes conueniat de ordine & numero successorum. Siue enim hic pontifex prior loco, siue posteriore succedat, siue vnus aliquis vel per negligentiam, vel ignorantiam prætermittitur sit, semper series continuationis constat. Subiungit deindè Irinæus: hac ordinatione & successione, ea, quæ est ab apostolis in ecclesia traditio, & veritatis prædicatio peruenit vsque ad nos: & est plenissima hæc ostensio, vnã & eandem viuificatricem fidem esse, quæ in ecclesia ab apostolis vsque nunc sit conseruata, & tradita in veritate. Hactenus Irinæus. Si hæc ostensio, quæ ex serie continuata episcoporum ecclesiæ Romanæ, beati Petri successorum, constat, est plenissima ostensio, vt Irinæus ait, hanc esse viuificatricem fidem, quæ in ecclesia Romana ab apostolis tradita, & conseruata est: ergò est plenissima quoquè ostensio, hanc esse veram ecclesiam, & in ea esse verum sacerdotium, ita vt qui eius ecclesiæ communionem non teneat, extra ecclesiam necessariò sit: & qui eius sacerdotium non habent, nullum habeant, vt Lutherani protestantes omnes. Item Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmenianum episcopum ex Donatistis, qui ecclesiam sibi vendicabant, de eadem successione ordinaria episcoporum Rom. Videndum est, inquit, quæ, & ubi prior cathedra sederit. Si ignoras, discere si nõsti, erubescere. ignorantia tibi ascribi non potest, restat ergò, vt nõueris. scientem errare, peccatum est. nam ignorantibus nonnunquam solet ignosci. Subiungit deindè contra Parmenianum scientem Optatus: Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium apostolorum caput Petrus. vnde & Cephæ appellatus est. Interpretatus est, vt hoc obiter contra temerarios & imperitos reprehensores caueatur, non Cephæ Syriacum, quod non ignorat Petrum significare, quicumque euangelium Ioannis legit, sed Cephæ ἐπιφανὴς ὄμιλον, id est, è Greco verbo κεφαλῆς ductum: sicut Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus, in sermone 2. de pascha, pascha, quod non

Optatus Mileuitanus.

Ioan. 1.

non ignorabat esse Hebraicum, tanquàm è Greco πῖσχυς ductum, interpretatus est, esse τοῦ σωτηρίου πῶτος ὄνομα, id est, esse nomen passionis salutaris. Sed de hoc plura aduersus Centuriatores libro 2. defensionis epistolarum. Subiungit postea Optatus: In qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruetur: nè ceteri apostoli singulas sibi quisque defenderent. vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergò in cathedra vnica, quæ est prima de doctoribus, sedet prior Petrus, cui successit Linus, Linus Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus: & deinceps ordine vsque ad Damasi successorem Syricium sui temporis trigessimum octauum pontificem, qui hodiè, inquit, noster est socius: cum quo nobis totus orbis, commercio formatarum, in vna communionis societate concordat. Vestra cathedra vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vendicare. Tecum ergò reputa Andrea, hoc ipsum vestris quoquè protestantibus ab Optato dictum: vos vestra cathedra originem reddite. aliam certè originem reddere non potestis, quàm ex Martino Lutero protoplasto vestro. Si episcopi successione nostre Romanæ vobis displicebant, cur saltem episcoporum, quos Maiores vestri habuerunt, successiones non seruastis? Dicã enim cū Optato, quid vos offenderat Deus, vt sacramentũ eius relinqueretis? immò vt sacramentum eius in ludibriũ & fictionem mutaretis? Si nos insectari voluistis, & nostri odio ordinationes à nostris episcopis non vultis, quare ab episcopis illis vestris, qui iã mortui sunt, ordinationes antiquæ & apostolicæ originis nõ retinuistis? Quid sancti apostoli in vos peccarunt? quid spiritus sanctus, qui per illorum successores dari voluit ordinatis? Si ita coniurastis, vt quæ nos tenemus, vos non teneatis: meritò mirer, quòd baptismum non mutastis. Certè acutiores fuerunt Donatistæ, qui cum intelligerent, quanta authoritas & lux originis in successione esset, & ecclesiam sine episcopo esse non posse, episcopum miserunt Romam, qui, quos posset, ibi colligeret, qui,

Martinus Luterus protoplastus protestantium.

Donatistæ acutiores quàm protestantes, qui, quanta authoritas in successione ordinaria episcoporum esset, intelligebant.



qui, ut idem Optatus libro 2. contra Parmenianum scribit, quandam speluncam extra ciuitatem gradibus sepeferunt, ubi ipso tempore conuenticulum habere potuissent, vnde Montenses, inquit, appellati sunt. Eosdem B. Augustinus Montenses, siue Rupipitas à rupe vocare solet. hi igitur successores suos Romæ numerabant, Luciano successisse Claudianum, Lucianum Macrobio, Macrobiū Encolpio, Encolpium Bonifacio, Bonifaciū Victori, qui fuit primus Romam à Donatistis missus, ramus erroris, ut Optatus ait, protentus de mendacio, non de radice veritatis. Si enim, inquit, Victori diceretur, ubi sederit, non ante se aliquem illic fuisse monstraret: neque cathedram aliquam nisi pestilentia ostenderet. Et paulo ante de eodem Victore, Erat, inquit, ibi, Romæ scilicet, filius sine patre, tiro sine principe, discipulus sine magistro, sequens sine antecedente. Si igitur illi pauci Africani Donatistæ, qui Romæ erant, quanuis Victorem haberent episcopum, erant tamen filij sine patre, discipuli sine magistro, tirones sine principe, sequentes sine antecedente, quia non erat Victor successor episcopi ibi ordinati, nec ipse erat ibi ordinatus: quanto magis apud vos, vestrosque protestantes, filij sine patre sunt, & discipuli sine magistro, qui nullum episcopum ordinatum habent? Curabant illi quidem Donatistæ, qui de successoribus episcoporum, & hæredibus schismaticis gloriabantur, sed multo magis vos, qui episcopos mutastis in laicos, & sacramentum Dei in commentum profanum, & sacram manus impositionem in secularem. Præterea etiam quanta de apostolica traditione veræ doctrinæ, & de ecclesia Catholica attestatio insit in ordinaria successione episcoporum, testis quod est B. Augustinus, ut in ore duorum vel trium steterit omne verbum, sic enim scripsit in epist. 165. ad Generosum, Si enim, inquit, ordo episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius, & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait, Super hanc petram ædificabo ecclesiā meā: & portæ inferi nō vincent eam.

Donatistæ  
de success.  
foribus  
episcopo-  
rum glori-  
abantur.

Augustinus

Matth. 16.

eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, numerat reliquos deinceps ordine vsque ad Anastasiū Syriaci successorem, & subiungit, In hoc ordine successionis nullus Donatista episcopus inuenitur. sed ex transuerso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis præsidens Afris in vrbe Roma, Montensiū, vel Rupipitariū vocabulū propagauit. Denique quantum valeat continuata series successorū ad attestandā & dignoscendā verā originē sacerdotij, credāt saltem euangelio protestantes: in quo, ut certum esset de ortu Christi ex stirpe David secundum promissionem & vaticinia prophetarū, seriē progenitorū eius duo euangelistæ, alter descendendo, alter ascendendo, descripserūt. Sic etiā, ut de sacerdotio & principatu eius certū habeamus, nō potest manifestius indicium esse, quā successio episcoporum ab ipsa vsque origine, & ortu, ac natali quodā, vnde coepit sacerdotium, id est, à B. Petro principe apostolorū, & ecclesiæ Catholice sumptum per eum ædificatā petra. Quare sacerdotiū, quod ab illo non trahit originē, non est sacerdotiū: & ecclesia, quæ ecclesiæ illius non adhæret, schismatica est: aut prorsus nulla est, ut protestantiū ecclesia, quæ quia episcopum nullum habet, ne nomen quidem ecclesiæ habere potest. Sed ut hunc locum de successione ordinaria episcoporum, quæ sola ordinationes protestantium & eorum dogmata coarguit, & nullam habere eos ecclesiā conuincit, tandem finiam, recitabo hic, quo Sidonius Apolinaris ante annos amplius mille, scripsit euenisse Gallia suo tempore extincta episcoporum successione. Idem enim malum Luterus Germaniæ attulit, & protestantes sibi accersuerunt, quod Euarix tyrannus rex Gotthorū, Gallia per vim intulit. Sic igitur lib. vj. epistolarum ad Basiliū episcopū scripsit: Propter quod discite Catholici status valetudinē ocularam, & apertā festinetis adhibere medicinā, Burdegalla, Petrogorij, Ruteni, Lemonices, Gabalitari, Helufani, Vasates, Comenæ, Auscenses, multoque iam maior numerus ciuitatum, summis sacerdotibus piorum morte truncatis, nec ullis deinceps episco-

Matth. 1.  
Luc. 7.

Non posse  
esse mani-  
festius indi-  
cium veri  
sacerdotij,  
ac veræ ec-  
clesiæ, quā  
successione  
legitimam  
episcopo-  
rum.

Sidonius  
Apolinaris.

Quā ma-  
la insequi  
soleant ex-  
tineta epi-  
scoporum  
successione.



episcopis in defunctorum officia succeditis, per quos utique minorum ordinum ministeria surrogabatur, latum spiritualis ruinae limitem traxit: quem ferè constat sic per singulos dies morientium patrum proficere defectu, ut non solum quoslibet hereticos presentium, verum etiam heresiarchas priorum temporum potuerunt inflectere: ita populos excessu pontificum orbatos, tristes intercessu fidei desperatio premit, nulla inde salutis cura dioecesibus, parochijsq;. Videas in ecclesijs, aut putres culminum lapsus, aut valuarum cardinibus auulsis, basilicarum aditus hispidarum veprium fruticibus obstructos, ipsa, proh dolor, videas armenta non modo semipaten- tibus iacere vestibulis, sed etiam herbosa viridantium altari- um latera depasci. Sed iam neq; per rusticas solum solitudo parochias: ipsa insuper vrbanae ecclesiarum conuenticu- la rareseunt. Quid enim fidelibus solatij superest, quando cle- ricalis non modo disciplina, verum etiam memoria perit? Equi- dem cum clericus quisq; defungitur, si benedictione succi- dua non accipiat dignitatis heredem, in illa ecclesia sacerdo- tium moritur, non sacerdos. atque ita quid spei restare pro- nuncies, vbi facit terminus hominis, finem religionis? Altius inspicite spiritualium membrorum damna. Profecto intelli- getis, quanti surripiuntur episcopi, tantorum nobis populo- rum fidem periclitaturam. Hec Sidonius, quæ eo libentius re- citavi, quod in vos & tyrannum vestrum nouum Euarigem, & in ecclesias à vobis deuastatas, & squalore ac situ fœdas, mirifice quadrant. Ruinam enim religionis Germaniæ, & cau- sam ruinae iam tunc depinxisse, & ob oculos posuisse hic auctori- visus est, qui desperationem fidei intercessu esse dicit, vbi inter- cisa est, episcoporum successio. Tu Andrea, qua ætate sis, nes- cio: fortassis ea es, ut nullum episcopum in ciuitate tua vi- deris, neq; quis cultus & decor ecclesiarum esset ante vastita- tem earum à Lutero illatam. Dicam igitur cum Aggeò pro- pheta: Quis ex vobis est derelictus, qui vidit domum Dei in gloria sua prima? & quid videtis hanc nunc? nunquid non iam est

In: eritur  
Successionis  
episcoporum.  
Interitus  
sacerdoti.

Desperatio.  
nem esse fi-  
dei interci-  
sæ, vbi sit  
intercisa  
successio  
episcoporum.

Agg. 2.

est, quasi non sit in oculis vestris? Dicit ergo potest de domo Dei apud vos, quod de Christo, qui in ea tabernaculum suum posuerat, Esaias prophetauit, inquit: Non est species ei, neque decor. & vidimus eum, & non erat ad spectus: & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum: & quasi absconditus vultus eius. Eiusmodi sunt nunc loca, quæ ante Lutherum fuerat Deo sacrata, ut magis stabula, sicut audio, quam templa videantur: magis gurgustia, quam edes sacræ. Postremo, nè ecclesiam Romanam, quam vos exagitatis, hanc de successione episcoporum disciplinam tenere, & profiteri so- lam existimetis, eandem tenent & profitentur ecclesiæ Græcorum, quæ nostram alioqui ecclesiam insectantur: & quas tu quoq; Andrea, in libello tuo de capitibus disputationis Lipsicæ contra nos testaris, tamen contra te potius & contra tuos, quam contra nos, ut loco suo docebo, eas testaris. Sic igitur Simcon Thessalonienf. libro 4. de mysterijs ecclesiæ, Dionysium Ateopagitam, qui idem dicit, secutus, Sine episco- po, inquit, nec altare, nec ordinatio, neq; chrisma, neq; bap- tismus, deniq; neq; Christianus consistit. per eum enim est vera Christianitas, & omnia Christi mysteria per ipsum, merito itaq; vnguntur, qui ordinantur visibiliter, quia nihil materiale operantur, sed omnia spiritualia: & quia vero chrismati appropinquaerunt, quod est Iesus Christus, cuius nomen vnguentum effusum. Deinde subiungit: εκ τῶν δεικνόντων οὐκ ἐκείνων χριστῶν, καὶ τοῦ σώματος λαβόντες τὴν εὐλογίαν, καὶ ἐμπνευσιν, καὶ τὴν χριστονομίαν, καὶ χάριν διὰ τῶν ἐξ ἐκείνων ἀγιοσβιτώντων κατὰ διαδοχὴν τὴν χάριν οἱ ἱερωμένοι λαμβάνου- μεν καὶ πηγὴν ἡμῶν τῆς χάριτος ὁ χριστός, ὅς ἐστι καὶ ἐνεργεῖ τὰ πάντα ἐν πάντι. Ex illis igitur, inquit, diuinis manibus & ore accepta benedi- ctione, & adspiratione, & ordinatione, ac gratia per ea, quæ ab illo sanctificata sunt, secundum successionem, gratiam, qui consecrati sumus, accipimus. atqui fons gratiæ no- stræ Christus est, qui operatur omnia in omni- bus. Haftenus ille.

Esai. 53.

Q 2

FRAN-



124 FRANCISCI TVR-  
RIANI, SOCIETATIS IESV,  
ADVERSUS PROTESTANTES DE  
IVRE ORDINANDI MINISTROS  
ECCLESIAE,

LIBER SECVNDVS.



Actenùs responsum est, Reuerendissime Domine Ioannes Egilolphe, ad caput septimum disputationis Andreae, Lipsicae academiae doctoris, in quo ille non quidem, quã vim haberet vera ecclesia, quod scire noluit, sed in quo loco esset ea, quam putabat, cæcus cæcis indicare máluit. Nobis verò demonstratum est superiore libro, quæ sit ecclesia, & ubi, & de vnitatis ecclesie Catholice origine, quæ est Petrus, cuius est prima cathedra, in qua episcopus Rom. sedet, & quemadmodum necesse est, secundum Dei verbum adherere ei omnes ecclesias, quæcunque sunt partes ecclesie vniuersae Catholice. Deinde confutata est, & conuicta impugnatio huius primæ cathedrae ab Heluetijs ministris, Philippo & Illyrico casto conatu tentata, postremò, quia aiebat Andreas, intolerabilem errorem esse, alligare ecclesiam ad ordinariam successionem episcoporum, tametsi probare non est aggressus, quia nullam viam aut rationem probandi reperit, nos illam ipsam successionem patefecimus, & testimonijs scripturarum explicauimus ac muniuimus, & quàm illustre & necessarium iudicium veri sacerdotij ea esset, planum fecimus. Hoc secundo libro ad caput xiiij. Lipsicae disputationis de iure vocandi & ordinandi ministros ecclesie, & ad reliqua decem incèps capita respondendum est. Vt enim Ieroboam rationem cultus & genus religionis mutauit, dixit enim in corde suo, si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo Domini,

3. Reg. 17.

Domini, conuertetur cor populi huius ad dominum Roboam regem Iuda. interficientque me, & reuertentur ad eum: sic Martinus Luterus nouus Ieroboam iuxta interpretationem verbi, quod scissorem declarat, vt tradunt, qui Hebraica calent, dum metuit, nè, quos ab ecclesia catholica absciderat, & in haresim suam abstraxerat, si quando se ab ecclesia auulsos intelligerent, ad eam, tanquam ad matris vbera reuerterentur, persuasit Germanis suis, quibuscunque potuit, apud Protestantes haresis suæ consortes, ecclesiam veram esse, & in ea euangelium purum prædicari, quod antea quasi obscuratum & deprauatum, sub scamno & puluere, vt Luterus aiebat, latuisset. Mutarunt itaque formas administrandi sacramenta, & ceremonias, & ecclesiasticas cantilenas, quo studiosius populum diuiderent. Qui tametsi non possunt omnia sacramenta negare, vel Missam, baptismum, & orationem, tamen vt Conradus Clingius Fræscianus natione Germanus, qui multum, diuque & præclare cum eis pro fide catholica decertauit, testatur, sic coram populo loquuntur: Missa, baptismus, oratio, &c. vera sunt, si ad nostrum morem & formam celebrentur, & conferantur. nostræ ceremoniæ, & sacramenta, & Missa, & oratio rectæ sunt, non autem Papistrarum. omnia enim ex eo pendunt protestantes, vt quàm maximè caueant, nè quicquã, vt idem author ait, obseruet, quod sub Papatu, vt illi loquuntur, habetur, nè cum illis concordare videantur. Hinc igitur factum est, vt ministros ecclesie mutarent, & nouum genus ordinationis & ministrorum fingerent: sicut idem Hieroboam finxit. Fecit, inquit, sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui, siue, vt clariùs adhuc 70. interpretati sunt, fecit, inquit, sacerdotes partem quandam populi, qui non erant de filiis Leui, id est, fecit, vt laici sacerdotali ministerio fungerentur. Cuiusmodi fuerant Rubenita illi, & alij ducenti quinquaginta proceres synagoga, & Saul, Ozas, Ozias, qui erant omnium impiam temeritatem seuerissimis poenarum modis ultus est Deus, neque tamen isti eos imitari verentur: vt

3. Reg. 17.

Num. 16.  
1. Reg. 7.  
2. Reg. 6.

Q 3 sicut



126 · FRAN. TURRIANI DE IVRE ORDINANDI  
sicut sunt exempli eorum imitatores, sic sint suppliciorum he-  
redes, quos synodus Nicena inter Iudaeos & idololatrias nu-  
merandos esse iudicavit. Recitabo hinc partem canonis trige-  
simi ex illis, quos ante annos trecentos tempore concilij Lu-  
gdunensis Patriarcha Alexandrinus misit ad Gregorium deci-  
mum, qui eos petierat literis ad regem Armeniae de ea re mi-  
sis, quae in bibliotheca Vaticana extant: Qui corruerunt, in-  
quit, scripturas, & dies festos mutauerunt, & fidem ac Dei cul-  
tum deseruerunt, & irriferunt ecclesiasticas caeremonias, &  
instituerunt sibi alium modum, non sunt appellandi Christi-  
ani, sed potius homines perditii & errantes: & numerantur  
inter idolorum cultores, & negatores verae fidei. propria sunt  
haec omnia protestantium. Corrupisse autem Luterum trans-  
latione sua Germanica plurimis locis nouum testamentum,  
obseruauerunt cum alij, tum Hieronymus Empserus, & Frede-  
ricus Staphylus Prusienfis, notatis locis, & corrupendi  
causis. Vnus ex his est locus Pauli de ordinatione Timothei,  
quod enim dixit Apostolus, Cum impositione manuum pre-  
sbyterij: Luterus vertit, Cum impositione manuum senio-  
rum, ut probaret, non opus esse ordinari ab episcopis, sed a  
populi senioribus, id est, a magistratibus, aut senatoribus: et  
si postea corrigere voluit in secunda editione, apposito in  
margine glossatio, sed nihil profecit. ita auidem translatio-  
nem Luteri primam Lutherani arripuerunt, cuius autoritate  
vocationes & ordinationes ministrorum ex eo tempore  
Protestantes a laicis, quos ipsi seniores interpretantur, pe-  
tunt. idem postea conati sunt probare doctores Prote-  
stantium alijs argumentis, & alijs locis scriptu-  
rae, non quidem prauè translatis, sed pessi-  
mè perceptis.

Quomodo

Quomodo protestantes probent ius ordinandi ministros, ad populum & ma-  
gistratus pertinere, locum in Actis prauè interpretando: & quid populus  
in ordinationibus efficere possit: & quomodo argumentis, quibus su-  
as ordinationes probare volunt protestantes, planè conuin-  
cantur. & de officio magistratus secularis à capite re-  
petito, ut planum fiat, non posse suffragio eius  
ordinari ministros Ec-  
clesiae.

CAPVT PRIMVM

**V**ideamus ergò iam, quibus argumentis, & quo  
verbo Dei probat Andreas iste ius vocandi &  
ordinandi ministros ecclesiae, non pertinere  
ad episcopos in ordinaria successione consti-  
tutos, sed potius legitimam ordinationem esse,  
quae praecipue per superintendentes, & per  
suffragia magistratus, & consensus populi fiat: nisi aliter, in-  
quit, legitimè constitutum sit. Quibus verbis satis apertè si-  
gnificauit iste doctor, nec istud ius suum ordinandi ministros,  
quod nunc definit, & confessionista tenent, ita firmum &  
ratum esse, quin mutari ab ipsis possit, si videatur: ac proinde  
neque apostolicum, & diuinum esse, alioquin non posset ab ho-  
minibus mutari: Ita vndique istorum disciplina mira incon-  
stantia vacillat. Sic igitur probat Andreas istud ius ordinandi  
ministros, à Lutero traditum, & à protestantibus susceptum.  
Nam ubi in Actis, inquit, apostolicis narratur, à Paulo & Bar-  
naba per singulas ecclesias presbyteros constitutos fuisse, si-  
mul etià expressa mentio habetur τῶν χειροτονίας, qua populus  
in electionibus in publico cōuentu suam sententiã manuum  
elevatione declarare solebat. Haec enī probatio Andreae: quae  
verbis ipsis Apostoli planè redarguitur. Rogo enim te Andrea,  
quomodo ad populi suffragiū hoc loco verbū, χειροτονίας, quod  
quo Lucas vsus est, tam imperitè referre audes, cū Lucas non  
nisi ad Paulū & Barnabā retulerit? Sic enim ait: Et postera die  
profectus

Ius ordinandi  
ministros  
mutabile  
esse apud  
Protestantes.

Act. 14.

Quomodo  
violenter re-  
tulit, quod  
non pertine-  
bat verbum  
χειροτονίας



“ profectus est Paulus cum Barnaba in Derben. cumque euan-  
 “ gelizassent civitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Ly-  
 “ stram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas di-  
 “ scipulorum, vt permanerent in fide, χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς προ-  
 “ σβυτέρους κατ’ ἐκκλησίαν προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, id est, & cum co-  
 “ stituissent illis presbyteros per singulas ecclesias, & orassent  
 cum ieiunationibus, commendauerunt eos Deo, in quem cre-  
 diderunt. Tota periodus ad Paulum & Barnabam, & ad eorum  
 actiones pertinet. quos enim dixit euangelizasse illi civitati,  
 eosdem dicit constituisse per singulas ecclesias presbyteros,  
 & quidem orationibus & ieiunijs adhibitis, quod vsque in  
 hodiernum diem in ordinationibus presbyterorum, quæ  
 in ecclesijs nostris ordinariæ sunt, secundum Apostolicam  
 traditionem seruat. Si hoc verbum, χειροτονῆν, significat, vt  
 Andreas iste ait, declarare in conuentu sententiam suam ma-  
 nuum eleuatione, cum dicat Lucas Paulum & Barnabam  
 χειροτονῆσαι πρεσβυτέρους, igitur Paulus & Barnabas, & non alij,  
 quia alios Lucas non dicit, declarauerunt sententiam suam ma-  
 nuum eleuatione. Ac rursus, si Paulus & Barnabas sententi-  
 am suam manuum eleuatione declarauerunt, secundum signi-  
 ficationem verbi χειροτονῆν, interprete Andrea, & nihil aliud  
 significat hoc verbum, vbi est manus impositio, qua fateatur  
 Andreas, & rectè, semper vsos apostolos in ordinatione pre-  
 sbyterorum sine impositione ergo manus constituerunt pre-  
 sbyteros. aut si in eo ipso verbo χειροτονῆν, quo ibi Lucas vsus  
 est, comprehensa est impositio manuum, cum Andreas ad  
 populum quoque refert hoc verbum: consequens est, vt cum  
 populo quoque impositionem manuum idem Andreas com-  
 municet, sibi contradicens. Interroget ergo Andreas omnes,  
 qui literas Græcas degustarunt, vt intelligat errorem suum:  
 qui ita imperitus linguæ Græcæ est, vt verbum, quod in co-  
 lo de Paulo tantum & Barnaba Lucas dixit, verborum costru-  
 ctione repugnante, ad populum retulerit. Sed doceamus nos  
 rursus ex verbo Dei Andream, & Academiã eius, quid in or-  
 dina-

Verbum  
χειροτονῆν

Vrgetur, &  
edumcitur  
aduertarius  
confessionis  
sua.

dinationibus ministrorum ecclesiæ, populus & magistratus  
 possit, & quid non possit: quod miror doctorem istum The-  
 ologum Lipsicæ academiæ, in eisdem actis Apostolorum non  
 obseruasse: quod erat quidem facilius, quam cogitare, quem-  
 admodum verbum, χειροτονῆσαι, ad populi suffragia in illo lo-  
 co violenter referrer. Videamus, inquam, quid de ordinatione  
 diaconorum Lucas scribit. Cum enim diaconorum ordo alter  
 duorum sit, quos doctor Andreas in cap. 28. disputationis suæ  
 confitetur, quod scriptura Lucæ docet factum fuisse in ordi-  
 natione diaconorum à populo, id fieri poterit ab eodem in or-  
 dinatione episcopi & presbyteri, (nihil enim differre inter se  
 hos gradus, vetus error est, iam olim damnatus & extinctus,  
 & à Lutero postea reuocatus contra auctoritatem Apostoli,  
 qui episcopum scripsit in epist. ad Timoth. iudicem esse presby-  
 terorum: iudicem autem maiorem esse reo, neq; pueri ignorant)  
 & quod docet, factum fuisse ab apostolis in eadē ordinatione  
 diaconorum, idem similiter fieri poterit & debet ab aposto-  
 lorum successoribus, qui sunt episcopi. Sic igitur ait Lucas:  
 Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum,  
 dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbū Dei, & mi-  
 nistrare mensis. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni  
 testimonij septem, plenos spiritu S. & sapientia, quos consti-  
 tuamus super hoc opus: nos autē orationi & ministerio ver-  
 bi instantes erimus. & placuit sermo corā omni multitudine.  
 Respondeat ergo nobis Andreas cum suis confessionistis &  
 protestantibus, quid hinc aliud apostoli committunt multitudini,  
 id est, populo, præterquam considerare viros boni testimonij?  
 nihil sanè præterea. Ergo quod sequitur, Et elegerunt Stepha-  
 num virum plenum spiritu S. & fide, & Philippum, ac reliquos,  
 nihil aliud significat, quam ex omni multitudine septem de-  
 legisse, & segregasse, quos bonum testimoniū habere confide-  
 rassent, & sic consideratos & delectos, ante conspectum apo-  
 stolorum statuisse, vt eos scilicet ordinaret tanquam potesta-  
 tem ordinandi habentes, quod quidem fecerunt. statim enim  
 R. sequitur:

Quid popu-  
lus, aut ma-  
gistratus in  
ordinatione  
nibus posse  
secundum  
scripturam.

Act. 6.



Quorsum spectet testimonium, & assensus populi in ordinationibus ministrorum ecclesie.

Heb. 13.

Interrogatio archidiaconi in ordinationibus ministrorum ecclesie.

Recitatio statuti conc. Carthag. in ordinatione presbyteri.

sequitur, Et orantes, scilicet apostoli, imposuerunt eis manus. Si hec ad nostram doctrinam scripta sunt, ut quidem sunt, plane docemur, in ordinationibus ministrorum ecclesie, nihil aliud ad populum vel magistratum pertinere, quam prebere testimonium ijs, qui constituendi sunt ministri: cauendumque, esse & providendum, ne qui populo & magistratibus non probantur, ab episcopis ordinentur: ne eueniat, quod sine magno scandalo euenire non poterit, ut populus postea vel non recipiat ordinatos, vel non libenter pareat, aut minus eos honoret. Rursus vero, cum approbante prius populo, & magistratu assentiente ordinantur postea, ita vigilant tunc pro salute populi, ut cum gaudio, sicut Apostolus ait, hoc faciant, & non gementes, hoc enim non est vtile populo. Idcirco in ordinationibus diaconorum in nostra ecclesia cautum est, ut archidiaconus, qui ex populo & Clericis testimonium de ijs, qui ordinandi sunt, questum, & collegit, postquam eos ad episcopum adduxit, ut eos ordinet, sic dicat: Reuerende pater, postulat sancta mater ecclesia catholica, ut hos presentes subdiaconos ad onus diaconij ordinetis. Tum episcopus interrogat, Seis illos dignos esse? respondet archidiaconus: Quantum humana fragilitas nosse sinuit, & scio, & testificor ipsos dignos esse ad ordinem diaconij. Subiungit episcopus: Si quis habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat: veruntamen memor sit conditionis sue. Hoc ipsum de interrogando populo, & requirendo eius testimonio, ac voluntate in ordinationibus ministrorum ecclesie, accuratius adhuc fit in ordinatione presbyteri, quia ex presbyteris fiunt episcopi. Et enim postquam archidiaconus eos, qui ordinandi sunt presbyteri, ad episcopum adduxit, & nomine totius ecclesie ab eo petiuit ut ordinet, & rursum episcopus cum rogauit, an habeat bonum testimonium, ut in diaconis factum est, recitatur statutum concilij Carthaginensis his verbis: Quoniam, dilectissimi fratres, rectori nauis, & nauigio deferendis eadem est vel securitatis ratio, vel communis timoris, par eorum debet esse sententia, quomodo enim laici, qui nullam potestatem nisi per legem

rum causa communis existit. Nec enim fuit frustra a patribus institutum, ut de electione eorum, qui ad regimen altaris adhibendi sunt, consulatur & populus, quia de vita & moribus presentandi quod nonnunquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis: & necessesse est, & facilius ei, ut obedientiam exhibeat ordinato, cui assensum prebuerit ordinando. Horum siquidem diaconorum in presbyteros, auxiliante Domino, ordinandorum conuersatio, quantum mihi videretur, probata, & Deo placita existit: & digna, ut arbitror, ecclesiastici honoris augmento. Sed ne vnum fortasse, vel paucos decipiat assensio, vel fallat affectio, sententia est expetenda multorum. Itaque quid de eorum actibus, aut moribus noueritis, quid de merito sentiatis, libera voce pandatis: & testimonia sacerdotij magis pro merito, quam affectioe aliqua tribuatis. Si quis igitur habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat, & dicat. Veruntamen memor sit conditionis humanae. Haecenus concilij Carthag. institutum, quod in nostris ecclesijs seruatur. & ne quis illud ignorare, aut obliuisci possit, descriptum & propositum est in libro Rituali, quem Pontificale vocant, in quo ritus & formulę sacrarum ordinationum descripte feruntur. Hinc factum est, ut in publico ecclesie conuentu ordinationes in ecclesijs catholicorum fiant. Ex quo satis constat, non excludi apud nos populi & piorum magistratum consensum ab ordinationibus ministrorum, ut vos falso putatis, aut ad conflandam nobis inuidiam, scientes fingitis. In eo autem grauius erratis, quod non solum consensum populi & approbationem, ad canonicas ordinationes ministrorum faciendas requiritis, sed suffragia etiam propria populi & magistratus, immo consensum eorum ex proprijs suffragijs constare existimatis. Ex quo fit, vno errore alium trahere, ut ordines sine consensu populi, i. sine suffragijs eius collatos, irritos ac nullos esse existimetis, quod est error anathemate dignus, & merito a trecentis fere patribus synodi Tridentine pridem secundum scripturam & sacros canones anathematizatus. Quomodo enim laici, qui nullam potestatem nisi per legem

Apud nos, non excludi consensum populi ab ordinationibus, ut protestantes inuidiose fingunt.

Aliud esse consensum populi in ordinationibus ministrorum requiri: aliud, propria suffragia eius.



Potestas spiritalis non datur per legem seculi. Qui in creatione potestatis spiritalis propria & legitima suffragia ferunt, potestatem spiritualem conferunt. Syn. Nicen. secunda. Syn. Laod.

Argumenta Protestantium ad probandum requiri populi suffragia in ordinatiombus ministrorum.

Ridicula interpretatio loci Cypriani.

gem seculi accipiunt, ac proinde nullam habent potestatem spiritualem, cum hæc non per legem seculi, sed per legem euangelij dari possit, in eligendis ministris ecclesie, qui potestatem spiritualem accipiunt, suffragia ferre possunt: Qui enim in eiusmodi electione suffragia propria ferunt, iidem tanquam ministri Christi, ex virtute, quam acceperunt, potestatem spiritualem conferunt. vnde synodus Nicena secunda can. 3. Omnis, inquit, electio episcopi, presbyteri, diaconi per potestates seculares, irrita sit, iuxta canonem apostolorum 30. Electionem vocat Græcè ἐκλογή, electionem per suffragia, & subiungit, Nam futurus episcopus debet ab episcopis ἐκλογισθαι, id est, suffragijs eligi. De huiusmodi electione sanxit synodus Laodicen. c. 13. inquit: Non permittatur turbis facere electiones ministrorum. Sed videamus, quid Andreas iste ad illum locum ex Actis Apostolorum, de ordinatione presbyterorum, à Paulo & Barnaba facta, in suo cap. xiii. addiderit ad probandum, non esse excludenda suffragia populi & magistratus ab electione & vocatione ministrorum. Et cum, inquit, morem requirendi suffragia populi in electione episcoporum, & ceterorum ministrorum ecclesie, adhuc durasse scripsit Cyprianus lib. 1. epist. 3. affirmans, ex diuina autoritate descendere, vt sacerdos, plebe presente, sub omnium oculis deligatur: & dignus atque idoneus, publico iudicio comprobetur. Deligi ergo episcopum sub omnium oculis, plebe presente, & publico iudicio probari, interpretatur Lipsicæ academia doctor, perinde esse, vt si dixisset Cyprianus, suffragijs populi eligi episcopum. Quis vnquam eiusmodi interpretationem ab vilo doctore Theologo profectam esse crederet, nisi eam in capite xiii. disputationis Andreæ Freyhub legeremus? Quid enim aliud est, dignum & idoneum publico iudicio probari, quam testimonium publicum tribui ei, qui eligendus est? quod si interesse electioni, & ordinationi, & testimonium tribuere ei, qui eligendus & ordinandus est, nulli possunt, nisi qui suffragia ferunt, cum scribit Apostolus, oportet

tere episcopum habere bonum testimonium ab ijs, qui foris sunt, concedit quoque ijs, qui foris sunt, vt suffragium ferant in electione & ordinatione episcopi, vt iam episcopus non solum à laicis eligendus sit, vt protestantes suos superintendentes episcoporum inanes umbras eligunt, sed ab infidelibus etiam & paganis, qui nondum ad fidem venerunt: vt antequam nati sint in ecclesia, patres suos creent. Iudicet academia Lipsica, an doctrina ista capituli xiii. doctoris sui, sit doctrina sani capituli, an agrori. Rursus suffragia populi ad ordinationes ministrorum requiri, testimonio epistole Synodi Nicenæ ad Alexandrinos & Aegyptios missæ, probat iste. In hanc enim sententiam, inquit, scriptum fuit: Dignum est vos potestatem habere & eligendi, & nomina eorum dandi, qui clero sunt digni, & absolute facere omnia secundum legem & ecclesie sanctiones, si quem contigerit requiescere eorum, qui sunt in ecclesia, tunc prouchi ad honorem defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, modo videantur digni, & populus illos elegerit, simul decernente & designante maximæ civitatis Alexandrinæ episcopo. Hactenus, quæ ex illa epistola Andreas recitauit: nec hic intellexit, quam vim haberet verbum eligendi, quod Synodus populo tribuit: habet enim ipsam illam, quam idem verbum habet in illa vij. diaconorum populari electione. sic enim scriptum est in Actis apostolorum. Placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum, & Procorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Deinde subiungit Lucas: Hos statuerunt ante conspectum apostolorum, scilicet vt acciperent ab apostolis, quod eis non dederat, neque dare poterat multitudo, siue populus. Vnde subiungit: Et orantes, scilicet apostoli, imposuerunt eis manus. Quid hic dicet Andreas? an illa populi electio attingit diaconorum ordinationem? est ne communicata cum illo, aut cum magistratu oratio illa apostolica cum manus impositione? Quis hoc dicat? Sed rursus quod

1. Tim. 3. Quid absurdum sit consequens ex concessio.

Aliud argumentum.

Act. 6.



quod electio illa populi non fuerit collatio proprii suffragij ad ordinandos diaconos, quæ fuisset propria electio, ex eadem scriptura Lucæ perspicui potest. non enim plus fecit multitudo, quàm ei apostoli, ut faceret, commiserant: at nihil aliud commiserant, quàm ut considerarent, qui essent inter eos viri boni testimonij. Sic enim dixerunt: Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij. Ergo quod Lucas ait, Et elegerunt, hanc vim habet hoc verbum hîc, ut significet, et reliquis omnibus selegisse multitudinem siue populum seprem, quos boni testimonij viros iudicârunt. Suffragium verò proprium ad ordinationes ministrorum, quia non ad populum, sed ad episcopum pertinebat, postquam dixit Synodus Nicena in epistola illa paulò antè recitata, modo populus elegerit, subiungit statim: *συμπροσφραγίζοντες τὸν πῶν ἀλεξανδρίας ἐπισκόπου*, id est, simul suffragante, & sigillum inponente episcopo Alexandriae, ad suffragium episcopi addidit Synodus auctoritatem, quæ significat verbum *προσφραγίζοντες*. eliguntur enim ministri ecclesiæ, suffragio & petitione populi, ut Optatus dicit electum fuisse Cæcilianum, & Cyprianus Cornelium, non tamen suffragio & auctoritate. Itaque cuius non est auctoritas eligendi, eius neque suffragium, nec electio propria est: suffragium enim proprium & canonicum ad eligendos, & ordinandos ministros ecclesiæ, qui potestatem spirituale accipiunt à Deo per ministerium eorum, à quibus canonicè eliguntur, non habet is, qui potestatem spiritualem eligendi non accepit, quia laicus est. ad quem illud tantum pertinet, ut pasci velit, non autem, ut pascere vllò modo possit. pascit enim quodam modo, qui potestatem constituendi ministros ecclesiæ canonicè exercet: & ad eum hac ratione pertinet lex illa, quæ beato Petro principi ecclesiæ dicta est, *Pasce oues meas*: ex qua omnis potestas spiritalis per Petrum originem ducit: ex qua lege nihil aliud ad populum, ut modò dixi, pertinet, nisi ut per eam educatur ad pascum. Quod de populo dico, idem in hac parte de magistratibus intelli-

Suffragium petitionis, differt à suffragio auctoritatis.

Potestas constituendi ministros ecclesiæ, quædam potestas pascendi est. Ioan. 21. Ad populum pertinere non pascere, sed educi ad pascum.

telligendum est: potestates enim seculi, humanæ creationis sunt, quatenus per humanam legem creantur, cum alioqui à Deo sint ordinatæ: (Sic enim vocauit eas Apostolus, humanæ creationis, cum ait, Subiecti estote omni humanæ creationi, sine creatura, ut interpres vetus vertit) idcirco ministros ecclesiæ, qui sunt potestates diuinæ creationis, quatenus per legem diuinam, & non humanam, creantur, creare non possunt magistratus seculi, qui sunt potestates humanæ creationis. At quia populus ac magistratus grex est ouium rationalium, ut facilius, sicut paulò antè Synodus Carthagenensis aiebat, obedientiam exhibeat ordinato: merito requiritur, ut assensum præbeat ordinando. ob hanc causam ad plebem & magistratus pertinere potest, petere siue postulare ecclesiæ ministros, nominare, præsentare, dare testimonium, consentire, approbare: quæ omnia ad genus quoddam eligendi pertinent, in quo nihil aliud fit, quia aliud fieri à laicis non potest, præterquam dicere ac declarare, quem velint ministrum ecclesiæ sibi ab ijs constitui, qui talem potestatem à Domino acceperunt. Nec alia verba præter hæc, quæ dixi, & alia huiusmodi ab authoribus Latinis populo & magistratibus seculi in hac re tribuuntur: à Græcis verò, quæ idem ferè valent, *αἰτῆν, συνουδοκίμην, συνάγειν, δοῦναι, σύνθημα, ἐκλέγειν, ἐνομάζειν*, siue, *ἐνομα ἐπιλέγειν*. de ijs verò, qui auctoritatem habent eligendi canonicam, illa dicuntur, *προσφραγίζοντες, κατασκευάζοντες, προβάλλειν*, siue *προάγειν*, id est, præficere, constituere, assumere, promouere. Eligere verò, Græcè *ἐπιλέγειν*, id est, munc est eorū, qui potestatem eligendi habent: & eorum, qui non habent, id est, seculariū. Sed illis quidem propriè conuenit, his verò non propriè. Quomodò ergo potest res verbis subiectas intelligere & discernere, qui verba ipsa & eorū vim non callent: id quod Andrea doctore Lipsico accidisse videtur: ita enim ad disputandum & scribendum de iure vocandi, & ordinandi ministros ecclesiæ accessit, ut quid vtrunque verbum, vocandi & ordinandi, declaret: & quid inter se diffe-

1. Pet. 2. Rom. 13. 1. Pet. 2.

Potestates diuinæ creationis, & potestates humanæ creationis.

Quæ verbum Latine, in Græcè tribui soleant populo in eligendis ministris ecclesiæ, & quæ ijs, qui auctoritatis suffragium habent.



Protestantes vocari- nem ab ordinatione non distinguunt, ut decipiant.

Protestantes suffragium petitionis vel testimonij, a suffragio potestatis siue auctoritatis non separant. Munus potestatis secularis a capite receptum. Lib. 6. de Const. Apost. cap. 24.

Quantus visus sit legum civilium ad obeundum munus ecclesiastici ministerij.

Act. 25. Rom. 13.

differant, nunquam exponat, immo sic ista tractat, quod cum reliquis confessionistis scriptoribus commune est ei, ut re, confusa esse videantur, cum tamen electio, quae ab istis vocatio appellatur, manu impositionem antecedit, quae cum oratione consecratoria sacram ordinationem perficit: quae quidem cum facienda sit ab episcopo, qui per impositionem manuum plurimum episcoporum ad exemplum Timothei, ut Paulus docuit, ordinatus sit: hanc vero manuum impositionem ad ordinandum alios, non habent superintendentes protestantium, quia nullam ipsi a Lutero non episcopo, sed tantum presbytero, primo ordinatore accipere potuerunt, idcirco callide hanc dissimulant, & de electione ac suffragio populi & magistratus semper loquuntur, nec hic distinguentes suffragium petitionis, siue consensus, siue testimonij, quod populo & potestati seculari conuenit, a suffragio potestatis, siue auctoritatis, quod non conuenit. Sed operae precium esse arbitror, accersere a capite munus potestatis secularis, ut intelligant tandem magistratus seculi, ius vocandi ministros ecclesiae, quod ad se rapiunt, nullo iure ad se pertinere. Voluit, inquit, Clemens Rom. Dominus, ut non solum lex iustitiae per nos illustris fieret, sed etiam, ut per Romanos eluceret, ut scilicet euangelium facilius per cunctum orbem, qui imperio Romano subiectus erat, reciperetur. Quis enim ignorat, ait Calixtus potestates humanas rationi & honestati congruentes, esse amplectendas, praesertim si vel publicae consulunt utilitati, vel ecclesiasticae dignitatis auctoritatem defendunt? Quantum ergo iustitia legum civilium, ad proficiendum in euangelij ministerio valeat, a principio euangelicae praedicationis ostensum est: ut intelligi potest vel ex Claudio Lysia: nisi enim auctoritate tribuniciae potestatis militaris, & iustitia legum Romanarum fretus, Paulum ex insidijs xl. & amplius ludaeorum eripuisset, & multorum militum praesidio septum, ad Felicem praesidem misisset, non repleuisset Paulus euangelium ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum: neque tot eius epistolas diuina sapientia refertas haberemus.

remus: aut nisi Festus legem iustam tenuisset de non damnando quenquam, priusquam is, qui accusatur, praesentes habeat accusatores, locumque sui defendendi accipiat ad abluenda crimina, atque ira appellationem Caesaris concessisset. Hoc igitur, quod de adiumento & praesidio legum Romanarum tergi, quod a principio nutu Dei prouisum est euangelicae praedicationi, eo spectat, ut intelligamus, ad magistratus pertinere secundum ordinationem Dei, ut sint ipsi in Imperio Romano optimi legum civilium ministri & custodes, ut in pace sint omnes, & omnia, quae ad vitam corporis & bona externa pertinent, sint salua & tuta: & in hac parte probos honorent, & nocentes puniant. Haec enim si Gentiles, Deum alioqui ignorantes, sola natura duce faciebant: quanto magis facere oportet eos, quibus natura & gratia Dei duces sunt, qui illis in potestate gladii successerunt? Pro his igitur omnibus precari praecipit Apostolus, ut ipsi sint in pace & iusti: ut per eorum pacem & iustitiam, liceat nobis pacem frui. Quare si Christiani magistratus seculi, ac Romani iuris ministri, illis potestatibus Imperij Romani a Deo ordinatis, ac Dei ministris in potestate gladii gerenda, & administranda successerunt propter euangelium, cui ille ipse potestates veterum Romanorum, per Romanorum legum administrationem prouidentia Dei seruibant: (Sic enim sunt vindices in iram ei, qui male agit, sicut illi: non enim sine causa gladium portant, ut Apostolus ait: & sic est laus ab eis, ei, qui bonum facit, sicut erat ab illis: ministri enim Dei sunt utriusque, in hoc ipsum seruientes) consequens est, ut non magis ministros ecclesiae & uerbi Dei constituere possint, quam illae potestates Gentilium Romanorum constituere potuissent: neque magis ab auctoritate secularis potestatis electio, ac creatio ministrorum ecclesiae exire possit, quam a Capitolio sacerdotes, qui enim, inquit Vlpianus Iurisc. in ius alterius succedit, iure eius uti debet. Deinde si praedicare uerbum Dei, & ministrare sacramenta, pascere est: sequatur, ut quodam modo pascere quoque sit, constituere ministros

Quid ad magistratus seculares secundum ordinationem Dei pertineat.

Rom. 13.

Non magis nunc a potestatibus seculi ministros ecclesiae constitui posse, quam olim a potestatibus Gentilium Romanorum. Sic a potestate seculi exire ministros ecclesiae, ut a Capitolio sacerdotes. Constituere ver-



ministros ecclesie, quoddam yascere est.

Rom. 13. 1. Tim. 2.

verbi & sacramentorum, sine quo illud superius fieri non potest. Quomodo enim, inquit, predicabunt, nisi mittantur? Quare qui sentiunt, ministros ecclesie a magistratibus mitti posse, hi seculum in ecclesiam introducunt: & non ecclesiam in republica, sed rempub. in ecclesia esse volunt, id est, carnem in spiritum imperium habere, gregem in pastores, currus in aurigas, corpora in capita, nature repugnantes simul & scriptura, qua dicit, potestates seculi in eo seruire, & propter id tributa & vestigalia eis pendere, quod gladium portant ad vindictam maleficorum, & laudem bonorum, & ad pacem, quietem, & tranquillitatem conservandam, & custodiam corporum. Non enim de eis dixit scriptura, ipsos permugilare pro animabus, tanquam rationem reddituros: sed illud potius, non sine causa gladium portare: quia, ut ait Apostolica constitutio lib. 2. Clementis Rom. c. 24. potestatis secularis est, preesse corporibus custodiendis: & ad custodiam corporum, pacem ac bellum suscipere. Cum igitur magistratus nullam potestatem in animas acceperint, nec eis custodiendis, sed corporibus preesint: sequitur, ut nullum ius habeant vocandi ministros ecclesie, qui dantur ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in edificationem corporis Christi: quia cum principalis causa non consistit, ut ait Paulus Iurisc. nec ea, que sequuntur, locum habent. En igitur principes & magistratus, quibus fraudibus vos circumvenire, & ad quantam impietatem pertrahere conantur magistri & doctores vestri, dum auctoritate vestra efficere volunt, ut ecclesiam subditi vestri non habeant, quia ecclesie ministros, quos auctoritate vestra ad ministerium vocari cupiunt, nullos habent, quia nullos vocare potestis: Ecclesia autem ex ministris constat, & sine ministris esse non potest. Ex quo simul fit, ut nulla habeant sacramenta, que ut fiunt, ministris opus est, preter baptismum, qui a laicis etiam, immo ab hereticis, salva forma ministratus, baptismus est, ac fortasse etiam preter matrimonium, tamen si Lutherani sacramentum esse negant. Sed pergamus respondere Andreae, & redarguamus eum suorum testium verbis, ne sibi sapiens videatur.

De testimonijs Synodi Constantinopolitane & Valentiniensis, que Protestantes contra ordinationes suas, nescientes, citant, & de confirmatione ordinationis episcoporum ad Pontificem pertinentem. Item de testimonio ecclesiarum Græcarum & Latinarum in Synodo Oecumenica contra ordinationes Protestantum. & de ijs, que Simon Thessalonicen. in magistratus scripsit, qui ius sibi in translationibus saltem episcoporum arrogabant, & in eos qui patriarcham ab Imperatore fieri aiebant.

CAPVT II.

Robat deinde Andreas id ipsum, id est, potestatem eligendi ministros ecclesie, ad populum & magistratum pertinere, alio testimonio Synodi Constantinop. Sic enim ait: Et Synodus Constantinop. in epistola ad Damasum, & ad alios episcopos Romae congregatos, que extat in historia Tripartita, expresse ostendit, cum totius Cleri, populi, & Theodosij Imperatoris suffragijs & consensu electos fuisse Nestarium, ut Constantinopolitanæ: Flavianum, ut Antiochenæ: Cyrillum, ut Hierosolymitanæ ecclesie preeset. Haftenus Andreas, qui nec hanc quidem epistolam intellexit, alioquin nunquam contra seipsum testimonium eius produxisset, quo sententia eius hæretica planè coarguitur. In ea enim epistola testatur Synodus, ordinationes episcoporum ab episcopis singularum prouinciarum fieri debere, non solum secundum canonem Synodi Nicenæ, sed secundum priscum canonem: qui si iam tunc priscus erat ante annos mille ducentos, necessè est, ut ex Apostolica traditione descenderet: ac sic quidem in ecclesijs præcipuis, Constantinopolitana, Antiochena, & Hierosolymitana factas esse. Sed recitemus Græcè testimonium ab isto citatum. Sic enim ait: περι δε των οικονομων κατά μέρος εν ταυς εκκλησιαις παλαιότερον τε ως εν τω ρωμαιο κεράτη και των αγίων εν νιχαγια πατριων ορος και εκάστην επαρχίαν τουσ παρχιασ, & επιπερ εκείνοι βούλοιντο.

Epistola Synodi Constantinop. citata a protestante contra ordinationes protestantium.

Theod. lib. 5. cap. 9.



Canon iam tunc tempore Nicen. Synodi priscus, & ca. non Nicen. Syno. cōtra ordinatio. nes prote. stantium testimonio est. Syn. Constanti. uop.

σὺν αὐτοῖς τοὺς ἁγίους πρὸς τὸ συμφέρον ποιῆσαι τὰς χριστονοίας. Interpretemur Latine ad verbum: De dispositionibus singularum ecclesiarum priscus, vt scitis, canon robur obtinuit, & definitio patrum Nicenæ Synodi, vt in vnaquaque prouincia episcopi ipsius prouinciæ, & si quidem voluerint ad vtilitatem, vnâ cum ijs ipsis vicini episcopi ordinationes faciant. Igitur contra canonem, qui tempore Synodi Constantinopolitane iam, vt dixi, priscus erat, & contra canonem Synodi Nicenæ est, vt à plebe & magistratibus ordinationes episcoporum fiant, quæ ab episcopis tantum cōprouincialibus fieri debent. Episcopos enim prouinciæ significat epistola, cum dicit, τοὺς τῆς ἰσαρχίας, quod melius intellexit & vertit interpret vetus Tripartita, qui pontifices vertit, quam Ioachimus Camerarius, qui cultores prouinciæ interpretatus est. Quod verò ait Andreas, dicere epistolam Synodi Constantinop. quâ citauit, cū totius cleri, populi, & Theodosij imperatoris suffragijs & consensu electum fuisse Nectarium, vt Constantinopolitana ecclesia præset, nobiscū facit hoc: non enim dixit Synodus, electū fuisse Nectariū à populo & Theodosio, quod quidem nō licebat, sed electioni & ordinationi Nectarij assensum fuisse Theodosiū cū populo. Sed Andreas aut per errorem idem putat esse, eligere, & electioni assentiri: aut si non putat, malitiosè non distinguit, vt fallat. Sic igitur scriptum est Græcè, πικτάριον ἐπίσκοπον κληρονομήσαντα ἐπὶ τῷ οἰκουμενικῷ συνέδῳ ἡλικίας ἐμονοίας ὑπὲρ ἑστέ & τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως θεοδοσίου παντός τε κλήρου, & πάσης ἐπισημομένης τῆς πόλεως. id est, Nectariū episcopum ordinauimus in œcumenica Synodo communi concordia in cōspectu Imperatoris Theodosij Deo charissimi, & totius cleri, & cū ceta ciuitate assentiēte, siue suffragāte. Nihil hoc loco Synodus de electione ppria, qua potestas spiritualis tribuitur electis, q̄ cā ciuitas suo suffragio, aut Theodosius fecerit: suffragium enim ciuitatis & Theodosij, non fuit suffragium potestatis eligētis, sed suffragiū approbationis electi ad ordinationē. Ordinationes enim episcoporū per impositionē manū ab omni-

omnibus episcopis comprouincialibus, vt fieri potest, faciendæ sunt, iuxta canonem illum iam tempore synodi Constantinopolitane antiquum, & iuxta canonē Nicenæ synodi, accedente consensu cleri & populi, vt multis apud nos canonibus sancitum est, & omnibus modis vbiquè seruetur. Subiungit postea Synodus in epistola citata, de ordinatione episcopi Antiochiæ: Antiquissima autem, & verè apostolica ecclesiæ Antiochenæ, quæ in Syria est, episcopum, episcopi prouinciæ & Orientalis diœceseos vno consensu canonicè ordinârunt Flavianum, vniuersa ecclesia consentiente, ac comprobante, tanquàm vna voce virum illum honorante: quam quidem ordinationem legitimam tota Synodus approbavit. Ordinationem quoquē Cyrilli episcopi Hierosolymitani, similiter canonicè ab episcopis prouincialibus factam iam pridem, affirmat eadem synodus. Cōferte igitur vos ordinationes vestrorum superintendentium, & videte, an tales sint: & si tales non sunt, igitur neque canonicæ, nec ecclesiasticæ sunt, sed profanæ, & ab ecclesia Dei alienæ. Illud præterea obseruandum hic potissimum est aduersus omnes Lutheranos, quemadmodum synodus Constantinop. Damasum pontificem Rom. in hac ipsa epistola obsecret, vt has ordinationes legitimè factas, quas dixit, approbet. Sic enim ait, εἰς ὅσον ἐνδύσασθε κληρονικῶς παρῆμιν κληρονομήσαντες τὴν ὑμετέραν συγχάριεν παρακαλοῦμεν ἐλεῖσθαι τὰς πνευματικὰς μετενοήσας ἀγάπης, & τοῦ κυριακοῦ φόβου πάντας μὲν καταλείποντες ἀνθρωπίνην προσώπιον. id est, quibus, inquit, vtpotè legitime & canonicè apud nos roboratis, vestram etiam reuerentiam obsecramus, vt congaudeat, mediante charitate spiritali, & metu Domini, omnem affectionem humanam cohibente. Quid opus erat, vt synodus Constantinop. sic pontificem Rom. obsecraret, vt congauderet ordinationibus episcoporum principalium ecclesiarum canonicè factis, si assensu & approbatione pontificis non opus erat? Hoc enim significat συγχάριεν, præsertim cū ita synodus obsecret, vt charitatem spiritualem ad impetrandum interponat, & metum Domini,

Synodi Cōstant. à protest. ciuitat. testimonij, pertinere ad pont. Rom. confirmare ordinationes episcoporum.



mini, qui omnem affectionem humanam reprimat: quasi vereretur synodus, nè forte pontifex humana quapiam erga aliquem affectione anticipatus, non approbaret ordinationem alicuius episcoporum factam. Quòd enim ad pontificem Rom. pertineret, ordinationes episcoporum Orientis olim confirmare, testis quoque est epistola Leonis primi ad archiepiscopum vicarium suum, qui nomine pontificis hoc Thesalonicae faciebat, nè opus esset Romam mittere. Videat nunc Andreas cum sua academia, qualem testem pro suo iure vocandi & ordinandi ministros ecclesiae profano defendendo citaverit, id est, cuiusmodi gladium, quo se iugularet, eduxerit. Sed fortasse testimonium, quod sequitur, emendabit, quod hic peccatum ab eo est. Videamus ergò illud, quale sit. Quin & Rufinus, inquit, author est, sanctum Ambrosium Mediolani, cum illius provinciae praeses, & nondum baptizatus esset, à populo electum & vocatum fuisse ad munus episcopale: & postea à Valentiniano Imperatore ad id confirmatum, & ab episcopis ceteris ordinatum fuisse. Haecenus doctor Andreas ex Rufini historia, ut ipse ait. Recitemus nos, quae & Theodoretus libro quarto, in capite quinto & sexto & septimo historiae suae Ecclesiasticae narrat. Sic enim ait interprete Ioachimo: Accersitos episcopos ita alloquitur Imperator: Non potestis vlllo modo ignorare, quippe nutriti in diuinis literis, qualem esse conueniat eum, cui pontificalis dignitas committenda sit. Quodque non doctrina solum, sed etiam moribus ac vita instruere subditos debeat: atque ita totius honestatis se proponere exemplum, ut doctrinae suae administratio ipsa testimonium dicat. Proinde & hoc tempore eum collocare in pontificali folio, cui nos quoque Imperij moderatores nostra subdamus sincere capita: cuiusque reprehensiones, cum homines simus, & labi necessè sit, tanquam medicinam & curationem libenter amplectamur. En Andrea, totam potestatem, & ius eligendi, & ordinandi

Defensor  
Protest. gla-  
dium edu-  
xit, quo se  
iugulauit.

episcopum Mediolanensem, episcopis accersitis committit Imperator Valentinianus, nullam partem eius sibi sumens, aut relinquens: Id quod magis adhuc idem Theodoretus declarat. Subiungit enim cap. 6. ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰρηκότες, αὐτὸν ἡ σύνοδος ἁγίου πνεύματος σοφόν τε βίαια καὶ ἐπιεικῆ κοσμοῦμενον. id est, cum haec Imperator dixisset, rogabat eum Synodus, ut ipse, quippe qui & sapiens, & pietate ornatus esset, suffragio suo eligeret: ὁ δὲ ἐφη, μείζων ἢ κατὰ ἡμᾶς τὸ ἐγχείρημα. id est, Ille autem respondit, maior res est, quam ut nobis conueniat, ac à nobis praestari possit. ac rationem subiungit, ὑμεῖς γὰρ τῆς θείας ἡγεμονίας χάριτος, καὶ τὴν ἀγιαντικὴν ἐπισκοπὴν ἀμεινον φησίζετε. id est, Vos enim, qui diuina gratia digni habiti, & ad splendorem illum admissi estis, melius suffragijs eligetis. En rursus testimonium sapientis, & Imperatoris, qui se fatetur nullam potestatem aut ius episcopum eligendi habere. Sciebat enim ut sapiens, potestatem eligendi, sicut & ordinandi episcopum, charisma esse, quod non laicis, sed ecclesiasticis tributum esset. Quare ut pius, noluit, quod diuini charismatis erat, sibi usurpare. Etenim si non licuit Oza tangere arcam, quia neque sacerdos, neque Leuita erat, ut eam teneret, nè caderet: quomodo liceat populo, aut magistratui, eorum, qui ferunt vasa Domini, id est, ministrorum ecclesiae electionem, aut ordinationem attingere? An minus sacri sunt, qui ferunt vasa Domini, sicut ait Esaias, & noui testamenti mysteria tractant, quam

Testimoni-  
um Valenti-  
niani Im-  
peratoris,  
non posse  
authoritate  
magistra-  
tus fieri mi-  
nistros ec-  
clesiae.

2. Reg. 6.

Esai. 54.

Quorsum  
spectet po-  
puli, & ma-  
gistratum  
assensus in  
ordinatio-  
nibus min-  
istrorum.

Quorsum spectet populi, & magistratum assensus in ordinationibus ministrorum. Redeamus ad Valentinianum Imperatorem, quem bonus Andreas contra se & contra omnes protestantes testè cita-  
uit.



uit. Sciebat enim, vt doctus, esse se in pecore rationali hircum, hoc est, ducem & rectorem secularium iuxta parabolam Ezechielis, & arietes esse episcopos. Sic enim scriptum est: *Eccè ego iudico inter pecus, & pecus arietum & hircorum, id est, inter episcopum & episcopum, & inter magistratum & magistratum.* Sic enim Clemens Rom. lib. 2. de const. apost. interpretatus est, vt antea dixi, & in Leuit. scriptum est: *Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignoratiam, quod Dominilege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam coram Domino hircum de capris immaculatum.* Hæc hostia principi cõueniebat, quia est princeps populi: & magistratus, hircus quidam rationalis, dux caprarum, id est, secularium. An igitur natura non docebit vos, monstrum simile esse, si hircus arietes generet? & filij generent patres? Sic est, si magistratus, aut princeps secularis episcopos creare conetur: at huiusmodi conatum maiorem esse, quam propria potestate & iure, Imperator Valentinianus respondit, cum ei honoris gratia potestas eligendi oblata esset. Sunt fortassis vestri principes ac magistratus, sapientiores aut meliores, magis que pij, quam Valentinianus? aut etiam meliores & doctiores, quam omnes principes ac magistratus nationis Germanicæ, à sancto Bonifacio apostolo vestro vsque ad Martinum Luterum fuerunt? Quando enim vllus eorum ausus est, quod plerique audent hodiè, à vobis doctoribus decipere? Est ne hoc intrare pastores ad ouile per ostium? intrare, inquam, per suffragia & authoritatem magistratus? Si hoc est intrare per ostium, ergò nunquam ecclesia ante Luterum pastores habuit, nisi fures & latrones? An non potius vestri superintendentes fures & latrones sunt, quia ostium, per quod ingrederentur, non habuerunt? & ipsi perdunt, & maculant, quibus magistratus, qui in corpora tantum potestatem acceperunt, vt in animas aliorum potestatem habeant, suo suffragio putant se tribuere? Audite ergò principes ac magistratus, & superintendentes, quid Ezechiel in malos pastores dicat. ro cap.

Ezech. 34.

Leu. 4.

Cur pro peccato principis hircus immolabatur.

Pastores apud hæreticos nõ habere ostium, quo ingreuantur ad ouile.

to cap. xxxiiij. vt inde intelligatis, quid in eos dicendũ sit, qui faciunt eos pastores, qui non sunt: & qui se esse & haberi pastores volunt, qui esse non possunt. *Eccè ego, inquit, requiram oues meas, & visitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. & paulò post, Nõne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcãstis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbãstis: & oues meæ ijs, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur, & quæ sequuntur. Sed vt redeam, vndè digressus sum, extremum testimonium, quod Andreas doctor in suo capite xiiij. recitauit, est Athanasij: Et Alexandria, inquit, Athanasius ex hac vita migraturus, Petrum successorem suum consensu plebis, sacerdotum, & nobilium, declarauit. Qui dissensiones, sicut Apostolus ait, & offendicula præter doctrinam, quam Catholici didicerunt, faciunt, ij per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Dulcis quidem sermo est, & lenis corum, qui dicunt debere eos, qui ecclesijs præsunt, communi populi ac cleri, & magistratum consensu præfici: contra verò asper & durus, ac maledicto proximus, si quis dicat, inuito ac repugnante populo & magistratu, præficiendos. Satis ergò inter nos & te, Andrea, hic conuenit. Dixi enim supra, quid de consensu isto in ordinationibus episcoporum, & presbyterorum, ac diaconorum, in ecclesia nostra cautum sit, & religiosè semper custoditum. Sed cur fallis tuos, tuamque academiam? non enim hoc est, de quo aduersus protestantes duobus libris meis de Hierarchicis ordinationibus ex scriptura vtriusque testamenti depromptis, contendo: sed illud, non esse ecclesiæ ministros, quos habetis, & auctoritate vestra seculari creatis: nec eos vllum sacramentum ordinis accipere. tu verò, quasi consentiri electioni, & eligere: consentiri ordinationi & ordinare, re confusa sint, ita nihil distinguis. At canon Apostolorum xxx. non eos ministros eccle-*

Ezech. 34.

Rom. 16.



ecclesie deponit, & excommunicat, qui consensu magistratuum canonicè vsi sunt ad ministrandum in ecclesia, sed qui opera & auctoritate magistratus hoc obtinuerunt. & nos hanc consuetudinem habemus, & ecclesie Dei: quod testimonium consuetudinis ecclesiarum, quantæ sit auctoritatis, ex apostolo Paulo intelligere licet. Denique, vt lingua tua, Andrea, & reliquorum confessionistarum obmutescat, non pertinere ad laicos, nec ad laicorum principes & magistratus ius vocandi & ordinandi ministros, extat testimonium Ecclesie Græcæ & Latine in œcumenica Synodo octaua, cui ante annos septingentos initio imperij Basilij, Pontifice Adriano II. 107. episcopi interfuerunt, Legati pontificis, Marinus, Stephanus, Donatus: Ignatius patriarcha Constantinopol. Iosephus Michaelis Patriarchæ Alexandrini Vicarius, Thomas archiepiscopus Tyri, Patriarchæ Antiocheni item Vicarius, & Elias Theodosij Patriarchæ Hierosolymitani. Cum ergo illa tunc Synodus œcumenica in Græcia vno consensu pontificis Rom. Imperatoris, ac Patriarcharum habita, cunctas mundi ecclesias Græcorum & Latinorum representauerit, negabitis vos, quin ecclesie patrum ac Maiorum vestrorum illius ætatis, ad illam œcumenicam Synodum pertinuerint? Si hoc negare non potestis, qui estis vos, vt vniuersis mundi ecclesijs repugnare velitis, & vniuersas ecclesias condemnare, vt vni monacho apostata, & incesto, ac sacrilego Lutero sapientiam supra omnes homines arrogetis? Sed recitemus canonem, qui est 22. ex numero 27. canonum, quos edidit, qui adhuc extant, licet barbarè à Græco in Latinum translati. Promotiones, inquit, ac consecrationes episcoporum, concordans prioribus concilijs, electione ac decreto episcoporum collegij fieri sancta hæc & vniuersalis Synodus definit, & statuit, ac iure promulgat, neminem laicorum, principum, vel potentum, semet interere electioni, vel promotioni patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi. nè videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio, vel contentio: presertim cum nullam in talibus potestatem quenquam potestatiuorum, (sic vertit interpres vetus, quisquis fuit, quod Græcè τὴν τῶν ἀρχιεπισκόπων) vel cæterorum laicorum habere conueniat, sed potius silere, & attendere sibi, vsquequò regulariter à collegio ecclesie suscipiat finem electio futura potestatis. Si verò quis laicorum ad concertandum, (sic vertit interpres, quod Græcè erat εἰς τὸ συμμαχεῖσθαι, id est, ad adiuvandum) ab ecclesia inuitetur, fiat hoc cum reuerentia, si forte voluerit obtemperare assensentibus. taliter enim sibi dignum pastorem regulariter ad ecclesie suæ salutem promoveant. Quisquis autem secularium principum, & potentium, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem & consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat, & consentiat, quod ecclesia de ordinatione & electione proprii presulis se velle monstrauerit. Hactenus canon, quo facti sunt anathema laici magistratus, qui locum in electionibus & ordinationibus ministrorum ecclesie, iure suo habere volunt: facti item anathema, qui id defendunt, ex quorum numero est Andreas Freyhub doctor Theologus Lipsicæ academice. Huius ergo canonis sententiam, quæ ex xxx. canone Apostolorum, idem iubente, deriuata est, in Ecclesijs Græcorum, quas tu Andrea in hoc tuæ disputationis libello in alijs criminibus nobis obijcis, de quibus postea respondebo, semper ab initio boni & pijs Imperatores, & eorum magistratus, ac comites, quos vocabant, tenuerunt, & seruauerunt, agnoscentes exemplo pijs & sapientis Imperatoris Valentiniani, vt paulò antè vidimus, nullum se habere in huiusmodi electionibus sacris ius aut potestatem: immò si qui minus pijs ac Deum timentes, ausi sunt aliquando, non dico eligere & constituere episcopos, sed iam canonicè ab ecclesiasticis electos, & constitutos in aliqua ecclesia, ad aliam postea auctoritate & iussu suo transferre, vide quid Simeon episcopus Thessalon, Græcus author li-

Testimonium ecclesie Græcæ & Latine in synodo viij. non pertinere ad magistratus laicos ius vocandi, & ordinandi ministros ecclesie.

Protestantes vniuersa mundi ecclesie repugnare propter superbiam, & contumaciam vniuersi monachi apostataz.

bro

Magistratus laici, qui ius eligendi ministrorum ecclesie habere voluit, & qui id defendit, facti sunt anathema in synodo œcumenica.

Simeon Thessal. in



magistra-  
tus, qui au-  
thoritate  
sua canoni-  
cè alioqui  
ordinatos  
ab ecclesia  
ad ecclesia  
transferunt.

bro viij. de mysterijs & caremonijs ecclesie, de eo scripserit.  
ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν βασιλέων, ὅσον ἀπὸ κολάκων ἀνθρώπων  
γέγονε παραπεισάντων αὐτοὺς ἀνθρώπων λόγοις ἐνεργῆναι καὶ τὰ μείζω ἅπτα καὶ  
παραβιβάζειν ἐπισκόποις, καὶ μεταδέσσει ποιῆναι. βαβαὶ τὸν κεχαριστημένον ἐν  
πνεύματι τοῦ θεοῦ διὰ τῆς ἐκκλησίας ποιμένα ἐπίστα καὶ ἀδύνατον παρὰ  
τῶν μὴ ἔχόντων τὴν ἰσχυρὰν δύναμιν καὶ ἐνεργίαν καὶ παρὰ γνώμην τοῦ πνεύ-  
ματος. εἰ δὲ πρὸς αἰκοδομίαν καταστῆται τὸ μείζω πᾶσιν, παρὰ τοῦ πνεύ-  
ματος ἔσται τοῦτο, παρ' οὗ δὴ κεχειροτόνεται, οὐ παρὰ τοῦ κοσμικοῦ ἔθους ἔσται.  
ἀλλὰ καὶ καθιγούμενοι ἀγέρων μοναχῶν, καὶ θεῶ καθιερωμένων καὶ ψυχῶν χάριτι  
θεοῦ προσιώπησι παρὰ τὸ τοῦ πνεύματος δέλημα πολλοὶ δείκνυται, καὶ ἴσως  
σι καὶ διημοῦσι, λαβόντες τοῦτο παρὰ τῶν μὴ λαβόντων τὴν τοῦ χαρίσματος δό-  
ξαν, καὶ χειροτονοῦνται καὶ πολλῶν ἀρχοῦσι μηδὲν φροντίζοντες ὅπως τῶν ἔχον-  
των τὸ χάρισμα, διὰ καὶ τὰ συντρέματα ἡμῶν πολλὰ γέγονε, καὶ ἐσμὲν ἡμεῖς καὶ  
ὀλιγοὶ παρὰ πάντα τὰ ἔθνη γέγονα, καὶ βία σπειροδύλων τῶν μὴ καθιγόντων  
ἀρχῆν τι καὶ ἐπάπτεσθαι κατὰρχοῦσι ἡμῶν ἀλλότριος καὶ τὰ μὴ φίλα θεῷ ποιῶν-  
των ἐχθροὶ ἡμῶν καὶ τοῦ θεοῦ ἀκολούθως ἡμῖν καταπεμψάμενοι, καὶ τὰ ἱερά ἑ-  
κιοῦμενοι καὶ κοινοῦντες ἐκ τῶν ἀνατεθειμένων τῆς θεῷ λογίζομενοι φεῦ κηδε-  
μεν, τὰ ἴδια ἡμῶν ἀπαίσομεν, καὶ καρποῦνται τὰ ἡμέτερα καὶ ἔδονται ἐκείνων  
ἡμῶν οἱ ὑπερτατοί. ἀλλ' ἴδε γένοιτο τις θεράπης τοῦ θεοῦ τοῦτου, καὶ ἔσται μὲν  
τὰ τοῦ καισαροῦ καίσαρι, τὰ τοῦ θεοῦ δὲ τῷ θεῷ, ὅς ἐάν ἡμεῖς μὲν ἅπαντα γένοιτο  
εὐλογία τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἱερά σωσθήμενα, καὶ τὰ κοσμικά ἡμεῖς, καὶ μὴ τοῦ-  
ναντίον ὑπ' ἀλλήλων φθινοῦμενα. Interpretemur Latine: Verum  
hec, inquit, non tam ab Imperatoribus facta sunt, quam ab as-  
sentatoribus, qui verbis hominum illis persuaserunt maiora,  
quam pro facultate, facere, ita ut episcopus promoverent, &  
translationes eorum facerent, pro Deum, ordinatum ab spi-  
ritu sancto huius ecclesie pastorem, alterius ecclesie pasto-  
rem ab ijs constitui, qui sacerdotij facultatem & operationem  
non habent, & preter voluntatem spiritus sancti? Si opus est  
ad adificationem constituere eum in maiore ecclesia, ab spi-  
ritu sancto, a quo ordinatus est, est hoc faciendum, non autem  
a seculari potestate. Immo abbates monachorum, qui Deo de-  
dicati sunt, & qui animarum curam per Dei gratiam sunt pre-  
positi, plerique sic sunt preter voluntatem spiritus sancti, &  
soluunt, & ligant: hoc ab ijs obtinentes, qui facultatem cha-  
rismatis

rismatis non acceperunt & ordinantur, & multis praesunt, ni-  
hil penitus curantes eos, qui habent charisma. Hinc multae  
ruinae nostrae: hinc imminuti, & ad pauciores, quam omnes  
gentes, redacti: & propter eorum violentiam, qui potestatem  
in ijs habere, & ea tractare student, quae eis non congruunt,  
alieni nobis imperant: & quia faciunt, quae Deo displicent, no-  
stri & Dei inimici nobis, ut par est, insultant. & dum sacra vin-  
dicamus, communicamusque ea nobiscum, putantes lu-  
trum facere ex consecratis Deo, factum est, ut propria ami-  
serimus. & depascunt nostra, in nostroque conspectu ad-  
uersarij nostra comedunt. Sed vitiam remedium aliquod  
haec calamitas tandem accipiat, & cedant Caesari, quae Caesaris  
sunt: & quae Dei, Deo. Ut omnia sint digna gratia Dei: res sa-  
cra constituta, ac secularis aucta: ac non potius contra, alte-  
rum ab altero intereat. Haec enus Simeon. Si tam immane &  
sacrilegum scelus hic auctor iudicavit, ac tanta ruina rerum  
publicarum expiandum, transferre Imperatores & principes  
seculares auctoritate sua episcopos ex ecclesijs, in quibus  
ordinati fuerant, ad alias: quid, si ominari liberet? quanto pe-  
ius & grauius ominandum esset, & magistratibus, & rebus pu-  
blicis, ubi magistratus non quidem transferunt episcopos,  
canonicè alioqui electos & ordinatos, quando quidem nul-  
los habent, (hoc enim, tantum nefas non esset) sed quod omne  
scelus impietatis superat, per temeritatem sacrilegè usurpa-  
tionis, ad ministerium ecclesie auctoritate sua vocant, quos  
iudicio suo probant, ut sic vocati & ordinati, illa postea inter-  
dum dent, quae non habent: & interim homines ecclesiastico  
fraudati ministerio, miserabiliter frustrantur. Idem auctor  
paulò post in eos, qui aiebant, fieri ab Imperatore patriar-  
cham, sic scripsit: φλαραῦσαι τοῖσι τοῖσι λέγοντες χεῖροτόμοι φθῶν βαλλό-  
μενοι, ὡς ὁ βασιλεὺς ποιῆσιν, οὐ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἀλλ' ἡ σύνοδος ἐνεργεῖ ἐξουσι-  
αμένους μόνου τοῦ βασιλέως λυσιβουῶς ἄγιστος, ὡς δίδεικται, οὐ μόνον ὅτι ἐκδικῶ-  
σιν καὶ βασιλεὺς χρισθεὶς ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἴνα καὶ συνεργῶν ἐκ καὶ ὑπηρετῶν  
καὶ ἑγγὴ καὶ βέβαια τηρῆται τῆς ἐκκλησίας, ὁφλομένους καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ὀρθοδόξοις  
τηρεῖσθαι

Idem auctor  
in eos, qui  
falsò aiebant  
fieri patri-  
archam ab  
Imperatore



την εσθαι δια την ειρηνην τ' εκκλησιασ. & paulo post: ου μιν ενεργει ουδεν ου  
δε δειδωσι τουτ' αλλα συμφωνει τε & επακολουθει τω εργα. & δ' αλλο οτι ου διδα-  
σι, αλλα λαμβανει μλλον, & οσο υπερευνη των τ' εκκλησιασ ειν, οτι την ιεραν βα-  
βδον αυτω τω υπο φηριε εγγχερισσ οικεια χρι προσερχεται, & υποκλιθη τουτω  
την κεφαλην, & αποκαλυπτων αυτην, ωσ εθου, ευλογια δεχεται & αποκαλει την  
του υπο φηριε χριε. φανερωτερον δε οτι ου διδωσιν αυτωσ τι αλλα τουτο ποιει  
τα τ' εκκλησιασ εγγχε τε & βιβαιαι, οτι & οντοσ αρχιερωσ του υπο φηριε πατρι-  
αρχε & μηδενοσ εισ χριστονιασ αρχιερατικοσ χριεσ εχοντοσ τουτο γινεται. & οτι  
τουτο δια το τιμων ειν τον βασιλευ την εκκλησιασ, ουκ αρχην. Nugantur, in-  
quit, qui hoc dicunt, nouatores, & inuidia iactati. non enim  
Imperator, sed Synodus eum facit, solo Imperatore pio mini-  
strante: idque non solum, quia est vindex ac defensor, & ex ec-  
clesia vnctus, sed etiam vt adiuuet, & subseruiat, atque ample-  
ctatur, firmaque conseruet, quae fiant in ecclesia, quippe cum  
opus sit ad pacem ecclesiae tuendam, vt ipse quoque Impera-  
tor in fide recta conseruetur. & rursus paulo post: Non facit  
patriarcham Imperator, quin potius consentit & subsequi-  
tur, quod efficitur. Nihil autem Imperatorem ei dare, sed ma-  
gis accipere, & tanquam administrum esse eorum, quae in ecc-  
lesia fiunt, vel ex eo liquet, quod postquam sacram virginar  
nu sua tradidit electo, accedit, & ei caput inclinat: & aperto  
capite, vt mos est, benedictionem accipit: manumque electi  
osculatur. Manifestum itaq; est, quod nihil ei tribuit Impera-  
tor, immo dum haec facit, ea, quae in ecclesia fiunt, amplecti-  
tur & firmat, quia tunc fit hoc, cum is, qui electus est patriar-  
cha, nemine iam indiget, vt ordinetur episcopus, quippe cum  
iam sit ordinatus. Denique non hoc fit, quod Imperator pre-  
sit, sed quod ecclesiam honoret. Haftenus Simeon. Si ergo in  
ecclesijs Orientis nihil Imperator in electione episcopi sui pa-  
triarchae faciebat, quia neq; facere poterat, siquidē charissima  
ad faciendum non acceperat: quis dedit magistratibus prote-  
stantium, vt suffragijs suis & populi, ministros ecclesiae elige-  
re & ordinare possint? Vnde charissima huiusmodi potestatis  
habere eos pbatis? proferte scripturā, aut cōsuetudinē omni-  
um Dei ecclesiarū, si potestis. Si nō potestis, & nos contra vos  
sciti-

scripturam proferimus, & consuetudo omnium ecclesiarum  
vos condēnat, cur tandem, o doctores, principes vestros & po-  
pulos decipere non desinitis, ne vnā cū eis in aeternū pereatis?  
*De locis scripturae alienissimis, quibus Philippus ordinationes Luteranas  
probare vult, & quales sint ministri verbi apud Protestantes: & quemad-  
modum suis argumētis & testimonijs, quae citat Philippus, idem planē con-  
uincitur. Item quibus exemplis Selneckerus confessionista ordinationes Pro-  
testantium probet, quomodo ipse sibi repugnet, & ordinationes suas re-  
dat quāt, & nostras probet: & quid B. Cyprianus de  
ordinationibus scripserit.*

CAPVT III.



ED videamus deinceps, quae Philippus tum a  
magistro suo Martino Lutero didicerit, tum  
per se ad probandū vestras ordinationes inue-  
nerit. Est inter articulos Babaricae nquisi-  
tionis articulus xvij. An consecratio sacra-  
menti valeat facta per non ordinaros ab epi-  
scopis. Ad hunc articulum, inquit Philippus, respondeo, ordi-  
nationem ministrorum euangelij, iustam esse in ecclesijs no-  
stris, iuxta dicta Pauli ad Titum 1. Constituas in urbibus pre-  
sbyteros, sicut ordinauit. Edissere tu Andrea, si potes, quomo-  
dō hic locus probet, iustam esse ordinationem in ecclesijs ve-  
stris? probate vos prius, esse in vestris ecclesijs aliquos Titos,  
id est, ordinaros per impositionem manuum presbyterij, vt  
fuit Titus, non enim aliter fuit Titus Episcopus Cretae ordi-  
natus, quā Timotheus Episcopus Ephesi, quem Apo-  
stolus dicit ordinatum esse per impositionem manuum pre-  
sbyterij, id est, plurium episcoporum. hi enim sunt maiores,  
quā presbyteri, vt antea docui & probaui, maiores au-  
tem non ordinantur a minoribus. Sed, vt sciamus, Pau-  
lum fuisse principalem Episcopum Timothei ordinato-  
rem, a quo cum alijs episcopis, vt minimum, duobus, ordina-  
tus fuit, quia dixerat prius, Noli negligere gratiam, quae in te  
est: quae data est tibi per impositionem manuum presbyterij,  
repetens

Locis feri-  
pturae alie-  
ni, vnde Phi-  
lippus niti-  
tur probare  
ordinatione-  
nes prote-  
stantium,  
Tit. 1.  
1. Tim. 4.



repetens postea proxima epistola eandem tanquam magni momenti admonitionem de eadem ordinatione, sic ait: Propter quam causam admonco te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Clemens quoque lib. 7. de Constitut. Apostolor. numerans eos, qui ab Apostolis, dum viuerent, fuerunt ordinati episcopi, Timotheum ait ordinatum à Paulo. quod intelligendum esse, vt dixi, idem Paulus interpretatus est, cum dixit in priore quidem epistola, ordinatum Timotheum per impositionem manuum presbyterij: in secunda verò, repetita, vt dixi, eadem admonitione, per impositionem manuum suarum. Tamen si non sum oblitus, interpretatum me esse hunc posteriorem locum de ordinatione Timothei presbyteri in priore libro de hierarchicis ordinationibus: verum boni potius consulendum est, quam reprehendendum, priorem sententiã mutare meliore. Titum quoque scribit Clemens ibidem ordinatum à Paulo, tanquam principali, scilicet cum impositione manuum presbyterij, hoc est, aliorum episcoporum, sicut de Timotheo ex epistola Pauli constat. Dicam ergo iterum: Probate vos protestantes, esse in ecclesijs vestris alios Titos, & Timotheos, id est, ordinatos ab aliquibus successoribus apostolorum per impositionem manuum, vt Timotheus & Titus fuerunt à Paulo apostolo cum alijs episcopis ordinati. Sed pergamus ad alia testimonia, & argumenta Philip. 2. Timoth. 2. Commenda, inquit, hæc fidelibus hominibus, qui sunt idonei ad docendum alios. Quorsum hoc? Quomodo hic locus probat, ordinationem iustam esse in vestris ecclesijs? Non enim loquitur Paulus hic de ordinatione, sed de prædicatione verbi, quæ prius ordinatis committitur. Probate ergo vos, istos fideles homines, & ad docendum idoneos esse eos, qui à magistratu vocantur, & à superintendentibus, qui nullã impositionem manuum episcopi acceperunt, ordinantur. Nos enim, non esse tales, id est, idoneos ad docendum alios in ecclesia, quantum docti sint, nisi sint presbyteri ab episcopo ordinati, inde probamus, quod

2. Tim. 1.

2. Tim. 2.

quod presbyteros vocat Apostolus doctores, cum ait: Et quoidam quidẽ posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, vt scilicet admoncamur, non conuenire vllis nomen & officium doctoris in ecclesia Dei, nisi presbyteri sint, qui sunt infra episcopos successores Apostolorum, vt sunt presbyteri successores lxx. discipulorum. Vnde Clemens Rom. libro 2. de Constitut. apostol. presbyteros ait esse doctores cognitionis Dei. & cum eos ordinat episcopus, hac oratione apostolicę traditionis vtitur: Hac prouidentia, Domine, apostolis filij tui doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicationibus impleuerunt. Huiusmodi doctores verbi Dei, qui sint ab episcopo ordinati, cum protestantes non habeant, consequens necessario est, non habere eos legitimos, & fideles, atque idoneos ministros verbi Dei, sed potius alienos, aduentitios, falsos, & fictos, atque vt Græcè vocem, *αυτοκλήτους & αυτοχρηστον* 704, hoc est, à se vocatos & ordinatos, id est, à nullo. in vestros enim ministros quadrant, quæ beatus Cyprianus in libro de vnitate ecclesię scripsit. Hinc sunt, inquit, qui se vltro sine diuina dispositione præficiunt: qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt: qui, nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assument, sedentes in pestilentia cathedra pestes, & lues fidei, serpentis ore fallaces, & corrumpenda veritatis artifices, venena lethalia linguis pestiferis euomentes, quorum sermo vt cancer serpit. Si hæc beatus martyr Cyprianus de ijs dixit, quos pseudoepiscopi, id est, episcopi heretici aut schismatici, ab vnitate ecclesię abscissi, ordinabant: quid de ijs dixisset, quos non episcopi heretici aut schismatici, quod minus scelestum & sacrilegum esset, sed laici meri ordinant? Sed videamus reliqua Philippi argumenta ad probandum, iustam esse ordinationem in ecclesijs protestantium. Neque dubium, inquit, est, filium Dei & conseruatorem esse ministerij euangelici, & in ministerio efficacem, vbi cumque est cœtus rectè docens euangelium, iuxta dictum, Seder ad

Qui sint legitimi ministri verbi.

Presbyteri doctores notitæ dei, & episcoporum adiutores.

Quales sint ministri verbi apud protestantes.

Cyprianus martyr de falsis verbi ministris.

Aliud argumentum Philippi pro laicis ordinationibus.



dextram aeterni patris, dans dona hominibus, pastores, & doctores. Vera haec sunt, Andrea, sed non conveniunt vobis: aut si vobis convenire contenditis, probate prius esse apud vos coetum recte docentium euangelium. Hoc enim neque Philippus probavit, quia neque probare potuit, neque vos probare potestis. Nos vero contra vno verbo, ad quod respondere nunquam potuistis, nec unquam poteritis, plane probamus non docere vos recte euangelium, neque (vt Apostolus ait) recte tractare verbum veritatis: quia praeter id, quod patres & maiores vestri a principio acceperunt, euangelizavit vobis Martinus Luterus. is enim fecit contra praecipuum beati Ioannis annis, vt quod ab initio audistis, non maneat in vobis. Deinde quomodo potestis recte docere euangelium, qui ordinatos ab episcopo non habetis? hi enim sunt ministri ac doctores verbi Dei secundum apostolicam traditionem. Dat quidem Dominus, sedens ad dextram Dei, dona hominibus, pastores, & doctores, vt Philippus dicit: at non dat vobis, Andrea, quia dat per impositionem manuum episcopi: episcoporum vero, qui per impositionem manuum plurius episcoporum ordinantur, quos cum non habeatis, consequens necessario est, vt nec ordinatos ab episcopo habeatis. Citat praeterea Philippus aliud testimonium ex scriptura, quo sic probat suam ordinationem, sicut haecenus probavit. & Ioannes inquit c. 15. Ego sum vitis, & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Sane quidem, si (vt idem Ioannes in epistola sua scripsit) in vobis permanisset, quod ab initio audistis, & vos in filio & in patre maneretis: at quia non mansit, non manetis vos in eo, nec ille in vobis. ac proinde tanquam palmites non ferentes fructum, abscissi estis. Quandiū vero estis abscissi, & originem unitatis ecclesiae non tenetis, ordinationem iustam habere non potestis. Addit deinde Philippus: Tenebant partem ministerij pontifices & Pharisei in iudaea per tyrannidem, videlicet circuncisionem, doctrinam vero & sacrificia corrumpabant: interea tamen Deus efficax erat voce doctrinae, quam

2. Tim. 2.

1. Ioan. 2.

Aliud argumentū Philippi, dignū eo. Ioan. 15.

2. Ioan. 2.

sonabat vera ecclesia, Zacharias, Simeon, Elisabeth, Anna, Maria, & similes: ita nunc Pontificij retinent baptismum, doctrinam vero & cenam Domini horribiliter corrumpunt. Sed doctrinam euangelij incorruptam, & usum sacramenti institutum ecclesiae nostrae retinent. in his adest filius Dei, & est efficax in ministerio instituto, sicut inquit, Ego sum vitis, & vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Haecenus Philippus. Nos comparat cum Pontificibus & Phariseis: & quos Luterus docuit, id est, cunctos protestantes, comparat cum Zacharia, Simeone, Elisabeth, Anna, Maria, & similibus. Si apte nos pontificios similes fecit Philippus pontificum & Phariseorum, & vos protestantes similes Zachariae, Simeonis, Elisabeth, Annae, Mariae, & similibus: ostendite Zachariam, Simeonem, Elisabeth, Annam, Mariam, & similes non honorasse Pontifices illos suos: nec eis paruisse: neque seruasse quod Dominus praecipit, inquiens: Super cathedram Moisis sederunt Scribae & Pharisei: quaecunque dixerint vobis, facite: quae autem faciunt, nolite facere. aut si hoc ostendere non potestis, vos ipsos potius vester Philippus coarguit, qui nostros Pontifices non honoratis: nec eis obediatis, sicut illi, quorum vos similes esse fingitis, qui suos pontifices honorarunt, eisque obediunt. immo vide Andrea, quid beatus Cyprianus scripserit libro 1. epist. 3. in alios vestri similes: Quauis, Domino iam crucifixo, sacrilegi, & impij, & cruenti illi esse ceperissent, nec iam quicquam de sacerdotali honore & autoritate retinerent, tamen ipsum quauis inane nomen, & umbram quandam sacerdotis cogitans Paulus, Nesciebam, inquit, fratres, quia Pontifex est: scriptum enim est, Principi plebis tuae non maledices. Immo, vt Photius Constantinop. in responsis ad Amphilochem archiepiscopum Cyzici ait, hunc locum interpretans, siue ille signum ferret, vnde agnosceretur, siue non, cum hoc Paulus dixit, non maledixit illi, hoc enim illi precatum est, vt a Deo

Ioan. 15.

Math. 23.

Philippus dum protestantium ordinationes & ministerium defendere vult, magis coarguit.

AA. 23.



Argumen-  
tis Phi-  
lippi & Cri-  
stianis ab eo  
citatis pla-  
ne conuin-  
citur, falsa  
& supposita  
tas esse mi-  
nistriorum  
prostanti-  
um ordina-  
tiones.

Philippus  
in menda-  
cio impu-  
denti depræ-  
hensus.

percussus, sic demum respiceret. Hæc sunt argumenta & scripturæ, quibus Philippus Melancthon non solum non probavit iustam esse ordinationem à magistro suo Martino Lutero contra scripturam sacram, & omnes sacros canones, & ecclesiarum omnium cuncti orbis consuetudinem introductam, sed potius eisdem argumentis & scripturis plane convincitur, falsam & suppositam esse. Postremò, Scio autem, inquit, atrociter declamare Pontificios, non fieri consecrationem ab ijs, qui non fuerint ordinati ab episcopo: deinde, non esse episcopos nisi confirmatos à Romano episcopo: hæc *κακοζυλία* papistica refutatur etiam exemplo Orientalium ecclesiarum, quarum extat epistola in libro 5. Theodoret. in qua scribunt, non oportere peti confirmationem à Romano episcopo, sed satis esse electionem fieri ab ecclesia eius loci, adhibito vicino episcopo vno, vel pluribus, iuxta Synodi Nicenæ decretum. In magno & impudenti mendacio deprehensus est hic Philippus, paulò enim antè recitatum est testimonium ex epistola Synodi Constantinop. libro 3. Theodoret. cap. 9. ubi Synodus Constantinop. Damasum episcopum Roman. obsecravit, ut ordinationem Flavianii episcopi Antiochiæ, & Cyrilli episcopi Hieros. canonicè factas approbet. Rursus in eodem libro 3. c. 23. scribit idem Theod. succedisse Antiochiæ magno Melerio Flavianum, sed per vim eius sedem occupare Euagrium voluisse, quem solus Paulinus episcopus creaverat, multis canonibus, ut ait Theodoretus, præteritis. nã non permittunt, inquit, hi morituro suffectione: ac cunctos puincie iubet convocari episcopos, creatiq; vetant vllum, nisi tribus episcopis presentibus. Deinde cum Imperator sæpè ab ijs, qui Euagrio contra Flavianum fauebant, interpellatus, Flavianiano iuberet venire Constantinopolim, & inde Romam proficisci, (quereretur enim de Imperatore, ut Theodor. narrat, Damasus & successor eius Syricius, & huius Anastasius, quod ijs, qui in Christi leges auderent, impune esset) & cum rursus accersitum, & reculantem cogere cœpisset, tunc, inquit, sapientissimus Flavia-

Flavianus cõsuetam libertate usus, Si qui, Imperator, fidem meam culpant, tanquam peruersam, siue aiunt pontificatu indignam vitam meam, ipsis utar accusatoribus meis iudicibus, & stabo sententia illorum, quamcunque tulerint. Sin disceptatio est de solio & presidentia, nec ego iudicium moror: neque cum volentibus usurpare dimicabo: sed recedam, meq; præsulatu abdicabo. Quare tu Imperator solium Antiochiæ committe, cuiusque libuerit. Tum Imperator admiratus, inquit Theod. eius fortitudinem ac sapientiã, in patriam ipsam reverti, & commissam pascere ecclesiam iubet. Hoc fortassis interpretatus est Philippus perinde esse, ut si iudicatum esset hic, non oportere peti confirmationem ab episcopo Rom. Sed videamus quæ sequuntur in Theod. Ac multo sanè tempore post eadem, inquit, rursum ad Imperatorem Romæ accusationes episcoporum delatae sunt, quod Flavianum ferret, nec eius tyrannidem opprimeret: ibi Imperator, quod tyrannidis genus, dicere eos iubet, dicens se esse Flavianum, seque illius defensorem fuisse. cumq; illi dicerent, se non posse de ea re in ius vocare Imperatorem, Imperator eos hortabatur, ut deinceps coniungerent ecclesias: & contentiones ponerent, stultasque lites extinguerent. Nam Paulinum dudum mortuum, ac Euagrium non pervenisse vera via ad præfularum: tum cunctas Orientales ecclesias Flavianii præfulatum defendere: præterque has habere etiã coniunctas, communicantesque, omnes Asiaticas, & Ponticas, atque etiam Thracicas. quin toti Illyrico persuasum esse, uniuerso Orienti præsidere Flavianum. Hanc epistolam Imperatoris ad Romanum episcopum, Philippus epistolam Orientalium vocasse videtur: sed parum refert, lapsum esse hic. Illud, quod sequitur, magis refert, non intellexisse, vel potius malitiosè Philippum dissimulasse, & inuertisse. Hac monitione, inquit, admissa, promittunt occidentales episcopi, deposituros se inimicitias, & si legationem mitteret Flavianus, audituros. Sequitur: Misit igitur diuinus Flavianus Romam laudatos episcopos

Quomodo redarguitur Philippus ex epistola, quam citauit.



scopos quosdam, itemque presbyteros ac diaconos: horum omnium erat princeps Acacius, curam Berrhoeæ in Syria sortitus, omnibus in terræ marisque locis celeberrimus. hic vnâ cum alijs profectus Romam, longas istas inimicitias post annos decem & septem sustulit, & pacem confert ecclesijs. quo cognito, & Aegyptij, deleto odio, concordiam sunt amplexi. Haec enî Theodoret. Quomodo hoc exemplo ecclesiarum Orientalium refutatur κακοζήλια Papistica, vt ait Philippus, si Flavianus episcopus Antiochiæ, quæ caput Orientalium ecclesiarum est, cui Romam ire, semel & iterum Imperator iusserat, tandem misit nomine suo episcopos probatissimos, presbyteros, & diaconos? aut quorsum illos misisse existimandum est, nisi vt causam & ordinationem suam episcopo Romano probaret? eiusque approbationem, pace ecclesiarum composita, ferret? Cur autem Imperator Flauiano iussisset Romam proficisci, quâdò canonicè alioum ordinatus, cuncta ecclesia assensiente, vt synodus Constantinop. in epistola ad Damasum testata est, cum Euagrio malè ordinato, de sede Antiochena contendebat, nisi causam eius ad episcopum Romanum pertinere iudicasset? aut cur ad extremum Flavianus post tantam diuturnam recusationem proficiscendi, aut mittendi Romam, tandem laudatos episcopos, presbyteros, ac diaconos, & cum eis celeberrimum Acacium episcopum Berrhoeensem Romam misisset, presertim Paulino, & Euagrio aduersarijs iam mortuis, nisi se aliquid episcopo Romano debere agnouisset? cur ite Aegypti episcopi vnâ cum Romanis infensi fuissent Flauiano, eiusque communionem pariter vitassent, nisi aliquid officij debiti in episcopum Romanum, in Flauiano ab Aegyptijs desideratum esset? Si ergo placuit Philippo, & placet protestantibus, sequi & imitari Flavianum, id est, ecclesias Orientales in Flauiano earum capite, cum noluit Romam proficisci, aut mittere: cur non placuit illi, aut placet istis, sequi & imitari eundem Flavianum, cum tandem misit, & pacem ab episcopo Romano petijt? Si haec enî placuit κακοζήλια, id est, imitatio

tio mali exempli, placeat deinceps κακοζήλια, id est, imitatio boni. dicit enim Philippus exemplo ecclesiarum Orientalium refutari κακοζήλια Papisticam. Nos contra docemus, exemplo earundem ecclesiarum conuinci vestram κακοζήλιον duritiam: siquidem imitari lapsum Flavianum vultis, sequi correctum & emendatum non vultis: non vultis, inquam, agnoscere patrem vestrum, vt ille tandem post annos decem & septem agnouit: id quod impudentissimum Philippi mendacium palam coarguit. finxit enim scripsisse ecclesias Orientales, non oportere peti confirmationem à Romano episcopo, de quo ne verbum quidem in toto quinto libro Theodoreti, quem ille citat, legitur, nec vsquam aliàs. Solitum verò fuisse, vt episcopus Romanus secundum Apostolicam traditionem, ordinationes episcoporum totius Orientis confirmaret, testis est epistola Leonis Magni ad Anastasium archiepiscopum Thessalonicensem, & vicarium suum. Testis item epistola Synodica Sophronij archiepiscopi Hierosolymit. ad Honorium pontificem, de qua paulò post commodiore loco dicam. Testis praeterea epistola Ioannis patriarchae Constantinopolitani ad episcopum Romanum Constantinum natione Syrum, cui successit Gregorius secundus. Accedit etiam testimonium Agathonis Chartophylacis, & protonotarij ecclesiae Constantinopolitanae. Sed Philippus, & qui cum sequuntur, non possunt, nisi mentiendo, defendere mendacia.

Selneccerus verò ordinationes confessionistarum quam ridiculas faciat, & quemadmodum eas verbis suis, cum probare vult, vel maxime refellat, quiuis, parum licet acutus, intelligere potest. sic enim in Analecto suo, tractatu 3. de fide & sacramentis, cap. de erroribus in ordinatione, scripsit: Nos, omisis his, ordinationis ritum retinemus cum impositione manuum, quæ à maioribus accepta, signum est rei ad cultum Dei destinatae, sicut pecudes ordinabantur hoc ritu, vt fierent victimæ, Exod. 29. Et sicut Iacob benedicit hoc ritu filijs

Qui sint testes, solum fuisse ordinationes episcoporum totius Orientis ab episcopo Rom. confirmari.

Exempla Protestantium filijs



tiū ad pro-  
bandū suas  
ordinatione-  
nes, quibus  
maximè re-  
felluntur.

Exo. 29.

Heb. 10.

1. Cor. 11.

filij Ioseph, & Christus pueris. Hæc iste. Confitetur, per im-  
positionem manuum fieri ordinationem, sed à quibus fiat im-  
positio manuum, (sit enim à laicis) quia non ausus est scribere,  
dissimulat nobis: satis enim esse visum est, si ij ipsi scirent,  
ad quos decipiēdos scripsit. Sicut pecudes, inquit, ordinaban-  
tur hoc ritu Exo. 29. Omittamus, quòd ordinari pecudes non o-  
genere loquendi dicit. queramus, à quibus ordinabantur pe-  
cudes Exod. 29. ut fierent victimæ, quandò ità placet loqui  
nempe ab Aaron & filijs eius, qui manus super victimam im-  
ponebant: sic enim scriptū est in ipso illo capite citato. *Que-*  
ramus rursus, quandoquidem umbram habebat lex futuro-  
rum bonorum, non ipsam imaginem rerum: quos nunc ha-  
betis vos, typo ollæ Aaronis & filiorum eius expressos? qui  
super hostiam ad altare, cuius illa vetus umbra erat, manus  
imponant, sicut nos imponimus in nostris ecclesijs, ut à san-  
ctis apostolis nobis traditum est, cuius traditionis testis est  
consuetudo omnium ecclesiarum, quam vobis obijcimus, ut  
nos exemplo suo Paulus apostolus obijcere docuit: Nos, in-  
quit, talem consuetudinem non habemus, nec ecclesiæ Dei.  
Lustrate ergò omnes ecclesias Latinorum per cunctum Oc-  
cidentem, ut videatis quemadmodum super hostiam ad altare  
offerendam imponant manus sacerdotes, cum imponunt  
super calicem. dicat, inquam, Selneccerus iste, quos nunc ha-  
beant protestantes in Aaron & filijs eius antea figuratos? di-  
cet fortasè, ministros. Sed dicat rursus, quis eos in hoc loco  
tanquam in Aaron & filijs eius figuratos posuit? an non Lu-  
terus presbyter tantum? at si episcopum à presbytero differre  
nō putatis, quæ est vestra hæretica opinio, quomodo Aaron  
& filij eius, quos figuras facitis ministrorū vestrorum, differre-  
bant? aut quomodo possunt non differre, quos diuersæ figuræ  
representabant? Etenim si umbræ differentes erāt, & umbra-  
rum imagines necessè est differentes esse: Aaron autem &  
Moyses figuram episcoporum gerebant, ut S. Anacletus in  
epist. 3. & Damasus epist. 4. testantur: filij verò Aaronis, pre-  
sbytero-

Secundum  
exemplum.  
Gen. 48.

1. Cor. 10.

Testimonio  
Selnecceri  
Confessio-  
nis Augu-  
stini nō ha-  
bent Prote-  
stantes ordi-  
nationem  
presbyte-  
rorum.

1. Tim. 4.  
Eph. 4.

Tertium  
exemplum.

byterorum. Secundum exemplum impositionis manuum, &  
sicut Iacob, inquit, benedicit hoc ritu filijs Ioseph. Si illud in  
figura factum est, quod non negabit iste, nè Apostolo contra-  
dicat, qui ait: Hæc autē in figura facta sunt nostrī, quod non  
tantum de illis, quæ commemorauerat, intelligi voluit, sed  
de ceteris eiusmodi: consequens est, ut sint aliqui in ecclesia,  
qui tanquam Iacob quidam spiritualis, filijs & Ioseph, & suis  
spiritualibus benedicant. Sed quinam erunt isti apud prote-  
stantes? ministri, inquit Selneccerus. Ministri igitur tanquam  
patres, benedicunt per impositionem manuum filijs suis, eis-  
demque filijs Ioseph, sicut dixit Iacob ad Ioseph, Filij tui, mei  
erunt. Huiusmodi autem benedictio, ordinatio est. de ordina-  
tione enim loquitur Selneccerus. at filij infra patres sunt in  
ordinatione, quia minor à maiore benedicitur: quare non est  
vnus ordo patrum & filiorum. Quomodo ergò ait Selnece-  
rus, fieri apud protestantes ordinationem cum impositione  
manuum, sicut Iacob benedixit filijs Ioseph? cum apud ipsos  
non distinguantur ordinatores gradu & dignitate ab ordina-  
tis? non enim episcopum, cuius est ordinare, à presbyteris di-  
stinguunt. Vos igitur protestantes, vestri etiam Selnecceri  
testimonio & sententia, filios Ioseph factos filios Iacob se-  
cundum spiritum per impositionem manuum & benedicti-  
onem, habere minimè potestis, quia Iacob eorum patrem  
non habetis: presbyteros, inquam, non potestis habere, quia  
non habetis episcopum, qui eorum pater est, eosque generat  
per impositionem manuum suarum, & per orationem con-  
secratorie benedictionis, quam Dionysius Arcopagita  
*ἐπίκλησιν ἱεροποιῶν* vocat. Apud nos itaque fit per ordinatio-  
nem, sicut Apostolus ait, augmentum corporis Christi, quod  
est ecclesia, quia non deest Iacob, qui ut maior benedicat fi-  
lij Ioseph, quod augmentum significat. vnde Clemens Ro-  
manus in oratione quæ ad ordinationem presbyterorum ab  
episcopo ordinatore adhibetur: Et nunc, inquit, respice su-  
per ecclesiam tuam sanctam, & auge eam. Tertium exem-  
plum



plum attulit Selneccerus: Et sicut CHRISTVS, inquit, benedixit pueris. Sed agè iam, si sic vos ordinatis, necesse est esse apud vos, qui sint loco CHRISTI, qui tantquam maiores imponant manus, & benedicant pueris minoribus. Qui ergò sunt isti loco Christi? apud nos enim episcopi, vt Clemens libro secundo de Constitutionibus Apostolorum ait, imaginem CHRISTI gerunt: vos verò, vt paulò antè dixi, episcopos & presbyteros æquales facitis, & vnus eiusdemque ordinis. Quomodò igitur impositio manuum in ordinationibus ministrorum protestantium, cum benedictione CHRISTI super pueros conuenit? Hac sunt exempla, quibus Selneccerus dum ordinationes Protestantium probare vult, ità eas labefactat, & imprudens falsitatis coarguit in libro, quem Duci Saxonie & Landgrauio dedicauit, vt nisi cæci essent protestantes, suorum ducum errores clarissimè hinc videre possent. nunc verò euenit eis, quod Dominus in euangelio dixit: Cæcus autem sic ceco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Nos igitur ad reuincendos istos argumentationem ex eisdem exemplis conflata, quam nobis iste bonus architectus ministravit, sic vrgeamus: Ritus ordinationis cum impositione manuum, apud protestantes non est, nec esse potest, sicut ordinabantur pecudes, vt fierent victimæ, Exod. 29. neque sicut iacob benedixit filiis Ioseph, neque sicut Christus pueris: addo etiam, neque sicut facta est impositio manuum super Timotheum, & alias benedictiones cum impositione manuum, quas Selneccerus in scripturis non numerauit hic: Ergò vestra ordinatio, Protestantes, omni exemplo caret, & tota à vestris ministris & doctoribus conficta est. Sed videamus reliqua istius authoris: post illa enim tria exempla, quasi confirmans illa Apostoli autoritate, subiungit statim: Vnde Paulus epistola primæ ad Timotheum capite quarto, Nè negligas donum, siue gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presby-

Lucæ 2.

Matth. 23.

Argumta-  
tio exēplis  
Selnecceri  
contra or-  
dinationes  
Protestan-  
tium con-  
ficta.

presbyterij, siue sacerdotij: non intellexit Selneccerus, quid hic presbyterium significaret, quod non ex Lexicis, quæ ab imperitis etiam augeri solent, sed ex vsu Græcorum authorum discere oportebat, in quo cum parum tritus & verus sit, non est mirandum, vim verbi ignorasse. significat ergò, vt antè dixi, non sacerdotium ipsum, sed coetum presbyterorum, vt ex Theodoro & Theophylacto Græcis authoribus, & interpretibus perspici potest, & Clemens Roman. libro octauo de Constitutionibus Apostolorum in ordinatione presbyteri, *πρεσβυτεριου*, inquit, *παραστοτος, και των διακονων*. id est, presbyteris presentibus, & diaconis. Et Ignatius in epistola ad Smyrneses, *και τοις αποστολοις ως πρεσβυτεριου εκκλησιας*, id est, apostolis tantquam presbyteris ecclesie. immò & Lucas sic vsus est verbo in euangelio & actis apostolorum, licet illie de coetu presbyterorum non noui, sed veteris testamenti loquatur. Sed nihil refert, eadem est vis verbi. Quare cum de ordinatione Timothei episcopi loquitur hoc loco Apostolus, in ordinatione autem episcopi, manus imponunt episcopi tres, vt minimum, vt canon Apostolorum iubet, qui est postea à sancto Anacleto apostolico pontifice confirmatus, vt alios pontifices taceam, & Synodo magna Nicena: consequens est, vt presbyterium hoc loco plures episcopos significet, qui communi vocabulo presbyteri etiam dicuntur. Exempla igitur ordinationis protestantium ministrorum, à Selneccero commemorata de impositione manuum, non congruunt cum loco Pauli citato, immò ei repugnant. In primo enim exemplo de pecudibus ritu impositionis manuum ordinationis, vt istius more loquar, ordinatorum erant Aaron & filij eius. hi enim, Exod. vigesimonono, manus victimis imponebant, ex quibus solius Aaron figuram, vt superius dixi, episcoporum gerebat: sicut filij Aaron, presbyterorum minorum. In altero exemplo de iacob, qui filijs Ioseph benedixit, episcopum quidem vnum presbyteros ordinan-

Quæ vis no-  
minis pre-  
sbyterij.

Luc. 22.  
Act. 22.

Quomodo  
exēpla or-  
dinationis  
Protestan-  
tium à Selne-  
cero confel-  
sionista p-  
ata, loco  
Pauli de or-  
dinatione  
Timothei  
repugnant.



1. Cor. II.

tem figurare poterat Iacob, non autem plures episcopos, episcopum per impositionem manuum ordinantes. Idem dicendum est in tertio. Et ut magis adhuc Selneccerum istum verbo premam, et si Paulus se imperitum sermone dicit, non tamen ineptum sermone, aut imperitum scientia. Quid autem ineptius esse potest, quam dicere, per impositionem manuum presbyterij, siue sacerdotij? Sacerdotium enim charisma est, non est autem charismatis siue gratiae habere manus, quae imponantur, sed hominis habentis eiusmodi charisma. Subiungit deinde Selneccerus: In hoc ritu alunt & defendunt aduersarij multiplices errores, quorum praecipui sunt hi: Primus, inquit, est, nemini licitum esse, ordinare sacerdotes, nisi episcopis. Quod si verò episcopi suo officio verè fungerentur, quis non permetteret ipsis hanc potestatem iure humano? at quia episcopi negligunt munus suum, & sunt idololatrae, & Epicurei, certè videndum est, ut alijs personis idoneis, eruditis, & pijs ordinatio commendetur. Hoc loco Selneccerus, nolens quoque & imprudens, Deo ita providente, qui sapientes comprehendit in astutia sua, ordinationes protestantium tanquam profanas condemnat: ac nostras, tanquam diuinas & ecclesiasticas, probat. Agè ergò, si episcopis nostris officio suo fungentibus potestatem ordinandi sacerdotes, iure humano permitti debere fatetur iste, cum ordinatione inter sacramenta referant confessionis Augustani, sacramentorum verò author & institutor Christus tantum fuerit: sequitur, isto etiam iudice, ut potestas ordinandi iure diuino episcopis conueniat, ergò non poterit iure humano eis adimi, quamuis vsus eiusmodi potestatis interdum interdici possit. Rursus, si iure diuino episcopis nostris officio suo fungentibus potestas ordinandi sacerdotes, istius etiam testimonio, conuenit: igitur ijs, qui non fuerint è numero nostrorum episcoporum, id est, ab episcopis pluribus ordinati, non poterit vllò iure humano tribui talis potestas. Deinde, si episcopi nostri

Ordinatio- nes Prote- stantiù tan- quam pro- fanas nolēs & impru- dēs conde- mnat Sel- neccerus, & nostras tan- quam diui- nas confir- mat.

stri possunt, cum officio suo funguntur, sacerdotes ordina- re: ergò à Deo hanc potestatem acceperunt: homo enim talem eis potestatem dare non poterat. Rursus, si talem pote- statem à Deo acceperunt, quamvis officio suo non fungan- tur, id est, quamvis prauè viuant, sintque indigni, qui alios or- dinent: tamen nè verbum Dei frustretur, quo eis data est po- testas, ordinandi erunt ab episcopis sic ordinatis, qui ordinari voluerint: quia episcopus, qui ordinat, non est dominus ordi- nationis, quam facit, sed minister tantum: & id quidem gra- tia Dei: Deus verò est, qui per ministerium episcopi ordinat. Quomodo igitur fieri potest, ut propter ministri vitium, pote- stas Domini ad aliud genus ministrorum humana lege, con- tra legem diuinam, transferri possit? Sed fingat Selneccerus, videre se omnes episcopos ecclesiae nostrae Epicureos, ut ei odio nostri cæco videtur: addat etiam idololatras esse, quia imagines colunt, quas omnes vestri maiores ab initio Chri- stiana eorum religionis, piè & sanctè coluerunt, sicut illis ab ecclesia Romana, per apostolum Germaniae S. Bonifacium primum archiepiscopum Moguntinum, traditum fuit, & sic- ut omnes ecclesiae per cunctum Orientem & Occidentem vsque in hodiernum diem colunt: tunc, inquit Selneccerus, videndum est, ut alijs personis idoneis, eruditis, & pijs ordina- tio commendetur. Quæro hic, à quo videndum est, ut ordi- natio, quam iste dicit, alijs personis idoneis commendetur? à Deo videndum? an ab homine? Si ab homine, quis dedit ho- mini talem potestatem, ut ius & potestatem ordinandi, ab epi- scopis à Deo ordinatis, quia mali ministri sint, ad non epi- scopos, immò ad non ordinatos transferat? quo verbo Dei hoc probatis? qua traditione? quibus patrum & conciliorum te- stimonijs? qua ecclesiarum Dei vetere consuetudine? Si à Deo videndum dicitis, nè vobis auctoritatem Dei sumatis: aut vos consiliarios eius faciatis, dicite, ubi reuelauit vobis Deus hoc vestrum profanum & inauditum genus laicæ ordinationis? & si pœniteret Deum ordinasse episcopos ecclesiae nostrae, quia



1. Reg. 26. quia tales sint, quales vos fingitis, sicut poenituit vnxisse Saulem. An David ausus est manus extendere in Saulem Christum Domini? id est, in potestatem regis lege humana a Deo profectam? minimè. Cur igitur de episcopis, quos Christus charismate spiritus sui vnxit, non idem sentiendum esse putatis, vt scilicet in potestatem, quam eis non lege humana, sed diuina Deus dedit, manus non extendatis? Extendunt enim in eos manus, qui eorum potestatem ordinandi sibi sumere contra legem Dei frustra nituntur. Si vobis, protestantes, nostri episcopi siue propter mores, siue propter religionem, siue propter vtrunque displicebant, cur vicaria ordinationis successionem in vestris ministris a principio vestra, id est, Luteranae disciplinae non retinistis? sin, Deo hoc providente, non potuistis, nec modò per Dei gratiam vllum episcopum protestantem habetis, quæ causa est, cur saltem quod Bohemi faciunt, in quo cordatiores quàm vos & intelligentiores sibi videntur, non imiramini? Illi enim, dum ab episcopo Catholico ordinationem habere non possunt, quod quidam ex vestris, vt audio, frustra nisi sunt, longè profecti, latenter & simulatè, etsi sacrilegè, ad ordinationes episcoporum Catholicorum irrepsert. Sed vobis nunquam hoc permisit Deus, qui non ministris ab episcopo ordinatis, sed ministris meris laicis digni estis: vt sicut populus, sic & sacerdos. Didicerunt igitur Bohemi ex scriptura, meliùs quàm protestantes, neminem habere posse potestatem ordinandi sacerdotes, nisi episcopum, vt fuit Titus. quod enim illi Paulus scripsit, Reliqui te Cretæ, vt constituas presbyteros per ciuitates, scilicet omnes, hoc enim significat, κατὰ πόλιν ἀπορίσας, per singulas, inquam, ecclesias, hoc idem scripsit omnibus episcopis. Episcopi ergò est, ordinare sacerdotes. Didicerunt etiam ex scriptura, ordinandum esse episcopum a pluribus episcopis, quod enim de ordinatione episcopi Timothei idem Paulus scripsit, non tantum propter Timotheum, sed propter omnium episcoporum ordinationem scripsit

Protestantes digni ministris laicis.

Osc. 4.

Tit. 7.

psit: vt in vniuscuiusque episcopi ordinatione per prophetiam, manus a presbyterio imponantur, id est, ab episcopis orantibus. Sic etiam Paulus & Barnabas, vt Lucas narrat, a prophetis, id est, episcopis, qui sunt, sicut Clemens libro 2. de Constitutionibus Apostol. ait, Prophetæ populorum, qui erant Antiochiæ, per orationem ipsorum prophetarum consecratoriam, quam Paulus in ordinatione Timoth. prophetiam vocat, cum impositione manuum ordinati sunt. Sic enim ait Lucas, Et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Qui sic ordinati sunt, potestatem habent ordinandi deinceps sacerdotes per omnes ecclesias sibi commissas, sicut de eisdem Paulo & Barnaba scriptum est. postq̄ enim ordinati sunt ab episcopis, qui erant Antiochiæ, inde profecti, cum multis in Antiochia Pisidia, Iconij, & Lystræ, & in alijs ciuitatibus ad fidem conuertissent, narrat Lucas, constituisse illis orantes, per singulas ecclesias presbyteros, & paulò post, Et inde, inquit, nauigauerunt Antiochiã, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleuerunt. hoc addidit Lucas admonendum & hortandum episcopos, vt non negligant gratiam, quæ in eis est, quæ data est illis cum impositione manuum, sed eam potiùs suscitent exemplo Pauli & Barnabæ, complentes opus ministerij, ad quod data est, sicut Paulus Timotheum monuit, & hortatus est, & quidem bis, in priori, inquam, & in posteriori epistola. Quòd si hæc non propter Paulum & Barnabam scripta sunt, sed propter eorum successores episcopos, ergò qui non sunt traditi simili gratiæ ab episcopis orantibus cum impositione manuum, sicut illi traditi sunt Antiochiæ, hi non possunt complere opus, quod illi compleuerunt, constituendo per omnes ecclesias presbyteros, sicut idem Paulus Titum iussit. quod enim in epistola ad Titum dixit κατὰ πόλιν infinitè, dixit Lucas in actis κατ' ἐκκλησίας similiter infinitè, quod rectè interpretes vertit per singulas ecclesias. Hactenus de primo errore: non persequar reliquos, quos multo faciliùs refutare

Episcopi Prophetæ populorū.

Act. 14.

Act. 14.

& au-



& authorem redarguere possem, si hoc mihi propositum fuisset.

Satis iam, ut opinor, caput xiiij. disputationis Andreæ confutatum est: & quod in eo negat, probatum, ad episcopum scilicet pertinere ius vocandi & ordinandi ministros ecclesiæ. In quo quidem capite debuerat Andreas ad ea respondere, quæ ego libro secundo de Hierarchicis ordinationibus ministrorum, capite item xiiij. scripseram. quod ita à me, quasi diuinante, tunc scriptum est, ut totum ad confutationem capitis xiiij. disputationis Andreæ, quæ in academia Lipsica postea habenda erat, pertineret. Quod quidem si Andreas legerat, non debuit dissimulare, qui in ipsa libelli sui inscriptione profiteretur, ad præcipua argumenta cuidam Francisco Turriano respondere, non dissimulando & silendo, se magis victum fateretur, præsertim cum meum caput eodem numero, quo suum, notatum esset: vtrumque enim est quantumdecimum, quod non casu euenisse crediderim, sed Dei nutu & consilio, quo magis appareret istius scriptoris & disputatoris in scribendo & disputando inertia, qui nec aliena refellat, neque sua probet: immò se passim feriat, quippe qui testes contra se citet. Repetam ergò illud hinc eisdem verbis, ut si in libris meis, quibus se respondere dicit, non legit, cogatur saltem hinc legere: ut nihil se ad illud, sicut nec ad reliqua, respondisse agnoscat, & erubescat.

Videamus igitur, quid in electione ministrorum ecclesiæ ex autoritate diuina, beato Cypriano teste & interprete, descendat. Scilicet descendit ex diuina autoritate, quod ait beatus martyr, faciendum esse in ordinatione sacerdotum, ut plebe præsentate, sicut idem in libro 1. epistola 4. ait, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur: & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata. At hoc ipsum quidem, in nostrorum sacerdotum ordinationibus, usque in hodiernum diem solenni ritu seruatur. Apud nos enim publicè, & solenni ritu

Cap. xiiij. ex lib. 2. de Hierarchicis ordinationibus ministrorum eccl.

Quomodo in nostris ordinationibus fiat

seruatur. Apud nos enim publicè, & solenni ac statò tempore, & in templo, quò omnes conueniunt, fiunt ordinationes, nè lateat ordinatio: & si quid sit, quod ordinare vetet, ut prodi possit ab eo, qui sciat. Immo etiam iussu episcopi edicit diaconus, ut si quis habeat aliquid, quod obijciendum putet, obijciat. Quis iam non intelligit, hoc esse, quod beatus Cyprianus ait, plebe præsentate sub omnium oculis deligi, ut dignus atque idoneus publico iudicio atque testimonio comprobetur? Hoc ergò est, quod ex diuina autoritate descendit: quod Apostolus quoquè de eo, qui ordinandus est sacerdos, oportere ait, ut habeat bonum testimonium etiam ab ijs, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Quod perinde est, quasi dicat, oportere ut habeat bonum testimonium non solum à fratribus, ad quorum con summationem in opus ministerij ad edificationem corporis Christi ordinatur, sed etiam ab ijs, qui foris sunt, nè blasphemetur inter gentes nomen Dei propter eum: id quod studet & machinatur diabolus: hoc est enim incidere in opprobrium & laqueum diaboli. In ecclesia itaque nostra non facit populus sacerdotes suos, neque suos creat patres, sed accipit creatos à Deo, contra atque Lutherani, qui ut Sichimitæ illi Abimelech, sic ipsi suos Abimelech, id est, patres suos (Abimelech enim patrem meum declarat) creant, quod est portenti instar, & contra canonem Cypriani, quem iactant, quem authores Centuriarum Ecclesiasticæ historiæ, non male inter Canones Apostolorum in Centuria prima retulerunt: vtinam tam benè intellexissent, ut secundum eum docerent, neque populum, neque magistratus, neque principes seculi ecclesiasticas potestates creare, & ad ministerium verbi & sacramentorum vocare. Harum enim vocatio, creatio diuina est, non humana, ut est potestatis secularis creatio, de qua beatus Petrus dixit: Subiecti estote omni humanæ creationi, siue, ut vetus interpretes vertit, creaturæ. Subiungit deinde potestates humanæ creationis: Siue, inquit,

quod Cyprianus ait fieri debere. Et quid in ordinatione ex autoritate Dei descendat, authore Cypriano, quem Protestantes testantur contra se citant. 1. Tim. 3.

Eph. 4.

Rom. 2.

Iud. 9. Profectus noui Sichimitæ in creandis suis ministris. Ministri Protestantium noui Abimelech.

1. Pet. 2. Potestates ecclesiasticæ diuinæ creationis.



regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Ac Cyprianus quidem, quem Lutherani aduersus nos produciunt, clarè docuit, vocationem & creationem sacerdotum, diuinam esse, neque nisi à potestate ecclesiastica fieri. Sic enim ait: In Numeris Mosi præcepit Dominus, dicens: Præhænde Aaron fratrem tuum, & Eleazar filium eius: & impones eos in monte coram omni synagoga: & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Deinde subiungit Cyprianus: Coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere. At Moses non ad politiam secularem, sed ad hierarchiam legis pertinebat, quippe qui, vt diuinus Dionysius in ecclesiastica Hierarchia scribit, primus mystes, id est, princeps, magister ac dux hierarchiarum legis fuit. Is etiam erat populo iuxta consilium lethro in ijs, quæ ad Deum pertinebant, vt ostenderet ei cæremonias & cultum Dei, & viam, per quam ingredi deberent. Non igitur ad principes laicos, sed ad principes ecclesiasticæ hierarchiæ, cuius illa vetus Mosaica vmbra fuit, pertinet sacerdotes creare, conuocata plebe, nè quis (inquit Cyprianus) ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Hæc est iusta & legitima ordinatio, & quæ Deo placet, fatemur. Illa enim (inquit idem Cyprianus) quæ non veniunt ex legitima ac iusta ordinatione, displicent Deo. Quod ipse (inquit) Deus manifestat, per Oseam prophetam dicens: Sibimet ipsi regem constituerunt, & non per me. Hoc dicit Propheta de Ieroboam, qui tametsi non fuit iuste ac legitime factus rex, neque Deo annuente, vt ait beatus Cyrillus, fuit tamen rex: fuitque eius potestas regalis à Deo concessa & permissa secundum legem hominum. Unde Dominus: A me, inquit, factum est hoc verbum. Et Salomoni post idololatriam dixit, Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo.

Num. 20.

Exod. 18.

Osee 8.

3. Reg. 12.  
3. Reg. 11.

Quare

Quare vel ex hoc exemplo, quod beatus Cyprianus commemorauit hîc, intelligere debuerunt Lutherani & Calviniani, similiter ordinationes sacerdotum sine consensu plebis expresso, aut tacito, non irritas esse, vt ipsi falso tradunt, tametsi fidei plebe repugnante, Deo displiceant, vt vel ex canone apostolorum trigesimo sexto intelligere licet, quo cautum est, vt si quis factus episcopus, aut presbyter, aut diaconus, non fuerit à populo admissus, idque non sua culpa, sed populi vitio, sit ille quidem episcopus, presbyter, aut diaconus, clerici verò illius ecclesiæ excommunicentur, quia non fuerunt, inquit, correctores populi inobedientis. Non igitur ex assensu populi pendet rata ordinationis autoritas. Quemadmodum enim ex populi assensu pendeat, quinon potest propriè eligere, id est, dare electione sua potestatem electo? Sicut canone 13. Laodicensis Conc. decretum est, nè turbis electiones facere permittatur. Quem Canonem malè Calvinus in suis institut. cap. 8. art. 63. interpretatus est, idcirco sanxitum esse, quòd raro, inquit, eueniat, vt tot capita vno sensu rem aliquam benè componant. Verùm huic periculo, inquit, adhibitum erat optimum remedium. Primum enim soli clerici eligebant: quem elegerant, offerebant magistratui, vel senatui, ac primoribus: illi habita deliberatione, electionem, si iusta videbatur, consignabant: sin minus, eligebant alium, quem magis probarent: tum ad multitudinem res deferrebat. Deinde subiungit: Quæ tametsi præiudicijs illis non alligaretur, minus tamen tumultuari poterat. Sic igitur intellexit Calvinus, verari multitudinem à Concilio Laodicensi, nè ecclesiasticos ministros eligat, non quidem quia non possit, sed quia non sine tumultu facere soleat: Itaque electiones ministrorum ecclesiasticorum, & à magistratibus confirmari, & populo non approbante, irritas fieri. Quam sententiam non aduertit iste magister & dux cæcorum Calvinus, caris vel illis ipsis scripturis refelli, quas beatus martyr Cyprianus in illa ipsa epistola ter-

De Canone Synodi Laodicens. præuè exposito à Caluino.



tia libri primi recitat, quam idem Calvinus pro testimonio sententiæ suæ producit: vt nos paulò antè demonstrauimus. Hoc ergò, quod Synodus Laodicensis decreuit, prauè ab istis expositum, clarissimè alia Synodus Braeccharensis sub beato Martino episcopo Braeccharensi confirmauit. Non licet, inquit, populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio episcoporum est, vt eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, & fide, & vita spiritali edoctus sit. Multa alia in eandem sententiam relata sunt à Gratiano inter decreta dist. 63. quæ breuitatis causa prætermittenda esse iudicauit.

Quæ Clemens Romanus de ordinationibus scripserit, quæ in Protestantibus quadrat.

Numer. 16. 2. Paral. 26.

Illa tamen non prætermittam, quæ Clemens Romanus in persona apostolorum libro octauo, postquam de legitimis ac canonicis ordinationibus disseruit, aduersus eos scripsit, qui audent ecclesiasticos ordines ac gradus sine auctoritate Dei constituere. Interpretabor Latine: Sed quia, inquit, plerique negligenter hoc curandum esse putauerunt, & ordinem confundere, ac ordinationem cuiusque mouere, ac mutare non dubitant, honores non collatos dignitatesque usurpando, sibi que per vim potestatem sumendo ea dandi alijs, quæ dare ipsi non possunt: ex quo fit, vt Deum iritent, sicut Corithæ & Ozias, qui præter dignitatem, ac sine auctoritate Dei, in pontificatum inuaserunt: ex quibus illi quidem igni arserunt, hic verò lepra in fronte affectus est: iritent præterea Christum Iesum, qui hæc disposuit ac constituit: ac etiam contristent spiritum sanctum, cuius testimonio auctoritatem derogant: Idcirco ratio & necessitas postulat, vt de hoc moneamus, quippe qui ijs, qui talia committunt, periculum impendere præuideamus: negligi etiam sacrificia, & gratiarum actiones, quod ab illis adhibeantur, à quibus fas non est, qui ludicrum, ioculareque putant honorem, dignitatemque pontificalem, quæ quidem imitationem habet magni pontificis Iesu Christi regis nostri. Iam enim nonnulli de

de recta deflexi, vanitatem suam sequuntur.

Hæc Clemens, quæ in Luteranos ac Calvinianos iurè & merito conueniunt. Hi enim sacerdotes ac iudices synagogæ suæ, suos, inquam, Abimelech, sine auctoritate Dei vocant ac ordinant. Hi cum ad se pontificatum, vt noui Corithæ, rapiunt, Christum iritant, qui per apostolos suos ecclesiasticam hierarchiam diuino ordine disposuit: hi spiritus sancti testimonium improbant, quod filio Dei perhibuit, cum vox paterna, spiritu sancto teste, illi audire iussit, sicut Moyses prophetauerat: sacrificia & diuinas preces contemnunt, cum ab illis hæc administrari iubent, à quibus non licet: Hi dignitatem ipsam sacerdotij, quæ Christum sacerdotem magnum super domum Dei, sicut apostolus ait, repræsentat, pro ludo & ioco habent, quibus iudicium, sicut scriptum est, iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Ex his ergò, quæ Clemens Rom. in persona apostolorum secundum propheticum sermonem & Christi institutionem scripsit, extitit ille Canon apostolorum 31. Si quis episcopus opera magistratus secularis ecclesiam obrimmerit, deponatur, & excommunicetur. Hinc quoque fluxit anathematismus Synodi Tridentinæ in sacramento Ordinis: Si quis, inquit, dixerit, ordines ab episcopis collatos, sine populi vel potestatis secularis consensu aut uocatione, irritos esse, aut eos, qui neque ab ecclesiastica & canonica potestate ritè ordinati, neque missi sunt, sed aliundè veniunt, legitimos esse verbi & sacramentorum ministros, anathema sit.

Matth. 17. Deut. 18.

Heb. 10. 2. Pet. 2.

*De reliquijs Ecclesie, quas nobis Protestantes concedunt, multiplex earum confutatio secundum scripturas, & quemadmodum Donatistas imitentur, & sibi variè repugnent.*

**H**actenus de iure vocandi & ordinandi ministros ecclesie. Sequitur, vt videamus, cuiusmodi sint, & qualia, id est, quam futilia & falsa, & authorem suum redarguentia, quæ Andreas doctor Theologus confessionis Augustanae, & academię Lipsicę patronus, ad ea respondet, quæ à quodam Francisco Turriano, vt ille ait, emissæ sunt. Deinde repetemus nos summam, quantum satis esse videbitur, quæ in duobus libris meis ex scripturis sanctis deprompta dissimulauit: ad quæ, satis silentio suo conuincitur, quod respondere possit, habuisse nihil. Ait igitur cap. xx. disputationis suæ Andreas: Neque difficile est, constituto eo, quod in hac quæstione est principale, nimirum ius vocandi & ordinandi ministros, propriè ad vniuersam ecclesiam pertinere, & non esse certo aliquo loco & certis personis alligatum, ad ea respondere, quæ contra ordinationem, quæ sit ab ecclesijs repurgatis, recens à quodam Francisco Turriano, pontificiorum cantilenam in hac controuersia repetente, sunt emissæ. Deinde repetit veterem cantilenam Francisci: Solius, inquit, veræ ecclesie est ius vocandi & ordinandi episcopos, presbyteros, & alios ministros, quorum opera ecclesie est necessaria: at schismatici & hæretici, consensum & societatem ecclesie deserunt, quemadmodum hac ætate fecerunt illi, qui se Augustanam confessionem amplecti & sequi profiterentur, quare necque veræ ecclesie membra sunt, nec vllum ius vocandi & ordinandi ministros ecclesie habere possunt. Deinde, non disputabimus, inquit, hoc loco de eo, quod nonnulli ex patribus & scholasticis doctoribus probare conati sunt, valere etiam ab hæreticis factam ordinationem, & eam nequaquam esse reiterandam. Hactenus Andreas. Sed quorsum hæc? Videretur enim se confiteri hæreticum, & ordinationes à suis factas, quanquam hæreticis, valere velle. Vtinam cum poenitentia hoc confiteretur. Nostra verò ecclesie ordinationes

nes ab hæreticis episcopis secundum formam ecclesie Catholice factas, neque repetere consuevit, neque licere vquam iudicauit. Habemus canonem apostolorum lxviii. qui hoc prohibet. Verum Andreas doctor idem esse existimauit, si quis diceret, non habere schismaticos, siue hæreticos ius ordinandi, vel ordinatos à schismaticis aut hæreticis, non esse ordinatos. Sanè quidem schismatici, aut hæretici episcopi ius ordinandi ministros ecclesie nullum habent, quia nullum eis competit: si tamen secundum formam ecclesie ordinarint, non est eorum ordinatio repetenda, tametsi cassæ est & irrita, quatenus non licet ea vti. Itaq; de episcopis ego hoc loco locutus sum, si quos fortè haberetis ex illa antiqua radice natos, quos nō credo superesse vllos. Qui verò episcopi nō sunt, vt quidem ministri, vel superintendentes vestri nō sunt, vt qui ex Martino Lutero presbytero tantum, primo ordinatore originem ducant, alia ratione, ac multo quidem maiore ius imponendi manus ministris ordinandis non habent, nempe quia laici meti sunt. Hoc igitur Andreas patronus confessionistarum docere debuit, suos scilicet superintendentes, episcopos esse: aut saltè refellere scripturas & argumenta nostra, quibus probamus, nō esse. Cùm verò neutrum faciat, satis se victum esse, & causam cecidisse cōfiterur. Sed quod dixerā ego, & Andreas paulò antè recitauit, schismaticos & hæreticos consensum & societatem ecclesie deserere, vt sectatores Augustanae confessionis fecerūt: audiat academia Lipsica, quæadmodum Andreas Lipsicus doctor refellat: Id verò, inquit, pernegamus, ecclesias nostras à vera ecclesia defecisse, & nomē hoc propriè pontifici Romano, & episcopis pontificijs competere. Redde causam Andrea, cur pernegas? Quia cùm constet, inquit, ab ecclesia Romana exulare verā & sinceram euangelij doctrinam, & legitimum sacramentorum vsum, & disciplinæ integritatem, ac sanctitatem iam pridem nullam ibi esse reliquam, verè ecclesie titulum & nomē nullo iure sibi potest vindicare. Hæcine est dialectica, quam te Lipsica academia



demia docuit? Si constat hoc, vt dicis, de qua re tot libri quotidie à nostris & vestris scribuntur? Constat dicendum est, de quo nunquam conuenit? cur non aggressus es probare, quod dicis constare: vt constaret, aut te verum dicere, aut nos mentiri? Denique, de quibus pertinaciter, & hereticè nobiscum contra scripturas sanctas, & sanctorum apostolorum traditiones, & omnium ecclesiarum, quæ sub celo sunt, consuetudinem, ac Conciliorum œcumenicorum decreta contenditis, hæc dicis constare, & indè probari, nos non habere ecclesiam, sed vos: cum neque, quæ sit ecclesia, vnquam didiceris: nec ad discendum, quod peius est, paratus esse videaris. Subiungit deindè Andreas in eodem suo xx. capite: Ac schismatici sunt, nò illi, qui vocem sui pastoris audiunt, & sequuntur, quod Dei beneficio faciunt nostræ ecclesiæ: sed illi, qui orthodoxæ ecclesiæ consensum reliquerunt, doctrinam euangelij obscurant & deprauant: idola, & cõmentitios cultus stabiliunt, & defendunt, & iniustam crudelitatem aduersus verè pios exercent: quales põtifices Romanos, & episcopos, sacerdotes, ac monachos regni pontificij maxima ex parte esse, res ipsa demonstrat. Hactenùs Andreas. Negat patronus Augustanæ confessionis, esse schismaticos confessionistas, quia audiunt, inquit, vocem pastoris, & sequuntur. Nostre testimonij scripturatum probauimus, non esse pastores, quos habere vos dicitis, sed fures & latrones, quia non habuerunt ostium, per quod ingrederentur, quia non sunt, inquam, ab episcopo ordinati. Dum verò nos verbo Dei non refellit patronus vester, an nò satis apertè aut preuaricatur, aut vitium se confitetur? Fatemur, Andrea, non esse vos schismaticos: si quidem schismatici, sicut ait Optatus Mileuitanus lib. i. contra Parmenianum Donatistam, etsi à radice marris ecclesiæ inuidiæ faucibus amputati, errando rebelles abscedant, non possunt nouum aliquid, aut aliud agere, nisi quod iam dudum apud suam didicerunt matrem. Huiusmodi sunt Græci longè meliores, quàm vos, qui euangelium secundum apostolicam tra-

Meliores  
Græci schi-  
smatici, &  
Protestantes

traditionem docent & tenent: neq; quicquam nouum, quod constat, in ecclesiam introduxerunt, præter schisma vnionis. immò dicã ampliùs, nec ex schismate heresim fecistis, vt Donatistæ, quin potiùs statim ab ipsa origine vestra, id est, ab ipso partu mentis Luteri tales heretici extitistis, quales idè Optatus ibidè describit. Heretici, inquit, veritatis exules, de sinu sanctæ ecclesiæ impijs sensibus deprauati, contempto quòd benè fuerunt geniti, vt ignorãtes & rudes deciperet, de se nasci voluerunt: & qui iam dudum vitalibus passis fuerãt cibus, corruptela malè digestionis in perniciem miserorum, disputationibus impijs venena mortifera vomuerunt. Itaq; schismatici episcopos quidem habent in ordinaria successione, licet schismaticos: vos verò nullos episcopos, nec vllos alios ministros habetis, sed laicos è medio populo. Iam verò quod Andreas, postquam descripsit, qui sint schismatici, subiungit inquit: Quales, Pontifices Romanos & episcopos, sacerdotes ac monachos regni pontificij maxima ex parte esse, res ipsa demonstrat. cum ait, maxima ex parte, planè confitetur, non omnes esse tales, sed plurimos: esse, inquam, alios episcopos & sacerdotes, qui non sint schismatici, sed in ecclesia. quòd si ita esse, tu ipse fateris bone Andrea, quomodò rursus nobis ecclesiam negas? non sentis te tecum pugnare? an oblitus es, quòd Dominus dixit, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ? Paulò antè dixisti de tuis confessionistis, non esse schismaticos, qui vocem sui pastoris audiunt & sequuntur, quod Dei beneficio, inquis, faciunt vestræ ecclesiæ: ergò cum nostræ ecclesiæ vocem sui pastoris audiãt & sequantur, & insuper testimonio tuo aliqua pars pontificũ, episcoporum, sacerdotum & monachorum regni pontificij non reliquerit consensum orthodoxæ ecclesiæ, doctrinam euangelij nò obscuret & deprauet, idola & commẽtios cultus non stabiliat & defendat, & iniustam crudelitatem aduersus verè pios nò exerceat, siquidem maxima ex parte, id est, nò omnes tales, cogente conscientia, confessus eras: consequens neces-

Græci nihil  
noui in ec-  
clesiã suam  
introducere  
runt præter  
schisma  
vnionis.

Descriptio  
hereticorũ  
ex Optato  
Mileuitano

Protestantes  
secum pug-  
nãt, eccle-  
siã nobis  
conceden-  
tes, & rur-  
sus negan-  
tes.  
Marth. 17.



Andreas  
Protestan-  
tium defen-  
sor sibi re-  
pugnat, &  
nobis con-  
sentit.

Protestantes  
crudelitatem  
Catholicis  
obijciunt,  
vt olim Do-  
natistæ.

Matth. 23.

farid est, vt, te etiã iudice & teste, apud nos sit ecclesia. Videat nunc Lipsica academia, qualẽ patronum cõfessionis suę Augustanę, quã profitetur, sibi parauerit, qui sibi repugnet, & nobis consentiat, laqueo oris sui captus. Sed de idololatria, quam nobis tam falsò obijcis, quàm olim Donatistæ catholicis thurificationem, dicam aliquid postea. De crudelitate verò illud tantum respondebo, quod August. respondit Donatistis, qui idẽ catholicis obijciebant, crimen scilicet persecutionis. Sic enim lib. 3. cõtra Cresconiu Grammaticum: Persecutores, inquit, nos dicitis, cum vos saluos fieri cupientes, vestraq; sanari volẽtes vulnera, medicinaliter persequamur: nolite esse ingrati tali medicinæ, quã vos estis imitari. Hęc Aug. Hęc quoq; extrema pars in vos quoq; competit: vos enim in quosdã hæreticos aliquandò, & quidẽ meritò, animaduertistis. Duobus tantum capitibus inter illa 32. disputationis suę Andreas Lipsicus ad ea, quę à quodam Frãcisco Turriano recens emissa esse dixit, respondit. dictũ est de priore, quod est caput xx. dicamus de posteriore, quod est cap. 22. in quo respondet ad quęstionẽ meam, quam verbis ferẽ suis cap. 21. recitat. Sic enim ait: Sed quęrit à nobis, (Turrianũ dicit) vbi ante hęc tempora, nõdũ per Luterũ repurgata doctrina, fuisse ecclesiam existimemus: alterũ horũ cõcedi oportere aiunt, vt vel nulla omninò fuerit, vel fuerit sub põtificio regno ecclesię, nullã fuisse omninò ecclesiã, neminẽ piũ dicturũ: hoc enim esse manifeste falsitatis arguere pmissiones diuinas de ecclesię perpetuitate: necessariò igitur sequi contendũt, vt fuerit ecclesia sub regno pontificio: & si fuit ibi superioribus etatibus, nihil impedimenti esse, quo minũs etiam nunc istie inueniatur. Hactenũs quęstionis meę recitatio ab Andrea facta. ad quã iste capite, vt dixi, 22. itã responder: Ad hęc facilis est responsio & expedita, quidẽ aliquas ecclesię reliquias sub regno põtificio. nam manifeste p̃dicat Apostolus, Antichristũ in ipsa ecclesia sedem suam habiturũ: & Christus ipse, tam latẽ dominaturos in ecclesia errores affirmat, vt, si fieri possit, per illos etiã electi Dei seducãtur. Hactenũs responsio Andrea. Videamus nũc, qua-

lis ea sit: an sit expedita, vt Andreas dixit, an repugnantij & absurditatibus impedita. Quæro enim à te, Andrea: reliquias istas, quas dicis fuisse, immò adhuc esse cap. 24. cõfiteris sub regno põtificio, (sic enim ecclesiam vocas inuidiosẽ, cum alioqui ecclesia regnum cęlorum dicatur, & clauis regni cęlorum dederit Christus Petro, & in eo põtificibus successoribus eius, vndẽ recte regnum pontificiũ dici potest, in quo tu nesciens, quid dicas, prophetas) Quæro, inquam, quales erant reliquię istas? cuius, inquam, fidei, Luteranę, an nostrę? si Luteranę, vt necessẽ est, te respõdere, vbi, & in quibus latebris tam diũ delitescebãt? quomodò nemo reliquias istas prodebat? an ignoratis, quã diligens studium non solum ante Luteri tempora, sed vsq; in hodiernum diem in ecclesia nostra catholica fuerit semper inquirendi in fidem cuiusque, præsertim si quid suspicionis, aut rumoris mali sit, vt à ruga falsi dogmatis, ac macula hæreseos, libera seruetur? An dicēs, reliquias istas ecclesię sub regno pontificio inuisibiles fuisse? Ergò non ambulabant in carne, sicut se ait Apostolus ambulãsse, licet extra carnem militaret: quin potius spiritus erant, qui carnem & ossa non habent, sicut homines vestrę ecclesię, quam putatis, habere videtis. Deindẽ si erant inuisibiles reliquię istę ecclesię, ergò nec ipsę inter se videbant, qui ad ecclesiam pertinerent: ac proindẽ si quis in alterum peccaret, non enim dicēs, fuisse, vt itã dicam, impeccabiles, non poterat ille, in quem peccatum erat, dicere ecclesię inadspẽtabili, si nihil, corripiendo iuxta euangelium, profecisset: hoc autẽ repugnat verbo Dei. Quomodò igitur in huiusmodi reliquijs ecclesia cõseruatur, si nemo in eis curari potest, cum medicina opus est? aut quomodò curari potest, cũ frater in fratrẽ peccat, si, vt dixi, non potest dici ecclesię, quã nõ magis videri potest, q̃ electi? Dominus enim nouit, sicut apost. ait, q̃ sunt sui: ex electis nanq; videtur Andreas iste reliquias istas suas cõflare velle. Concedet ergò Andreas, vt necessẽ est, non fuisse spiritus, sed vixisse in carne, reliquias istas, immò militãsse in carne, neq; fuisse spirituales.

De reliquijs  
ecclesię sub  
regno pon-  
tificio à Cõ-  
fessionista  
concessis.

Apud Ca-  
tholicos di-  
ligens stu-  
diũ inqui-  
rendi in fi-  
dẽ, cum su-  
spicio est.  
Ephes. 5.

2. Cor. 10.

Luc. 24.

Z 2 spiritua-



spiritualis enim iudicat oīa, & ipse à nemine iudicatur. oīa, in-  
 quā, iudicat: id est, oīa disponit in iudicio, sicut ait ppheta Da-  
 uid de eo, qui disponit sermones suos in iudicio, quod idē iam  
 propè moriens præcepit Salomoni, cūm præcepit, vt intelli-  
 geret, quocunquē se verteret: id est, vt omnia cōsultē ac pru-  
 denter faceret. Qui enim sic facit, à nemine iudicatur, quasi  
 aliquid imprudenter gesserit. si tamen à quopiam iudicatus  
 fuerit, pro nihilo ducendum est. non enim habenda est ratio  
 istius, quia sunt, qui, iuxta prophetam Esaiam, dicunt malum  
 bonum, bonum malum, ponentes tenebras lucem, lucem te-  
 nebras: ponentes amarū in dulce, & dulce in amarū. Sic enim  
 B. Cyrillus in quadam homilia sua <sup>supra. c. 11.</sup> interpretatus est il-  
 lud, à nemine iudicari spirituale. at reliquie iste tanquā car-  
 nales, ab omnibus spiritualibus conuincuntur, & dijudican-  
 tur. Deindē cūm tu doctor Andrea affirmes in disputationis  
 tua cap. 20. ex maxima parte pontifices Romanos & episco-  
 pos, ac sacerdotes & monachos ecclesie nostre, iniustam cru-  
 delitatem aduersus verē pios exercere, quomodo ante ortū  
 Luteri in reliquias istas ecclesie, quas dicis, id est, Luteranę ec-  
 clesie, quāuis sententia tua pias & spirituales, non exercebāt  
 istam, quam dicis crudelitatem? non enim magis illi tunc pe-  
 percissent, q̄ modò parcunt, vbicunq; apparēt, quāuis fratres  
 sint, aut filij. In nostra enim ecclesia impletur propheta Ag-  
 gēi de nouo testamento, Paulo interprete: Ecce ego moueo  
 cælum & terrā. & paulò post, vnusquisq; in gladio ad fratrem  
 suū, quod Dominus in euangelio interpretatus est, inquiens:  
 Non veni pacē mittere, sed gladiū. Veni enim separare homi-  
 nem aduersus patrem suum, & filiā aduersus matrem suam,  
 & nurum aduersus socrum suam, &c. Aut cur, si reliquie istę  
 metuebant, non fugiebant persecutionē secundūm præceptū  
 Domini & exemplū sanctorū? hoc enim vos, cūm à iudicibus  
 fit, crudelitatem vocatis, qui hæreticos non vultis puniri:  
 quòd si adhuc dicis reliquias istas latere, sic enim existimo te  
 intelligere, imitatumque esse Donatistas, quos sic eorum  
 aduoca-

Psal. 111.  
 1. Reg. 2.  
 Quid sit, spiritualem omnia iudicare.  
 Esai. 5.  
 Agg. 2.  
 Matth. 10.  
 Matth. 10.  
 Protestates Donatistarum imitatores.

aduocatus Cresconius Grammaticus defendebat. vnde Au-  
 gustinus libro 3. cap. 65. cum arguit, cūm ait: Et vbi est, quòd  
 non istam vestram, quæ in Africa remanens, orbi terrarum  
 calumniatur, aut ex Africa in paucis latentibus peregrinatur,  
 sed illam, quæ ramos suos per vniuersam terram copia vber-  
 tatis extendit, noluit deserere Cyprianus? Huiusmodi ergò ec-  
 clesiam, in paucis latentibus, ex Germania in regno pontifi-  
 cio peregrinantem concedit nobis Andreas, Cresconij  
 Grammatici Donatistę imitator. Agē ergò, si in istis reliquijs  
 ecclesia Dei conseruatur, id est, si huiusmodi reliquie ecclesia  
 Dei sunt, vt tu vis, & fundamentum prophetice & apostolice  
 doctrine tenent, necesse est vt teneant, quod Dominus dixit  
 ijs omnibus, qui in ecclesia sunt: Sic luceat lux vestra coram  
 hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent pa-  
 trem vestrum, qui in cælis est: & quod apostolus ex Salomo-  
 ne in epistola ad Romanos mutuatus est, Prouidentes bona,  
 non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus homini-  
 bus. At quomodo istę, quas dicis, reliquie ecclesia sunt, si lux  
 huiusmodi ecclesia: ibi extincta est? si, inquam, bonum, immò  
 optimum opus confessionis verę fidei, quam tui confessioni-  
 stę putant, non tantum celat & reticet ista ecclesia, sed con-  
 trariam simulat, nè deprehensa pœnas det? vbi est illud, Cor-  
 de creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem?  
 à fide igitur exciderunt reliquie istę, ac proindē ecclesia Dei  
 esse desiērunt. Paulus apostolus idolothyro vesci permittit  
 empto in macello, quòd is locus communis sit ad victum vi-  
 tæ hominum necessarium comparatus. Sed qui dixit, Omne,  
 quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes pro-  
 pter conscientiam: & illud, Si quis vocat infidelium, & vultis  
 ire, omne, quod apponitur vobis, manducate, nihil interro-  
 gantes propter conscientiam: idem dixit, Si quis autem dixe-  
 rit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter il-  
 lum, qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam  
 autem dico non tuam, sed alterius. Quarto ergò abs te, An-  
 drea:

Andreas Freyhub Cresconij Grammatici imitator.  
 Matth. 5.  
 Prou. 9.  
 Rom. 12.  
 Rom. 10.  
 1. Cor. 10.  
 Ibidem.



drea: est ne locus comunis ecclesia nostra, in qua sunt imagines Christi & Sanctorum eius? Non, credo, concedes, ne videaris tibi & tuis concedere locum idololatriæ communem esse omnium, & non eorum tantum, qui idola colunt. Quomodo igitur reliquiæ istæ tuæ in ecclesiam nostram cum Catholicis ingrediuntur? Apud nos enim quisque parochus habet hanc curam, ut eos, qui ad ecclesiam pertinent, in eam ad sacrificium & orationem suis temporibus conuocet. Igitur idololatria se polluunt reliquiæ istæ tuæ, ac proinde ecclesia esse non possunt. Respondebit fortasse doctor Andreas, coactas ingredi, & ingressas non solum non adorare imagines, sed execrari eas, eæ idola gentium. At non est ecclesia, ut Andreas Lipsicus tradit, ubi non retinetur fundamentum prophetice & apostolice doctrinæ. debent igitur prius ceruicem præbere reliquiæ istæ, ut bonam confessionem confiteantur, quam conscientiam fratrum ledere, & prophetias de idolorum cultu per aduentum Domini in ecclesia Dei delendo, & decretum apostolorum, ad omnes gentes de abstinendo ab idololatria missum, vitæ antepone. Nobis enim canon Apostolorum prohibet, ne in fanum Gētilium, aut in Synagogam Iudæorum, oleum aut lucernam inferamus. Iam verò cum reliquiæ istæ apud nos deprehendantur, non enim diu occultari possunt, prima cura est eorū, qui præsent, ut accedat aliquis, qui eis propheteret, id est, ex quo veritatem dogmatum discant, & sicut ait Apostolus, conuincantur ab omnibus, & dijudicentur ab omnibus, ut cadentes in terram, adorent Deum: id est, ut hereses suas anathematizent, ita ut vix vnus aut alter eorum, in sententia sua, ac falsa opinione permaneat, & igni tradatur. habet enim & diabolus suos martyres, fallaces simias, Sanctorum imitatrices. Dicat ergo nobis doctor Andreas, vnde sit, ut tam multi deprehensi & capti, cum ad questionem vocantur, verbo Dei conuicti, dum metuunt, ne animam simul cum corpore amittant, hereses suas, id est, fidem & dogmata confessionistarum anathematizent? contra vero

1. Cor. 14.

ro tam rari, qui obstinate in sensu Luterano perseuerent? Cum enim erat persecutio Christianorum in ecclesia, contra eueniebat: paucissimi erant, qui negarent: innumerabiles, qui cum eum metuerent, qui dixit, Qui me crubuerit, & meos sermones, erubescet eum filius hominis: corde credentes ad iustitiam, ore confitebantur coram hominibus ad salutem. Vnde illa constantia & robur? Edisserat nobis Andreas, aut academia eius Lipsica, quis illius firmitatis ac fortitudinis author? Quis, inquam, nisi is, qui dixit, Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. non enim estis vos, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Ergo hæc causa est, cur omnes ferè confessionistæ, & ceteri Luterani cum accusantur, nec os, neque sapientiam vllam habent, cui non sit facile resistere: quin potius facile conuicti, cedunt veritati siue verè, siue simulate. quod magno argumento & testimonio est, fuisse in eis spiritum eius, qui mendax est, & pater eius, & a principio in veritate non stetit: tum etiam quam multi ad fidem patrum suorum ex vestra natione reuersi sint, & quotidie in nostris & in vestris ciuitatibus reuertuntur, & reuersi multos postea suæ gentis & patriæ maiore autoritate ad eandem fidem conuertunt, vos ipsi testes esse potestis.

Luc. 9.

Matth. 10. Luc. 21.

Ioan. 8.

Deinde sicut Donatistæ, ut beatus Augustinus in libro post collationem c. 8. ait, conuicti euidentia veritatis, malos in ecclesia permixtos esse confessi sunt, sed occultos eos esse dixerunt, quoniã sic a sacerdotibus ignorantur, quemadmodum pisces intrã retia, dum adhuc in mari sunt, a piscatoribus non videntur: sic Andreas protestantium defensor, euidentia veritatis conuictus, confessus est non perisse ecclesiam apud nos, sed reliquias esse latentes. verum ut Augustinus arguit Donatistas alia parabola euangelij de area, cū qua in euangelio Matthei comparata est ecclesia: in area enim paleæ, quæ omnibus patent, & ab omnibus cernuntur, sunt mali: sic eadem te, Andrea, parabola redarguam. Etenim si in area sunt palea

Protestantes conuicti euidentia veritatis, confitentur non perisse ecclesiam apud nos, ut olim Donatistæ.



Esa. 61.

Protestan-  
tes dum re-  
liquias ec-  
clesie nobis  
concedunt,  
sed agnosci  
negant, mē-  
dacement faci-  
unt prophe-  
tam.  
Gal. 5.

1. Tim. 4.

Eph. 5.  
Quomodo  
quæ Prote-  
stantes tra-  
dunt de re-  
liquijs ec-  
clesie, quas  
nobis con-  
cedunt, cū  
scriptura,  
cum naturę  
sensu, cum  
rerum ex-  
perientia,  
cū promif-  
sis Dei & fi-  
de eius pu-  
gnent.  
Esa. 10.

palea & frumentum, quæ (vt ait Augustinus) simul feruntur: id est, si in ecclesia sunt boni & mali, qui pariter probantur, vt vtrisque conuenit, vt palea non est occulta, sic frumentum, quanuis vsque ad finem non sit separandum, non laeret, vnde prophetans Esaias de ecclesia noui testamenti, Et dabo, inquit, opus eorum in veritate, & fœdus in perpetuum feriam eis: & scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Igitur cū reliquias ecclesie latere dicis, & non cognosci, mendacem facis prophetam. Deinde si reliquias ecclesie bonos dicis esse, & hos latere, an fructus spiritus, qui ad eos pertinent, semper latent? ac non potius sæpè cernuntur, & agnoscuntur ab omnibus? Manifesta, inquit Apostolus, sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, inimicitia, contentiones, & quæ sequuntur. deinde subiungit: Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Quis huc neget, quin vt illa sæpè cernimus, sic hos etiam fructus spiritus? alioqui quomodo, si latèrent, præciperet Apostolus Timotheo, vt esset exemplum fidelium in charitate, in fide, in castitate? Quomodo item præciperet Ephesijs, vt infructuosa opera tenebrarum lumine virtutum ac bonorum operum redarguerent? Omnia autem, quæ arguuntur, inquit, à lumine manifestantur. omne enim quod manifestatur, lumen est. Quomodo igitur reliquias ecclesie, si illuminatae sunt, & in lumine bonorum operum ac fructuum spiritus versantur, latere possunt & ignorari? Neque solum hoc de occultis reliquijs ecclesie contra scripturam, & ipsum naturæ sensum, ac rerum experientiam dixisti, sed illud etiam, quod reliquias tantum ecclesie, ecclesia alioqui per eundem orbem propagata & diffusa, concedis, quod quidem cum promissis Dei & fide eius pugnat. Dominus enim dixit: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reli-

reliquiæ saluæ fient: Et iterum, Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissimus. De ecclesia autem ex gentibus congreganda, promisit Abræ, inquiens: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Idem promisit Isaac & Iacob. & per Esaiam capite 11. Repleta est, inquit, vniuersa terra, vt cognoscat Dominum, sicut aquæ maris operientes. & erit in die illa radix Iesse, & qui exsurgat regere gentes, in eum gentes sperabunt. & nē dubitemus de ecclesia dicta esse hæc, habemus Paulum interpretem in epistola ad Roman. Quomodo ergo reliquias credentium, cum aquis maris comparari possunt? aut quis vnquam, præter te & tui similes, illa vaticinia de reliquijs Iudeorum, quæ Deum cognouerunt, interpretatus est, Vniuersa terra replebitur scientia Dei? ac rursus Esaias: Germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine? & Dauid: Laudate, inquit, omnes gentes Dominum, laudate eum omnes populi? quod Apostolus Paulus de ecclesia credentium interpretatus est. Si ecclesia in reliquijs consistit, quomodo hæc prophetiæ veræ sunt? implent ne reliquias faciem terræ? aut sunt reliquie omnes gentes & omnes populi? aut cur Dominum Iesum hæreditate paterna, per eundem orbem dilatata, spoliatis? cū diuitias ex gentibus, (sic enim Paulus vocat) in paupertatem & angustias reliquiarum ex Iudeis, conuertis? Hominis, inquit Apostolus, testamentum nemo spernit, aut superordinat: Abræ dictæ sunt promissiones, & semini eius: non dicit, Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc verò est testamentum, Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc ergo tu Andrea testamentum, confirmatum à Deo in Christo, spernis & superordinas, cū ecclesiam ex omnibus gentibus & populis promissam & exhibitam, ad paucitatem reliquiarum redigis. De qua ergo scriptura hoc profertis vos, qui semper verbum Dei iactatis? Sin verò ad has scripturas, quas obijcimus, respondere non potestis,  
A a nec



Andreas Freyhub sui immemor, sibi contradicit, & scripturam sanctam.

Protestantes auctores Andrea ad exemplum Donatistarum de paucitate gloriantur.

Psal. 21.

nec alias vos in speciem saltem contrarias haberis, quibus nostra refutare, & vestra confirmare vtrunque possitis, cur tandem non ceditis veritati? Deinde si tu Andrea, vi veritatis constrictus, confessus es capite tuo vigesimo primo, neminem piura diciturum, nullam fuisse ecclesiam sub regno pontificio, nondum repurgata doctrina per Luterum, hoc enim esse, manifeste falsitatis arguere promissiones diuinas de ecclesiae perpetuitate: quomodo oblitus tui & scripturam, reliquias ecclesiae, quas sub regno pontificio concedis, proximo capite vigesimo secundo cum reliquijs ecclesiae sub Antichristo comparasti? Si enim propter promissiones diuinas de perpetuitate ecclesiae, das nobis reliquias ecclesiae Dei, id est, paucitatem latentium: cur propter easdem promissiones diuinas de propagatione, & dilatatione ecclesiae per cunctum orbem, non das magnam ecclesiae amplitudinem, per omnes mundi plagas diffusam? cur inuides gloriae Christi propter paucos ecclesiae tuae, vt tu dicis, in regno pontificio latentes, de quibus gloriaris exemplo Donatistarum, qui de paucitate quoque gloriabantur, vt eis Augustinus libro tertio contra Cresconium capite 67. exprobrat. Si non audes, vt fateris, in neganda perpetuitate ecclesiae arguere promissiones diuinas manifeste falsitatis, cur audes in neganda magnitudine? Dauid dixit psal. 21. in persona Christi a mortuis suscitati, vt inscriptio psalmi testatur, Pro auxilio matutino, mane enim die Dominico surrexit virtute sua & patris, laus mea in ecclesia magna: & tu audes corrigere prophetam, quasi dicere debuisset, laus mea in ecclesia parua? Quid enim sunt reliquiae ecclesiae, nisi ecclesia parua? aut num potest negari, quin totus ille psalmus ad Christum passum mortem, & a morte suscitatum pertineat, testimonio etiam trium euangelistarum, Matthei, Marci, & Ioannis? Et paulo post, quae sit ecclesia magna, declarat, cum ait: Et reminiscuntur, & conuertentur ad eum omnes fines terrae: & adorabunt in conspectu eius vniuersae familiae gentium. Sed videamus de constantia harum

rum promissionem. Apostolus ait: Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum. Promissiones dicit illas Abraae factas de omnibus gentibus in semine Abraae, qui est Christus, benedicendas. Sic enim Paulus in epistola ad Galatas interpretatus est. Subiungit deinde Apostolus testimonium Prophetae, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus Domine. & iterum, Laudate omnes gentes Dominum: laudate eum omnes populi. & subiungit Propheta causam laudis, quam iam Apostolus exposuerat, Quoniam confirmata est veritas eius super nos. hoc enim dixit propter Iudaeos, quorum patribus benedictionem hanc promiserat: Et misericordia eius manet in aeternum: hoc dixit propter gentes, quae tanquam oleastri, sicut Apostolus ait, naturalibus ramis inserti, & socij radicis Christi, ac pinguedinis benedictionis per misericordiam facti sunt. Quomodo ergo veritatem promissionum, a Deo sanctis patriarchis per vniuersos fines confirmatam, & misericordiam eius super omnes gentes in perpetuum manentem, falsitatis arguis, dum reliquias tantum ecclesiae protestantium, id est, Luteranarum tanquam verae, in reliquis regionibus & regnis relinquis? Venit in mentem, vt dicam tibi Andrea, quod Augustinus epistol. 48. ad Vincentium Donatistam, eundemque Rogatistam, scripsit, qui ecclesiam quoque sibi vendicabat: Clama, inquit, & contende, quantum potes, etiam si apud Persas & Indos euangelium praedicetur, vbi quidem iam diu praedicatur, nisi quisquis hoc euangelium audierit, Cartennas venerit, vel in viciniam Cartennensium, mundari, inquit, omnino a delictis suis non poterit: dicamus nos pro eo, nisi quisquis hoc euangelium audierit, in Germaniam venerit, vel in viciniam Germaniae, mundari omnino a delictis suis non poterit. Cur ita? Si vtrunque interrogemus, te, inquam, & Vincentium Rogatistam

Rom. 15.

Gal. 3.

Rom. 15. Psal. 118.

Ibidem.

Rom. 11.



stam, responsuri estis, quia apud vos tantum est ecclesia, & in reliquijs vestrae ecclesiae, quae apud nos latent in regno pontificio. Vbi autem non est ecclesia, non fit remissio peccatorum. Sed quia nullum testimonium scripturae sanctae habetis, neque proferre vnquam potuistis, quo ecclesiam vestram, quam putatis, probetis, nos vero infinita habemus de diuinis promissionibus ecclesiae per omnes partes mundi, quae sub caelo sunt, dilatandae, & eas vos impletas esse negare non audebitis, ne cum Iudaeis faciatis. Eisdem testimonijs diuinis nos rursus probamus, nullam vos ecclesiam habere, quandiu pars illius ecclesiae a Deo promissae, & per totum mundum creatae non estis. quia etsi vnum baptismum ecclesiae Catholicae habetis, in quo meliores estis, quam Donatistae: tamen non vnum altare, nec vnum sacerdotium ex scripturis habetis, sed quod vobis finxit Luterus, in quo peiores estis, quam Donatistae, & ceteri schismatici. Illi enim corpus tenent sine capite, in eos enim competit, quod idem Augustinus in Quaestionibus veteris & noui testamenti, cap. 110. ait, Nam & ordinem, ab apostolo Petro coeptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium episcoporum seruatum, perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est, corpus sine capite profitentes. At vos neque corpus Christi habetis, quod est ecclesia: neque caput eius, ex quo totum corpus compactum & connexum est. Sed de ecclesia dixi quantum satis esse visum est, libro superiore.

Protestantes partim meliores, partim peiores, quam Donatistae.

Eph. 4.

*De comparacione reliquiarum ecclesiae cum tempore Antichristi, quam faciunt Protestantes contra scripturam: & de multis vocatis, & paucis electis explicatio in parabola de operarijs: item de Antichristo, & de Antichristis qui sunt, & vbi, & quomodo lesum soluant multis testimonijs scripturae & argumentis.*

CAPVT V.

**I**llud deinceps exequiamus, quemadmodum reliquias istas suas, cum ecclesia tempore Antichristi, cap. 22. disputationis suae perperam Andreas comparauerit. Sic enim scripsit: Ad haec facilis est responsio & expedita, fuisse quidem aliquas ecclesiae reliquias etiam sub regno pontificio. Nam manifeste praedicit Apostolus, Antichristum in ipsa ecclesia sedem suam habiturum: & Christus ipse, tam late dominaturos in ecclesia errores affirmat, vt, si fieri possit, per illos etiam electi Dei seducantur. Haec tenens Andreas. In euangelio, quod Andreas paraphrasticè citare solet, sic scriptum est ad verbum: Nolite credere, surgent enim pseudo-christi & pseudoprophetae: & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. In eandem sententiam dixit apostolus de Antichristo, euangelium imitatus, Cuius est aduentus secundum operationem Satae in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus in omni seductione iniquitatis, in ijs, qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ex eo ergo, quod Dominus praedixit de magnitudine signorum & prodigiorum mendacium Antichristi, qualia sunt, quae Hippolytus martyr in libro de consummatione seculi, & de Antichristo describit, ad decipiendum eos, qui veritati credere noluerunt, vnde non male collegit Andreas late dominaturos esse in ecclesia errores: nihil aliud efficitur, quam quod Dominus dixit in euangelio, multos quidem vocatos esse, paucos vero electos: sed tempore Antichristi maiore adhuc proportione, quam nunc, futuros esse multos vocatos, & paucos electos. Ceterum, vt nunc electi, licet innumerabiles sint per cunctum orbem, si tamen cum vocatis comparentur, pauci sunt: sic etiam tunc futurum est: vt sit omni tempore sententia Domini vera, multos esse vocatos, paucos vero electos. Electos vocat illic Dominus eos, qui vocati mane, tertia, sexta, nona, vnde

2. Thef. 2.

Matth. 24.

2. Thef. 2.

Matth. 22.

Multos esse electos, sed proportione non electorum paucos. Qui vocentur electi in euangelio. Matth. 20.



2. Pet. 1.

De horis  
tacitis in  
parabola  
de operarijs

Esa. 59.

Esa. 54.

Gal. 4.

Matth. 8.

Apoc. 7.

decima, in vinea laborauerunt. Hi enim fecerunt certam & firmam vocationem suam laborando. Vnde beatus Petrus ad exemplum illorum hortatur nos in epistola sua, vt vocationem nostram certam, siue, vt est in Græco, firmam per opera bona faciamus. Hi igitur etsi multi sint, quod nemo negare potest, proportionem tamen malorum, qui aut vocati noluerunt venire: aut venerunt quidem, sed noluerunt facere opus in vinea, ad quod vocati erant & cōducti, pauci sunt. Ille enim pater familiās, qui egressus est primo manē, ac conduxit operarios: & rursus tertia, sexta, nona, & vndecima idē fecit, nō est putandum, non exisse reliquis horis, in euangelio tacitis, ad vocandum & conducendum alios: immō verō vocasse, & noluisse illos venire. Verū parabola non narrat, quibus horis & temporibus egressus est ad vocandum, & vocati noluerunt venire: in quibus euenit, quod Esaias dixit, Vocauit, & non fuit vir, qui audiret: neque rursus narrat, quādo egressus est ad conducendum operarios, & conduxit, remansisse alios, qui ex conuentione illa noluerunt ire ad laborandum in vinea. Isti enim, tanquā indigni memoria Dei, prateriti quoque sunt, & taciti in parabola: tametsi satis apertē eos euangelium significat, cum subiungit ad extremum, multos esse vocatos, paucos verō electos, quales fuerunt, qui vocati, & operati sunt in vinea: id est, in mandatis Dei. Illos autem multos vocatos, intelligimus partim vocatos esse, & noluisse venire: partim vocatos, & venisse, sed non operatos fuisse, quod operari debebant. Sed quāuis itā multi sint vocati, vt electi cum eis (vt dixi) comparati, sint pauci, sunt tamen adhuc & ipsi electi multi. Stat enim firmitas promissionis Dei. Multi, inquit, filij desertæ, ait Esaias, magis quā eius, quæ habet virum: quod Paulus in epistol. ad Galatas de multitudine electorum in ecclesia Dei, interpretatus est. & Dominus in euangelio, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Et in Apocalyp. Post hæc, inquit, vidi turbam magnam, quam

Quomodo  
pauci, qui  
multi.

Galat. 3.

Matth. 13.

Rom. 9.

Rom. 15.

dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni &c. Sed quomodo sint iidem pauci, qui multi, respondet Augustinus libro 3. contra Cresconium: Quomodo, inquit, nisi quia iidem ipsi boni, verique Christiani, qui per seipsos multi sunt, in comparatione malorum, falsorumque itidem pauci sunt. Sic multa grana, quibus horrea magna complerentur, pauca dicimus in comparatione palearum. Sic etiam vt de ipso Dei testamento dicam, quod factū est ad Abraam de semine eius, qui est Christus, multe sunt stelle, quas numerare nō possumus, quibus tam grande cælum vndique circumfulget, sed paucas dicimus in comparatione arenæ maris. forte stelle signauerunt spirituales Christianos: maris autem arena, carnales: per quos & ex quibus hereses & schismata fiunt: utroque tamē genere plenus est mundus. per totum agrum, hoc est, per totum mundum frumenta, per totum zizania: quia de utroque dixit, qui falli non potest: Sinite utraq; crescere vsq; ad messem. Hactenus August. Infinita alia testimonia scripturarum sunt, quibus redarguuntur reliquæ istę tuæ, Andrea, inopes & tenues, quibus Christi diuitias fraudare impiè conaris. Et quod magis adhuc impiū est & blasphemū, promissiones Dei patribus, ex quibus est Christus, factas, quas vt idē Christus cōfirmaret, factus est minister circumcisionis, sicut apostolus ait, tu mendaces facis: & insuper eum spoliās gloriosā laude innumerabilium gentium propter misericordiam liberalissimæ vocationis. Poteram hīc in eo etiam te redarguere, quod reliquias istas ecclesiæ, quas dicis, doctrina nondum per Luterum, vt aiebas, repurgata, concessisti sub regno pontificio. Quererem enim à te, an ne fuisset ecclesia vestra ante Luterum? Si enim fuit, quod nomen habebat? Si catholicæ, cur mutauit? cur ei nomen dedit Luterus? In vos enim quadrat, quod Optatus Mileuitanus in Donatistas scripsit de Donato. Ausus est, inquit, populum cum Deo diuidere: vt qui illum secuti sunt, iam non Christiani vocarentur, sed Donatistæ.



Quomodo Protestantes populi cum Deo diuiserunt, ut olim Donatista.

Cur nomen Luteti, & Luteranorum in nomen Protestantium & Confessionistarum mutatum.

Ecclesia Protestantium cum Lutero nata.

Namquam in Germania nomen Catholicorum & Confessionis Catholicæ mutatum fuit usque ad Lutherum. Epistola Bonifacii apostoli Germaniæ ad Danielem.

Errores antiqui inter

tista. Idem fecit Luterus, etsi, ut mihi videtur, iam vos huius nominis pudicum esse, satis declarastis, cum Protestantes, siue Confessionista, dici maluistis: sed eadem vis est in his nominibus, in qua Luteri & Luteranorum appellationem mutastis. Quid enim est quod dicitis, Ego confessionis Augustinæ sum, Ego Calvinianæ, Ego Brentianæ? nūquid ecclesia, aut ecclesiæ cōfessio diuisa est? aut nunquid Luterus, aut Brētius, aut aliquis ex protestantibus, siue confessionistis pro vobis crucifixus est? Si ergo ante Lutherum ducem protestantium, cuius vos heredes estis, non erat ecclesia Luteranorum, siue protestantium, alioquin non fuisset ex eo tantum tempore sic appellata: quomodo reliquæ eius erant, sub regno pontificio, doctrina per Lutherum, ut dicis, nondum repurgata? Quomodo, inquam, erat, antequam nata esset? Ostendite mihi, ubi ante Lutherum erant, aut dicebantur Luterani? Si Luterus non fuisset inter vos natus, cuius vos hodiè confessionis essetis? nonne confessionis patrum vestrorum? Interrogo igitur, quod illi nomen aliud habuerunt, aut recipere vnquam voluerunt, nisi Christianorum, & Catholicorum? licet non defuissent, qui Catholicæ doctrinæ deprauationem à principio tentarent: ut ex epistola Bonifacii apostoli Germaniæ ad Danielem perspicere potest, sic enim ad eum scripsit: Sunt nobis iuxta Apostoli dictum non solum foris pugna, & intus timores, sed etiam intus pugna cum timore maximæ semper per falsos sacerdotes & hypocritas, qui Deo aduersantur, & sibi perduntur, & populum per plurima scandala & varios errores seducunt, dicentes populis iuxta dictum prophetæ, Pax, pax, & non est pax: & semen verbi, quod de sinu catholicæ & apostolicæ ecclesiæ sumptum, & nobis commendatum seminare aliquantulum studemus, illi cum lolio superseminare & suffocare nituntur, vel in herbam pestiferi generis conuerrere: & quod plantamus, non irrigant, ut crescat, sed euellere studet, ut marcescat, offerentes populis, & docentes nouas sectas, & diuersi generis errores, quidam abstinentes à cibis, quos Deus ad percipiendum

dum creauit: quidam melle & lacte propriè pascentes se, panem & cæteros cibos abijciunt: Quidam autem affirmant, quod plurimum nocet populo, homicidas vel adulteros in ipsis sceleribus perseverantes, fieri tunc posse sacerdotes. Hactenus S. Bonifacius. Quis cum ratione dubitare potest, quin in eodem loco, si quid eorum, quæ Luterus postea ætate nostra superseminauit, tunc superseminum fuisset, simul cum istis erroribus, quos dixit, idem Bonifacius commemorasset? Illud ergo, pasce melle & lacte, & panem & cæteros cibos reijcere, & homicidas atque adulteros perseverantes in scelere, fieri posse sacerdotes: quero, receperunt ne patres vestri, & vobis reliquerunt? minimè. cur ita, nisi quia doctrinis varijs & peregrinis, à regula Romanæ institutionis tradita abduci noluerunt? Illud verò, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, nè per calumniam, ut soletis, contra nos accipiendum esse existimetis, quasi nos hoc faciamus, non pertinet ad nos, nec ad Maiores vestros, qui idem, quod nos facimus, illis temporibus faciebant. Abstinemus enim nos, ut Timotheus abstinere à vino, ut multi apud nos in pane & aqua ieiunant: abstinemus, inquam, non causa superstitionis, sed castigandi & humiliandi carnem in obsequium Dei. Illud enim, quod nunquam protestantes intelligunt, & semper obijciunt, Nemo vos iudicet in cibo & potu, eò pertinere apostolus voluit, ut quia in multis locis scripturæ sanctæ est in benedictionibus & promissionibus vinum & frumentum, nè quis propter paruitatem promissionis, alium Deum sibi fingeret præter Deum veteris testamenti, in quo huiusmodi benedictiones ac promissiones feruntur, ut à sensu secundum literam occidentem Paulus simpliciores abduceret, admonuit varietatem huiusmodi ciborum, ad ea per anagogem referre, quæ vnaquæque anima, ut digna est, participat, quibus sanctificatur, roboratur, incolumisque ad perficiendum opera sua seruatur. Hæc Eusebius Cæsarens. in commen. psalmi 4. cum illud explicat, à fructu

initia religionis Christianæ in Germania.

Colof. 2.

Quomodo, & qua ratione Catholici abstinere à cibis sanctis & religiosis.

Quorundam illud Apostoli pertinet, nemo vos iudicet in cibo & potu.



framēti, vini, & olei, multiplicati sunt. Subiungit verò postea Eusebius: Et nè sine testimonio, inquit, loquar, sufficit Paulus, qui clarissimè hoc docet in epistol. ad Colossenses: Nemo, inquit, vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. Hastenùs de reliquijs ipsis ecclesiæ, quas protestantes per Andream patronum nobis concedunt, quas idem Andreas cum Antichristi tempore comparauit. in qua comparatione quia pontificem Romanum facit Antichristum, vt ex magistro Martino Lutero didicit, aliquid de hoc ad redarguendum eum, dicendum est. Sicut enim illi, quos Paulus in epist. ad Thessal. 2. notat, per spiritum, id est, dicentes se esse prophetas, decipiebant Thessalonicenses, cum aiebant, instare diem Domini, id est, tempus consummationis seculi: sic etiam Martinus Luterus, qui se prophetam Germanorum fecit & vocauit, Germanos decepit, dicēs pontificem Romanum esse Antichristum. Sed cum semper pontifex pontifici succedat, non iam vnum Antichristum, sed multos contra epistolam Pauli propheta istorum facit. Paulus enim non plures, sed vnum Antichristum, quem hominem peccati, & filium perditionis vocat, antequam veniat dies Domini, reuelandum esse dicit. Deindè si pontifex est Antichristus, doce Andream cum academia tua, quemadmodum in pontificem cadat, quod in eodem loco ait Apostolus de filio perditionis, aduersari, & extolli supra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur: id quod Daniel prædixerat, inquit: Et eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem deum: & aduersus Deum loquetur magnifica. Quomodò hæc in eum quadrant, qui se in omnibus literis, quas ad ecclesias, & fratres, ac coepiscopos scribit, seruum seruorum Dei vocat? qui custodiam religionis Dei & fidei Catholicæ, à sanctis apostolis prædicatæ & traditæ, omnibus præsidijs ac vigilijs munire semper studet, tanquam in specula obseruans, quemadmodum omnes Ecclesiæ Dei per cunctum orbem disseminatæ, religionem

Dani. 11.

nem fidei, ac Dei cultum castè tueantur? Si ex ijs, quæ Antichristus ille facturus est, secundum Danielis prophetiam, de Antichristo ipso, an iam venerit, iudicandum esset, apud vos iam esse probabiliùs iudicaremus. Ait enim de eo inter cætera, Et Deum patrum suorum non reputabit: quod quidem non de Antiocho, qui fuit alioqui typus Antichristi, intelligi potest, sed de Antichristo. Antiochus enim, vt est in libro secundo Maccabæorum, capite quinto, deos patrum suorum reputauit, qui quidem templum Hierosolymitanum, Iouis Olympij cognominari fecit: & templum Garizinum, Iouis hospitalis. An non potiùs hoc in vos quadrat, qui cum religionem patrum vestrorum mutastis, Deum patrum vestrorum reputare, id est, agnoscere & honorare desististis? Non tamen dicimus, iam Antichristum venisse, & apud vos esse: nè, sicut vos facitis, Dominum & Deum veritatis, mendacem faciamus. Ipse enim dixit, priùs prædicandum esse euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: & tunc, inquit, veniet consummatio. In testimonium dixit omnibus gentibus, vt si postea Antichristo crediderint, non possint excusare, non audisse priùs veritatem. Hoc Paulus magis adhuc explicauit, cum ait, loquens de ijs, quos Antichristus signis & prodigijs mendacibus decipiet, eò quod charitatem, inquit, non receperunt, vt salui fierent: ideò mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, & consenserunt iniquitati. Priùs igitur, quam veniat Antichristus ad decipiendum, prædicandum est euangelium in testimonium veritatis. Hoc itaque est, quod nunc aduentum Antichristi detinet. atque hoc quidem significat, quod paulò antè dixit Apostolus: Et nunc quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tempore: quia scilicet nondum est in vniuerso orbe prædicatum euangeliū. Nam mysterium iniquitatis iam

Quomodò  
quæ de An-  
tichristo à  
Danièle  
prædicta  
sunt, in Lu-  
cerà magis  
quadrant vt  
in præcur-  
sorem eius.

Qui ponti-  
ficem Rom.  
Antichristū  
blasphemè  
faciunt, quo-  
modò De-  
um faciunt  
mendacē.  
Marth. 24.

2. Thef. 2.



Quomodo iam mysterium iniquitatis Antichristi operatur.

Daniel.

Qui sint nunc Antichristi, & ubi.

1. Ioan. 4.

Qui sunt, qui Iesum solvant.

operatur: tantum, ut qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat, id est, donec remoueat hoc impedimentum. Sic enim, ne sine auctore, & quidem optimo & antiquo, loquar, Theodoretus interpretatus est in commen. epist. 2. ad Thesla. & Danielis cap. 7. Interim vero mysterium iniquitatis illius operatur: id est, iniquitas illius nouissimi Antichristi, palam tempore suo reuelanda, in suis precursoribus Antichristis, qui iam multi exierunt, occulte nunc & quasi in mysterio exercetur. Verbi gratia, quod Antichristus palam & aperte facturus est, ut tollat iuge sacrificium, iuxta Danielis prophetiam, occulte nunc, & quasi in mysterio ab hereticis fit, cum partim eorum presentiam corporis negant: partim, naturam panis adhuc in Eucharistia remanere dicunt: & non esse Eucharistiam, nisi cum sumitur. Item quod Antichristus aperte Deum patrum suorum negaturus est, hoc scelus confessionista & ceteri Lutherani in mysterio tenent, id est, aperte & occulte illud admittunt, cum fidem Maiorum suorum condemnant. Quid enim aliud est hoc, quam negare Deum patrum suorum, quod facturus est Antichristus? Hoc tantum ab illo differunt, quod illius scelus reuelabitur: id est, aperte hoc Antichristus profitebitur: horum vero, testum adhuc est: id est, nondum aperte hoc profitentur. Cum igitur certum sit, nondum venisse illum Antichristam filium perditionis, & euangelium negare eos, qui hoc affirmant: rursus vero, cum Ioannes dicat, Nunc Antichristi multi facti sunt: doceamus, quinam sunt huiusmodi Antichristi, & ubi: vtrum nos, & in nostra ecclesia: an vos, & in vestris conuentibus? Qui ergo sint huiusmodi Antichristi, idem Ioannes docet in eadem epist. paulo post, cum ait: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est. Nos igitur huiusmodi Antichristi, qui IESUM sol-

Quomodo non satis confitentur Protestantes, Christum in carne venisse.

uunt, non sumus: siquidem in ecclesia nostra omnes, a minimo usque ad maximum, vnionem substantialem & hypostaticam vnus diuine nature cum vera natura humana perfecta, & anima ratione preedita, in vna persona Iesu Christi Domini nostri sine vlla mutatione, saluis vtriusque nature proprietatibus, confitentes, Sabelliū, Ariū, Macedoniū, Nestoriū, & Eutychē anathematizamus: sicut sancte synodi oecumenice, Nicene, Constantinopolitane, Ephesine & Chalcedonensis anathematizarunt. Fortasse dicturi sunt protestantes, satis haecenus sibi nobiscum conuenire: se enim eosdem istos hereticos anathematizare. at non ita est: non satis, inquam, conuenit. non enim Iesum Christum in carne venisse satis confitetur, qui negat Christum esse prototypum imaginis suae, quod vniciq; homini naturaliter conuenit. nullus enim homo reperitur, quin eius forma effingi possit. Etenim si non est Christus imaginis suae prototypum, ergo nec incarnatus est, conclusit sanctus Nicephorus disputans ante annos 800. contra Ieonomachos, manetque adhuc incircumscriptus infinitate diuinitatis suae. quod si factus est homo, & ut beatus Ioannes ait, Iesus in carne venit, & in nostra natura ac more nostro apparuit, necessè est tribuere ei, quod omni homini secundum rationem similitudinis naturaliter conuenit. Rursus vero si Christus prototypum imaginis suae est, cum prototypum & imago vnum sint, non natura, sed *ομοιωσις*, id est, habitudine siue relatione, neque sit hac ratione imago, siue effigies, a prototypo suo separabilis: consequens item necessàriò est, ut hac eadem ratione, id est, quatenus imago ad prototypum naturaliter refertur, nec honor & veneratio prototypi ab honore & veneratione imaginis separari possit. Hoc tantum interest, quod prototypum propriè ac secundum naturam suam, a nobis honoratur, & veneratione afficitur: imago vero non propriè, id est, non propter se ac naturam suam, sed propter prototypum: neque per se, id est, non absolutè, sed *ομοιωσις*, id est, quatenus ad prototypum refertur, honora-



Quomodo  
qui imagi-  
nem Christi  
adorandam  
esse negat,  
Iesum sol-  
uat.

Soph. 2.

Mal. 2.

Ioan. 4.

Zach. 13.

tur. Explicatum est ergo, quemadmodum qui imaginem Christi adorandam esse negat, Christum in carne venisse negat: & ideo Antichristus est, sicut ait Ioannes: atque hic est, qui Iesum soluit: id est, qui cum in unione carnis substantiali & personali venisse negat. Alia etiam ratione Iesum in carne venisse negat, & Iesum soluit, ac proinde Antichristus est, qui imaginem Christi venerandam esse negat, & eam vocat idolum: Quia scilicet sancti prophete per aduentum Iesu Christi in carne, omnia idola delenda esse prophetauerunt. sic enim ait Sophonias, prophetans de aduentu Iesu in carne: Manifestus erit Dominus super eos: & disperget omnes deos gentium terrae: & adorabunt singuli de loco suo, omnes insule gentium: & vos Aethiopes, Interfecti gladio meo eritis. Nemo Catholicus est, qui non confiteatur perductum esse ad effectum per aduentum Christi, ut omnes de loco suo adorent Deum: & iuxta prophetiam Malachiae, clarificatum sit nomen Dei in gentibus, & in omni loco offeratur thymiana nomini eius, sicut Dominus Samaritanarum promisit, cum ei dixit: Crede mihi, quia venit hora, quando nec in monte hoc, nec in Hierosolymis adorabitis patrem. Si igitur perductum est hoc ad exitum, cum Iesus Christus venit in carne: necesse est, ut illud quoque, quod cum hoc connexum & copulatum est, ad exitum quoque perductum sit: ut deos, inquam, gentium deleuerit, quos paulo supra idem propheta Sophonias nomina Baalim appellauerat: id est, honores & cultus idolis adhibitos. hoc enim significare nomina Baalim, notauit B. Cyrillus in commentarijs huius prophetae. Item Zacharias: In illa die, inquit, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus in Hierusalem, in transmutatione & in ablutione peccatoris, sicut est apud Ixx. in adspersione. Praedixit adspersionem ex aqua baptismi, quo fit purgatio peccatorum in domo Dauid, id est, in ecclesia Christi de semine Dauid, ubi fit mutatio sicut translatio, ut est apud Ixx. in Iudaeis quidem a lege, & sacerdotio Leuitico ad euangelium, & ad sacerdotium secundum ordinem

dinem Melchisedech, ab ira ad gratiam, a litera ad spiritum, ab umbra ad veritatem, a seruitute ad libertatem: in Gentilibus vero ab incredulitate ad fidem, & a carne ad spiritum. En tempus gratiae, & status ecclesiae Catholicae. Deinde subiungit: Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra: & non memorabuntur ultra. Hic quoque honores & cultus idolis adhibitos, nomina idolorum, & memoriam eorum vocat. Qui igitur in ecclesia Dei, in qua apertus est fons baptismi, adhuc idolorum cultus esse dicit, ut confessionistae & ceteri Lutherani, hi Iesum Christum in carne venisse, ex parte negant: siquidem in aduentu Christi aperiendum esse fontem baptismi, simul & idololatriam delendam esse, prophete praedixerunt: nec alterum potest solui, altero relicto, cum vtrunque inseparabiliter copulatum sit, quin aduentus Christi, qui vtrunque operatus est, soluat: aut si alterum potest esse in ecclesia sine altero, id est, apertus fons baptismi post aduentum Christi, & idolorum cultus non deletus, sed adhuc durans in imaginibus, mendaces sunt prophetae. Qui autem mendaces faciunt prophetas, hi rursus Iesum Christum in carne venisse negant, ac proinde Iesum soluiunt, & Antichristi sunt. Christum enim venisse, per Moysen & prophetas veraces Iudaeis demonstramus, & conuincimus: ut Paulus in synagogis Iudaeorum faciebat: & ille Apollo Alexandrinus, qui vehementer, inquit, Iudaeos reuincebat publice, ostendens per scripturas esse Christum Iesum. Non tamen existimandum est, omnibus, quos reuincebat, persuasisse. Illud enim in scripturis pendet, & in argumentis inde ductis, quae refelli non possunt: hoc vero in iudicio eius, qui reuincitur, ut hic confessionistis accidit, quos etsi omnium iudicio reuincimus, & aduentum Christi in carne ab eis negari, cum culturam imaginis Christi negant, scripturis & argumentis, quae refelli non possunt, demonstramus: suo tamen iudicio, quod hereticorum proprium est, nunquam reuincuntur. Unde proprio iudicio condemnatos

Ad. 13.

Hereticorum  
proprium,  
etsi omnia  
iudicio re-  
uincantur,  
suo tamen  
nunquam.



tos vocat Apostolus. Pergam igitur, etsi in obstinatis nihil proficiam, alijs adhuc argumentis ex scripturis, quæ neque redargui, neque conuinci possint, conuincere, quanuis non fateantur, Iesum soluere confessionistas, ac proinde iam Antichristum apud eos esse. Ait igitur Apostolus: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. & iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. & iterum, Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Si Christum Iesum postquam in carne venit, & quidem circumcisa, in testimonium veritatis promissionis factæ patribus, omnes gentes laudant, & omnes populi eum magnificant, sicut Dauid propheta ait: ergo cum dicunt confessionista & ceteri Lutherani, ecclesiam esse apud se, & non apud nos, Iesum Christum in carne venisse negant, ac proinde Iesum soluunt, & secundum epistolam beati Ioannis, Antichristi facti sunt. Etenim si venit in carne, cum Deus, qui per prophetas suos locutus est, fidelis sit, & mentiri non possit: necessè est, vt quanuis fingamus ecclesiam esse in Germania, non sit ecclesia in parte Germaniæ tantum, siquidem non sunt in Germania omnes gentes & omnes populi. Est igitur ecclesia apud alias gentes innumerabiles, quæ tamen fidei Lutheri, sicut aliorum hæreticorum, anathematizant, vt in Italia, Gallijs, Hispania, in Septentrione, in Indis, & infinitis insulis. Præterea, subiungit in eodem loco idem Apostolus aliam prophetiam, per aduentum Christi in carne ad exitum perductam. Et rursus, inquit, Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Si Christus, quatenus in carne venit, ortus ex semine Dauid, rex gentium factus est, translato regno patris sui in ecclesiam, congregatam ex omnibus gentibus, quæ est domus Iacob, in qua regnat in terris, & vsque ad consummationem seculi

Rom. 15.

Psal. 17.

Psal. 116.

Rom. 15.

secundum humanitatem regnaturus est, cum Christum secundum carnem in propria specie non videamus, vt princeps Apostolorum ait, in quem nunc non videntes, credentes autem, exultabitis lætitia inenarrabili: necessè est, vt in aliquo vno, quem gentes videre possint, regnet, ita vt qui hunc, in quo regnat, videat, is Christum regnantem videat: & qui huic pareat, & ab eo regatur, Christo, quem non videt, se parere, & ab eo regi credat: alioqui si de celo tantum regeret, ac regnaret hoc regnum, sic etiam vt Deus, infinitate diuinitatis suæ incircumscriptus, à principio regnabat: docui autem supra, nè eadem repetam, cum, in quo Christus nunc regnum Dauid secundum scripturas in terra regnat, non esse regem seculi, qui lege humana creatur, & in animas nullam accepit potestatem, sed tantum in corpora, & deficere potest à fide: non enim pro rege seculi rogauit Christus, nè deficeret fides eius, sed pro Petro vicario suo, cui in animas etiam potestatem dedit, & in eo pro successore. Quare is, in quo regnat nunc, successor beati Petri est, super quem ecclesiam ædificauit, & cui claues regni cælorum dedit: in quo etiam, vt paulò antè dixi, omnes Lutheranos per scripturas reuincimus, tametsi iudicio suo, vt dixi, nunquam reuincuntur. Quare qui principatum in regno Christi, id est, in ecclesia Catholica, episcopo Romano principis Apostolorum successori negant, Iesum Christum in carne venisse negant, & Iesum soluunt. Siquidem quatenus homo, Dei filius sedem Dauid à Deo accepit, quam in ecclesiam, cui Petrum præfecit, transtulit: Hi igitur sunt antichristi, Viderit ergo academia Lipsica, an habeat verbum Dei, quo possit hæc refellere: nisi verbum Dei vocat, nihil dicere præter somnia & conuicia, vt protestantium scriptores facere solent. Obijcite enim nobis, si potestis, in qua re aut dogmate negemus Christum venisse in carne, vt nos vobis obijcimus, & argumentis, quæ redargui non possunt, probamus. Sed hæc hætenus.

1. Pet. 1.

Luc. 22.



*De criminibus, quae diuersis temporibus ecclesia Graecorum, ecclesiae Romanae obiecerunt, quomodo earum testimonium in nos citatum, in Protestantes retorquetur: ac primum de celibatu, de quo quid secundum verbum Dei & veterum Synodorum canones tenendum sit.*

CAPVT VI.

**D**osequamur adhuc idē cap. 22. disputationis Lipsicae. Subiungit enim deinde: Quid verò ad istam assentatoriam assertionem, & sanè capitalem, Pontificem Romanum caput ecclesiae suae esse, & non posse cum sectatoribus suis errare? Sed videamus, quemadmodum doctor Lipsicus hoc probat. Fuerunt enim, inquit, (vt ecclesias Graecas, quae errores & superstitiones ecclesiae Romanae quam plurimas non probauerunt, neque receperunt, praeter eam) in regno pontificio, praeter Pontifices ipsos, episcopos & monachos, plerique alij viri docti & pij, qui illas multiplices corruptelas doctrinae euangelij serio improbauerunt &c. Hac mendosa parentesi probat Andreas, falsam esse illam assertionem capitalem, quam dixit, quae huiusmodi argumentationis vim habet: Ecclesiae Graecae, errores & superstitiones quam plurimas ecclesiae Romanae non probauerunt, neque receperunt: ergò assentatoria & capitalis assertio est, non posse Pontificem errare cum sectatoribus suis. Rogo te, Andrea, qui ecclesias Graecas testes citas errorum, & quam plurimarum superstitionum ecclesiae Romanae, quorum errorum & quarum superstitionum testes dicis? Recita testimonia. aut enim testes praesentes sunt: aut testimonia recitari solent, vt est in Adriani rescripto. Si sciebas, cur non dixisti, nè à te totum hoc confictum iudices suspicarentur? Qua impudentia & audacia fretus, testibus vti volebas, qui nec interrogari praesentes possent, nec absentium testimonia recitari? Quis non intelligit, callidè te hoc fecisse, nè si errores, quos dicis, & su-

*Cuiusmodi testes à Protestanti- bus,*

& superstitiones protulisses, haberem, quod refellere & redarguere possem. Concedamus ergò tibi, Graecas ecclesias quaedam in Latinorum ecclesijs, id est, in nostris & patrum vestrorum aliquandò improbasse, & reprehendisse. quid? continuo iam probatum erat, aut non finxisse, aut non temerè reprehendisse? Sed ego isti tuo testimonio Graecarum ecclesiarum nescio quarum, de re incerta, & nullius fidei, rursus opponam testimonium verissimum, ac maximae authoritatis, omnium ecclesiarum Graecarum: vt intelligant confessionista, quantum patrocinio tuo eorum Augustana confessio proficiat. Prius tamen, nè quid more tuo dissimulem, dicam ego, quod à te praeteritum est, quos errores & crimina ecclesiae Graecae, quas dixisti, ecclesiae Romanae diuersis temporibus obiecerunt. Primum igitur ante annos amplius 800. post Heraclium Imperatorem, & Agathonem pontificem Romanum, auctores sunt reprehendere ecclesiae Romanae celibatam. Sic enim est in canone xiiij. eorum, qui sextae Synodo, quae in Trullo habita est, falso ascripti sunt, vt paulò post docebo: Quoniam intelleximus, inquit, morem esse ecclesiae Romanae vice canonis, vt videlicet qui in numerum atque ordinem diaconorum atque presbyterorum eligendi sunt, non amplius cum vxoribus suis consuetudinem se habituros profiteantur: nos veterem apostolicam, eiusdemque perfectam regulam legem ac canonem secuti, coniugia legitima sacerdotum posthac firma, rataque esse volumus: ita vt nec coniungamus, neque consuetudine vxorum commodis temporibus priuemus. Sequuntur deinceps rationes legis huius sine canonis. Ecquis dubitat, quin si isti Trullani patres alia quamquam in ecclesia Romana, quae est alioqui omnium ecclesiarum magistra & dux, ad reprehendendum notassent, eadem sine audacia, sine temeritate reprehendissent, & more instituti sui emendassent? Hoc verò Graecas ecclesias, quae ad faciendos & edendos canones illos in Trullo, qui erat locus in palatio Imperatoris, conuenerunt, perperam & con-

*Andrea patrono & defensore, citentur.*

*Qui coelibatam ecclesiae Rom. auctores sunt olim reprehendere, si quid aliud reprehendendum iudicassent, eadem licentia reprehendissent.*



De Cano- nibus, qui sextæ Synodi esse fe- runtur.

tra auctoritatem scripturæ sanctæ, & sanctorum patrum tum Græcorum, tum Latinorum sententiam repræhendisse, satis me probasse arbitror in eo libro, quem de actis sextæ Synodi, & de canonibus eius iam pridem edidi: & postea adhuc limatiùs & copiosiùs libro secundo de dogmaticis characteribus verbi Dei. ad quæ si Andreas respondere voluerit, scio, se ipse, suosque confessionistas magis coarguet, quam nostra refellet. Satis fuerit, repetere hic, quod aliàs scripsi, & docui, nè ignoret Andreas, si fortè illos meos libros, quos dixi, non vidit, aut non habet: canones illos non esse sextæ Synodi, cui præfuit Legatus Agathonis episcopi Romani Iohannes diaconus, qui fuit postea Pontifex, sed xxvij. annis post sextam Synodum, ab alijs nescio quibus patribus editos. testatur hoc sanctus Theophanes confessor, Tarasij patriarchæ Constantinopolitani Syncellus, (sic, opinor, vocant secretarium) author propter sanctitatem & antiquitatem fide dignus. Is ergò etsi nationis suæ amicus, magis tamen veritatis, sic in annalibus, quos à Diocletiani temporibus, vbi Georgius monachus suo Chronico finem imposuit, vsq; ad Michaelem Leonis filium recto ordine perduxit, sic scripsit, vt ad verbum interpretatus sum: Illud, inquit, oportet non ignorare, casum & nugatorium esse, quod quidam dicunt, eos, qui esse sexti Concilij canones apud ipsos falso feruntur, post iij. annos editos fuisse: Vt enim in cæteris omnibus falsitatis coarguantur, ita in hac quoque re mentiuntur. Sic enim est vera temporum notatio. Habitum est sextum Concilium maximum contra Monothelitas, duodecimo anno imperij Constantini, qui fuit Heraclij successor, anno à mundo condito sexies miliesimo, centesimo, septuagesimo secundo. imperavit autem postea alijs quinque annis. Eo verò vita defuncto, imperavit filius eius Iustinianus annis decem, quo eiectione, Leontius tenuit imperium triennio. Leontio successit Tiberius, qui Absimarus etiam est nominatus: fuitque is in imperio annis septem. Deindè Iustinianus, qui fuerat antè expulsus,

sus, ad imperium reductus est, imperavitque rursus vj. annis, vt iam secundo anno huius posterioris imperij Iustiniani, scriptos fuisse canones vel ex ipso tertio canone constet, in quod ita scriptum est: Decernimus de concilij sententia, vt qui bis vxorem duxerunt, & ante hunc diem, qui est xv. mensis Ianuarij anni sexies miliesimi centesimi nonagesiminoni, hoc peccato constricti fuerunt, & illud non eluerunt, canonicæ purgationi subiiciantur. Haftenus Theophanes. Idè testatur Anastasius cognomento Bibliothecarius, Theophanè secutus, & interpretatus. Iemarus quoque Rhemensis archiepiscopus in lib. quem de varijs capitulis ecclesiasticis eodem ferè tempore scripsit, affirmat cap. xxij. nullum præter viij. capitula, sic enim vocat, sextam Synodum edidisse. Satis hæc esse debent, nè fortè Andreas confessionis Augustinæ defensor, in sacrum Romanæ ecclesiæ calibatam insultet auctoritate apocryphi canonis Græcorum, sextæ Synodo falso ascripti, temerè fretus. Sed videamus iam, quemadmodum authores huius ficti canonis, & ecclesiæ Romanæ temerarij repræhensores, suadere illum conati sunt: Quia euangelium, inquit, clamat, Quod Deus coniunxit, homo non separet. At ministrum sacri ordinis à cubili vxoris suæ non separet homo, sed diuina sacri calibatæ lex. non enim dixit, quod Deus coniunxit, nec homo, neque Christus separet: solet enim hæc Paulus distinguere, vt cum ait, Non ego, sed Dominus: Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. & rursus: Nec enim ego ab homine accepi illud, sed per reuelationem Iesu Christi, et si quæ alia sunt huiusmodi. Cum igitur dixit, Homo non separet: Deum planè excepit, qui per legem suam à sanctis apostolis traditam separet. ita vt dicendum sit, Non ego, sed Dominus. Præterea etiam, Paulus, inquit, honorabiles nuptiæ, & torus immaculatus: alligatus es vxori? nonliquerere solutionem. at abstinere à concubitu coniugali, non est soluere coniugium. quis hoc vnquam dixit, aut cogitauit? Nec enim licet aut vxori, alteri nubere: aut clerico coniugi,

Responso ad argumēta, & rationes falsas canonis apocryphi in calibatam.

1. Cor. 7. Gal. 1.



1. Cor. 7.

alteram ducere. Quare hoc? nisi quia non soluitur coniugium. Deinde si bonum est, id est, honestum & pudicum laico, non tangere uxorem suam, ut Corinthiis respondit Paulus, coniuges enim laici interrogauerant, ut S. Sixtus tertius in libro de castitate, & Theodoretus interpres Pauli affirmant: & eisdem præcepit Apostolus, ut propter orationem ad tempus ex consensu à coniunctione corporum abstinere: ne autem tentaret eos Satanas propter incontinentiam, rursus permittit redire ad concubitus, idque secundum indulgentiam, cum alioqui optaret eos esse, ut ipse erat, id est, semper ab vxoribus suis abstinere: si, inquam, honestum & pudicum est laicis, ad tempus abstinere à suis vxoribus propter orationem, quomodo non erit multo honestius & honorabilius, atque excellentius ijs, qui in sacrum ordinem Deo dicati sunt, propter sacrum & iuge ministerium ecclesie sanctæ, semper ex consensu abstinere? nunquam enim, nisi assentiente vxore, in ecclesia Græcorum maritus ordinatur. Cauendum præterea est, ut de neutro eorū futuræ incontinentiæ suspicio vlla sit: quod tum ratio antea actæ vitæ, tum ætas ipsa satis præstare potest.

Can. con. Carthag. v.

Citant postea canonem v. concilij Carthag. ut hypodiaconi, diaconi, & presbyteri κατ' ἰδίους ὁποιον, id est, secundum proprias definitiones ab vxoribus suis abstineant, ut quod apostoli docuerunt, & ipsa roborauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Sanctissimus canon est, & sacri cælibatûs sanctionem continet. Sed illi patres Trullani malè intellexerunt illud, secundum proprias definitiones: quasi canon iuberet, tunc quidem abstinere, cum ministrandum esset in ecclesia: expleto autem ministerio, permitteret non abstinere. Cum potius iubeat, ut hypodiaconi, diaconi, & presbyteri, quisque eorum in suo ordine, abstineant ab vxoribus suis. Non enim satis est, ut in ecclesia episcopus sit continens: sed debet quoque presbyter, etsi infra episcopum est, esse continens: neque sufficit, ut in ecclesia presbyteri sint continentes: sed necesse quoque est diaconis, licet inferioris ordinis sint, continentiam seruare: item hypodia-

Interpretatio canonis con. Cart. v.

hypodiaconi, etsi infra diaconos sunt, immò quauis non habent manuum impositionem, oportet tamen, ut in ordine ac gradu suo continentes sint. Sic accipiendum est, quod Synodus dixit, Secundum proprias definitiones: ut admoneret, quod quisque ex ministris ecclesie, maioris & celsioris ordinis ac gradus est, eo studiosius & diligentius dandâ ei esse operâ, ut, sicut Paulus Timotheo præcepit, exemplum esset fidelium in castitate. Quomodo autem exemplum erit fidelium in castitate, si liceat ei non abstinere ab vxore sua, more aliorum fidelium laicorum? Cõfirmat autem hanc interpretationem canonis & sententiam de sacro cælibatu canon iij. Concilij secundi Carthag. in quo nõ est appositum illud, Secundum proprias definitiones: quod prauè illi, quos dixi, interpretati sunt: sed potius apposita est tota vis & ratio sacri cælibatûs in clericis sacri ordinis per manuum impositionem: quæ illorū partem prauam interpretationem penitus tollit, & frustratur. Sic enim ait Synodus ista secunda: In superiore Synodo exigebatur de moderatione continentie & castitatis, placuit, ut hi tres gradus, qui quodam vinculo castitatis propter consecrationem connexi sunt, diaconos, dico, presbyteros, & episcopos: continentes sint in omnibus, ut decet sanctos episcopos, sacerdotes, & Leuitas, & qui diuinis sacramentis ministrant: ut possint, quod à Deo petunt, assequi: ut quod ab apostolis traditum est, & vetustate roboratum, nos etiã similiter custodiamus. Sanè quidẽ, cum iubet hic canõ ministris sacris ecclesie, continentes esse in omnibus, neque tempus vllum, neque locum, neque causam excipit. Deinde cū dicit, esse hos gradus vinculo castitatis cõnexos propter consecrationem: clarè docet, hanc esse naturam & legem consecrationis ab eo institutam, id est, à Christo, ut scilicet qui hanc cõsecrationem ministrorum habent, omninò continentes sint. Si enim liceret aliquando consecratis ministris, ut non abstinere ab vxoribus suis, consequens esset, non esse cum ordine sacro ministrorum connexionam continentiam ratione consecrationis, ut hic ca-

Can. 3. con. Carthag. v.

Canõ con. Carth. 2. ut ministri sacri continentes sint in omnibus.

Sacri gradus ministrorum ecclesie, vinculo castitatis propter consecrationem connexi lege diuina.

nom



non Synodi secundæ Carthag. docet. Alioquî dum consecratio manet, maneat quoquè continentia necessè est. at manet semper consecratio: manet igitur lex continentia cum ipsa cõsecratione ministri implicita & colligata. Esse autem hoc, vt canon testatur, à sanctis apostolis traditum, vt taceam nûc testimonia plurimorum sanctorum patrum magni nominis & multæ antiquitatis, tum Græcorum, tum Latinorum, quæ cùm aliàs, tum libro secundo de dogmaticis characteribus verbi Dei recitauimus, habemus testimoniũ verbi Dei, quod

Verbũ Dei de cellibatu ministro rũ ecclesiæ. 1. Tim. 3. Tit. 1.

maius est illis, in epistola Pauli ad Tirum. Quibus enim ministris ecclesiæ Paulus in epist. ad Timoth. præcepit esse *σώφρονες*, id est, castos, eisdem postea in epistola ad Titum præcepit esse *σώφρονες & ὑπεραγῶν*, id est, castos, & continentes. Interrogat Andreas Apostolum, cur castitati addidit continentiam in ministris ecclesiæ, quibus præcepta dat? cur, inquam, pudicitia, quæ laicis quoquè coniugibus necessaria est, continentia non est, continentiam in ministris ecclesiæ adiunxit? quid sibi voluit huius virtutis continentia accessio, si volebat Apostolus, vt episcopo, presbytero, diacono liceret vti vxore? Verbũ enim *ὑπεραγῶν*, quod continentem declarat, cùm solum ponitur, id est, sine appositione eius rei, cuius aliquis continens est, vt iræ, inanis gloria, (iræ enim continens quis dicitur, & gloria, & auri, & similibus) tunc ad voluptates gustus & tactus propriè refertur, vt Aristoteles in priore libro magnorũ Moraliũ notauit. Requirit ergò Paulus, qui vim & proprietatem horum verborum non ignorabat, quibus in tam necessaria doctrina utebatur: requirit, inquam, vt sacerdos siue libidine tentetur, siue non, ab omni se cõcubitu contineat. Hoc enim significat, esse castum simul & continentem. *σώφρων* enim, vt idem Aristoteles ait, id est, castus, siue pudicus, non patitur: *ὑπεραγῶν* verò, id est, continens, patitur. quòd autem sic hoc verbum, continens, propriè accipiat hoc loco Apostolus, id est, pro eo, qui ab omni concubitu muliebri, etiam vxoris suæ, abstinet, ex cap. vij. epistolæ prioris ad Corint. perspicui

Quid sit, castum patiter & continentem esse.

Quis continens apud Paulum.

spici potest, vbi ijs quidem, qui nolunt esse *ὑπεραγῶν*, id est, continententes, qui nolunt, inquã, abstinere ab omni concubitu muliebri, permittit vxorem ducere, vt suis vtentes, ab alienis se abstineant: quòd melius sit nubere quàm vri: ijs verò, q vxorem habent, concedit, vt postquam ad tempus ex consensu se ab ea continerint, reuertantur in idipsum, nè propter incontinentiã, inquit, id est, quia nolunt se ab omni concubitu continere, tentet eos Satanas. Igitur vxore sua vti, non est, secundum apostolum, continentis, licet possit esse pudici atq; honesti: ex quo rursus sequitur, vt si minister ecclesiastici ordinis facti, debet esse continens, vt apostolus præcipit, necessè sit secundum scripturam Pauli apostoli, id est, secundum vim ac proprietatem verbi, quo vsus est, vt vxorem suam non tangat: idcirco continentem esse, nulli in toto nouo testamento præcipitur, nisi ministris sacris, episcopo, presbytero, & diacono, & ijs, qui continentiam Deo promiserunt. Taceo reliquos scripture sancte locos. Mihi enim non est huc propositũ, nisi respondere Andree Lipsico doctõri, qui vt falsis testibus suos deciperet, dixit, ecclesias Græcas, errores & quàm plurimas superstitiones ecclesiæ Romanæ improbasse, & nõ recepisse. Audiuit ergò iam Andreas, si fortassè ne sciebat, quid primum ecclesiæ Græcæ in ecclesia Romana aliquandò improbãrunt, & quanto errore contra verbum Dei improbauerint. videamus rursus, vtrum ne ipsi illi testes vestri, id est, ecclesiæ Græcæ, plus vobis cõfessionistis testimonio suo noceant. Ait enim Andreas iste cap. 24. disputationis suæ, ab ijs, qui ordinandi sunt in ecclesia Romana, impia vota requiri. At ecclesiæ Græcæ potius testimonium contra vos in voto castitatis dicunt. Habent enim multa hodiè monasteria, vt semper haberunt: & religio votorum castitatis apud eas vsque in hodiernum diem, sicut à sanctis apostolis, & sanctis episcopis eorum successoribus acceperunt, sanctissima est, quæ tu Andrea, impie & blasphemè impia vocare audes. Deindè ecclesiæ Græcæ neminem vnquam post sacrum ordinem prius susceptum,

Quibus in nouo testamento præcipitur cõtinens esse.

Ecclesiæ Græcæ testes contra catholicos citati, testimoniu cõtra peccata tes dicunt.

Religio votorũ castitatis, in ecclesijs Græcorum semper sanctissima fuit.



In ecclesijs Græcorum nemo post ordinem sacerum suscepit uxorem ducit.

Quid Vmbertus Leonis ix. legatus ad Constantinopolim Græcis obiecit.

Ofc. 4.

Scelus sacilegum ministrorum Protestantium.

Admonitio hypodiaconorum ex formula.

passa sunt postea uxorem ducere: nec adhuc patiuntur. quin potius exceptis hieromonachis, prius oportet uxorem ducere, qui volunt ordinari, id quod vxoribus ipsis assentiētibz fieri oportet. Vnde Vmbertus ille Leonis ix. pontificis Romæ Legatus ad Constantinopolitanos, hoc Græcis ante annos quingentos obiecit. sic enim ait in libro, quem contra Nicetam Pectoratum scripsit: Ecclesia verò Græcorum ad sacri altaris ministerium ordinandos interrogat, an habeant vxores: qui si responderint se non habere, compelluntur primùm ducere: & sic impositionem manûs accipere. vt noui mariti, & recenti carnis voluptate toti resoluti, & maridi, inter sancta sacrificia cogitantes, quomodò placeant vxoribus, immaculatum Christi corpus tractent, atque populo distribuāt: indeq; sanctificatas manus, ad tractanda membra virilia mox referant: vt sicut populus, sic & sacerdos. & tādē ruina populi sint sacerdotes mali. Hactenus Vmbertus. Vos verò, Andrea, etsi hac parte æquiores estis, si fortè non cogitis ministros, vt vxores habeant: in eo tamen peiores estis, quòd superintendentes, quos pro episcopis habetis, & reliqui ministri post ordinationem, quam putatis, vxores accipiunt: immò quod sceleratius est, Nonnas in matrimonium ducunt, si habere possunt. Præterea, quòd dicitis, requiri ab ordinandis vota in ecclesia Romana, scito, cum quis ordinatur, votum castitatis tacitum volens facit: quod tametsi non faceret, vt quidem facit, tamen lege calibatus teneretur: quia scilicet cum ipso ordine sacro, lex continentie ratione consecrationis, implicita ac connexa est, vt paulò antè secunda Synodus Carthag. testata est. Idcirco in ecclesia Romana hypodiaconi, quorum est infimus ordo, altari & sacramentis ministrantium, his verbis de lege continentie ab episcopo admonentur, quorum formula descripta est in libro, quem pontificale vocant: Hactenus, inquit, liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad secularia vota, siue desideria transire: (id est, vxores ducere, aut ductis vti) quòd si hunc ordinem suscepertis, non amplius

amplius licebit, sed castitatem, Deo adiuuante, perpetuò seruare oportebit. Lex itaque diuina est, quæ continentiam à ministris, non tantum ratione voti taciti, quod faciunt, sed ratione consecrationis & impositionis manuum exigit ac requirit, vt paulò antè testimonio Pauli Apostoli docui & probaui, de quo satis admonere videtur admonitio ista, quæ in ordinatione hypodiaconorum fieri solet. ab eo enim gradu incipit calibatus sacri ordinis, tametsi arctius alligatus sit reliquis gradibus ministrorum, qui manûs impositionem accipiunt. Hactenus de eo, quod Ecclesie Græcæ ante annos, vt dixi, octingentos in ecclesia Romana perperam in ministris sacris notarunt, & impiè reprehenderunt.

Non solum ratione voti taciti, sed ratione consecrationis in gradibus ministrorum, qui impositionem manuum accipiunt, necesse est facius secundum legem diuinam calibatur.

*De multiplici criminatione ecclesiarum Græcarum in ecclesiam Latinam, & de totidem testimonijs earum in Protestantibus in ieiunijs, in Chrismate, & in visitatione episcoporum.*

CAPVT VII.

**D**Icamus deinceps, quos alios errores & crimina ecclesie Græcæ, odio & inuidia concitata, ante annos septingentos & amplius ausæ quoque sunt ecclesie Romanæ obijcere: & quemadmodum episcopus Romanus, quem postea œcumenica Synodus omnium Græcarum ecclesiarum, caput ecclesie agnouit, & confessæ est, illas ipsas ecclesias anathematizauerit. Nicolaus igitur pontifex in epist. ad Igmarum archiepiscopum Rhemenf. & ceteros archiepiscopos & episcopos in regno Caroli: Illa nos, inquit, præcipue commouere videntur, quæ nobis, immò vniuersæ occidenti parti, à Græcorum Imperatoribus Michaelè & Basilio, & ab ijs, qui eis parent, nequiter ingeruntur. ij enim odio & inuidia contra nos inflammati, quæ inferius annotabimus, quasi crimina hereseos impugnare moliuntur. & paulò post,

D d 2 Talia



Talia de sancta ecclesia Romana, non habente maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, prædicant, quatenus illi (Bulgaros dicit) utpotè adhuc in fide rudes, hæc audientes, nos quasi noxios, & diuersarum hæreseon squaloribus respersos, vitent ac deserant. Vnde nos ecclesiam nostram sine omni volentes macula, sicut semper, subsistere, scribentes nostram summæ authoritatis epistolam eidem Leoni à secretis Imperatoris per indictionem decimam hanc deferendam contulimus, nè videlicet in ea illis impunitis remanentibus, vel tenuis subfannandi oriretur occasio, aut nos eorum prauitati consensisse videremur, vtrunque damnauimus, & excommunicationi submisimus. Damnauimus verò Ignatij deiectionem, promotionem Photij penitus respuimus, & condemnauimus. & paulopost, Sed vt plenius tam ipsi Imperatori, quam alijs fidelibus intimari hæc potuissent, conuocatis quibusdam è vicinis locis fratribus & coepiscopis nostris, de ijs, quæ nobis canonicè visum est, prædecessorum nostrorum secuti vestigia, decreuimus & ordinauimus. Et paulò post. Itaq; perscrutantibus eandem cum ceteris scriptis epistolam, (epistolam Michaëlis dicit) non hanc sæpè memorati principes, (Michaëlem & Basilium dicit) dictantes, nisi in lacu blasphemiarum rinxisse calamum, & luto erroris vsi pro atramento fuisse proculdubio paruere. Conantur enim tam nostram specialiter, quam omnem generaliter, quæ lingua Latina vitur, ecclesiam reprehendere. En illi non solum ecclesiam specialem episcopi Romani, id est, eam ecclesiam, vbi non est alius episcopus præter episcopum Romanum, sed cæteras Occidentis & Septentrionis ecclesias, quæ suos episcopos Romanæ ecclesie subiectos habebant, accusabant. Omnes igitur ecclesias, in quibus patrum quoquè vestrorum ecclesiarum numerabantur, pontifex Nicolaus aduersus Michaëlem & Basilium, & eas ecclesias, quæ illis tunc parebant, defendebat. Verùm tu Andrea, vt ingratus in pontifices, & in patres ac maiores tuos, & in religionis Germanicæ authores

Criminatio ecclesiarum Græcarum non solum in ecclesia Romanam, sed in omnes mundi ecclesias.

res ac factores impius, ut odium, quod tuæ partes in ecclesiam Romanam habent, saturares, non pertimescebas crimina & infamiam tuæ nationis, modò existimationem ecclesiarum Romanæ quoquomodò, inimico & infesto Græcarum ecclesiarum testimonio læderes. Idem enim scelus in patres vestros committitis, quod illi, qui à fide & confessione Niceni concilij discedebant, in quos hæc Athanasius in epistola ad episcopos in Africa, quæ in vos confessionistas, & ceteros Luteranos quammaximè quadrat. Quid igitur, inquit, Ariminensem synodum allegant? aut quid accusant Nicenum concilium, in quo etiam ipsorum patres subscripserunt? & confessi sunt ex substantia consubstantialem esse patri filium? aut quid circuncircà discurrunt? cum non solum contra eos, qui Niceæ conuenerunt, sed contra illos etiam, qui diù ante ipsos fuere, magnos scilicet episcopos, atque adeò contra suos prælia inceptent? Quorum igitur se successores atque heredes volunt, quomodò poterunt eos appellare suos patres, quorum confessionem benè & apostolicè scriptam, non recipiunt? Hæc Athanasius. Eadem, ut dixi, in Protestantes dicere licet, qui patres suos negant, quorum fidem & confessionem cum fide & confessione Augustana commurârunt. Sed redamus ad epistolam Nicolai, videamusque quænam Imperatores illi, ecclesie Romanæ inimici, in ea tunc reprehenderent. Conantur, inquit, reprehendere, quòd ieiunamus in Sabbatis. At vos, non quòd in Sabbatis ieiunamus, sed quòd vlla ieiunia præscripta & decreta habemus, reprehenditis: quod ieiunare ex præscripto, ad seruitutem & laqueos conscientie pertinere putatis, quod à me affatim in libris nupèr editis pro defensione canonum Apostolorum, & epistolarum Pontificum Apostolicorum loco proprio confutatum est. Satis nunc est, quòd ipsæ illæ ecclesie Græcæ, quas paulò antè testes citasti, habere ecclesiam Romanam errores & superstitiones in ieiunijs nostris, quæ accusatis, testimonium contra vos dicunt, tantum enim reprehendunt ieiunare Sabbatis: cætera

Protestantiu doctores, in patres & maiores suos impij.

Quam benè in Protestantes quadrat, quæ Athanasius in Arianos scripsit.

Testimonium ecclesiarum Græcarum de ieiunijs præscriptis, in protestantes.



ieiunia laudant, & nobiscum religiosissimè colunt. De ieiunio autem Sabbati cur nos, & quemadmodum ieiunamus, cur item in ecclesijs Græcorum non ieiunatur Sabbatis, vno Sabbato magnę hebdomadę excepto, & vtrunq; religiosè ac piè fiat, explicavi, cùm canonem Apostolorum de ieiunio quadagesimę, à vestris Cēturiatoribus accusatum, defendere rem. Videamus reliqua in epistola Nicolai, quę illi reprehendebant. quòd spiritum sanctum, inquit, ex patre filioq; procedere ipsi fateatur, iam hęc & vos pariter, ac nos accusant. Vos enim nobiscum canonicè & apostolicè sentitis, spiritum sanctum ex patre, filioq; procedere. Sequitur in epistola: Dicunt præterea, nos abominari nuptias, quia presbyteros sortiri coniuges prohibemus. Hoc illi mēdaciū commune vobiscum habuerunt, idem enim vos nobis falsò obijcitis. Nos enim nuptias honoramus, at non omnium, sed eorum, quibus licet coniuges fieri: non autem, quibus non licet. Vos verò nullas nuptias honoratis: quia aut incestas nuptias, quę sceleratissimę sunt, admittitis: aut si honestę sunt, vt laicorum nuptias, honorem eis detrahitis, quia sacramentum in eis esse negatis: etsi esse quidem, pluribus argumentis ex scriptura sancta ductis, libro quinto defensionis epistolarum pontificum apostolicorum, cap. xvj. probauimus: nec hætenùs refellere potuistis. De celibatu quoquē presbyterorum, aduersùs sectam tuam satis multa tum ab alijs, tum à nobis scripta sunt, ad quę hætenùs nihil, quod responderetis, habuistis: neque ramen ceditis, quia facilius est reuincere, quàm persuadere. Sequitur alia reprehensio ecclesiarum Græcarum in epistola Nicolai: Et insimulare, inquit, tentant, quia eosdem presbyteros chrisimate linere baptizatorum frontes inhibemus: quòd tamen chrisma nos ex aqua fluminis conficere fallaciter arbitrantur. En iterum ecclesię Gręcæ, quarum testimonium contra ecclesiam Romanam produxisti, testimonium dicunt contra te & tuos confessionistas, quos defendis. Illa enim chrisma sanctè ac religiosè colunt, & inter sacramenta summa re-

Criminatio ecclesiarum Græcarum in Protestantes simul & nos.

Mendaciū Græcorum in nos commune cum Protestantibus.

Protestantes nullas nuptias honorant.

Alia criminatio ecclesiarum Græcarum.

Ecclesiarū Græcarum testimonium in Protestantibus de chrisimate.

ma religione referunt: Tu verò dum vis esse legis doctor, nec intelligens, quę loqueris, neque de quibus affirmas, sicut Apostolus de alijs tui similibus ait, magicum chrisma capite xxx: audes vocare, & ab hypocritis ignaris verę doctrinæ introductum esse dicis. Sed quomodò probas Andrea, aut cur affirmare audes, quod vndè probes, non habes? an non docuit te Apostolus consuetudinem ecclesiarum reuereri? cum in eos, qui obedire nollent in eo, quod præcipiebat, vt viri aperto capite in ecclesia orarent, quod vsque in hodiernum diem seruetur, & mulieres velato, Nos, inquit, talem consuetudinem non habemus, nec ecclesię Dei? Sic nos igitur Apostoli exemplum & præceptum sequentes, vobis dicimus, qui non vultis obedire, sed contendere, Nos talem consuetudinem, qualem vos docuit Martinus Luterus, non habemus, nec ecclesię Dei, quę nunc sunt, & quęcunque omni memoria patrum vestrorum fuerunt. Huius autem consuetudinis omnium ecclesiarum per cunctum Orientem & Occidentem, Meridiem ac Septentrionē, quę aliundè quàm ex apostolica traditione proficisci nō potuit, permulti testes sunt autoritate & antiquitate clarissimi. Clemens Romanus in epist. ad Iulium & Iulianū, & lib. 3. de constitut. apostol. Dionysius Areop. Cyprianus lib. 1. epist. 12. & in alia ad Iubaianum, Cornelius apud Euseb. libro 6. historię ecclesiasticę, Melchisedes ad episcopos Hispaniæ, Silvester, Urbanus, Fabianus, Eusebius ad episcopos Tuscię, Ambrosius, Iustinus martyr in Quæst. 13. & 137. Clemens Alexan. lib. 2. Strom. Tertul. in lib. de resurr. carnis. Sanctus Pacianus in libro de baptismo. Basilius in libro de spiritu S. c. 27. Cyrillus Hierosoly. catechesi 3. mystagogica, Augustinus, Damasus in epist. ad chorepiscopos, Innocentius, Leo, Gelasius, Gregorius, Zacharias, Synodi quę plurimę, ac grauissimę Laodicens. Carthag. vj. Toletana prima & quarta, Araus. Valēt. Braccar. Hispal. Tarracon. Antifidor. Synodus vj. Arlat. Franc. Turon. Cabilo. Magūr. Sed quę illi nō est propositū, nec hic locus postulat, vt de chrisimate copiosè

1. Tim. 1.

1. Cor. 11.

Nubes testimonium sanctissimorum de sacro chrisimate.



AA. 1.

copiosè nunc aduersus protestantes differā, feci hoc nupèr, cū epistolas pontificū apostolicorū contra Centuriatores defenderem. Illud modò Andream interrogabo, cū legis in actis Apostolorum, Cū autem audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserūt ad eos Petrum & Ioannem, qui cū venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum: nondū enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantū erant in nomine Domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Putas ne, propter illos tantū, qui in Samaria baptizati sunt, scriptum esse hoc? an propter omnes, qui baptizati sunt? Non credo te responsurum, propter illos tantū: nè ab omnibus confessionistis, paulo te acutioribus, in scitū arguaris. quid enim illi baptizati in nomine Domini Iesu, id est, baptizati baptismo Christi, qui in nomine patris, & filij, & spiritūs sancti factus fuerat, sicut Christus præcepit, alioqui neque fuisset baptismus in nomine Domini Iesu, id est, in virtute Iesu, in quo habitabat plenitudo diuinitatis: quid, inquam, differebant à cæteris alijs baptizatis? quid, dico, illorum baptismus à nostro distabat? nihil planè. Vnus enim & idem illorum & noster baptismus erat, alioqui illos iterū apostoli baptizassent, si non fuisset verus baptismus. Illa igitur impositio manuum apostolorum, quibus episcopi successerunt, quæ ad roborandum baptizatos, aduentum spiritūs sancti operabatur, ad omnes baptizatos pertinebat: eratque sacramentum, vtpotè signum visibile inuisibilis gratiæ, quam significabat, & efficiebat. Interrogabo ergò te rursus Andream, quam impositionē manūs, qualis illa Apostolorum erat, accipiunt omnes à vobis, & apud vos baptizati? si nullam, aliquid igitur, quod Apostolos propter omnes baptizatos ad vtilitatem omnium baptizatorum in Samaria fecisse legimus, vobis deest ad similem vtilitatem: aliquod, inquam, symbolum siue mysticum signum, quod eum oratione coniunctum, spiritūs sancti aduentum copiosius

Quid baptismus in nomine Domini Iesu.

Quomodo Protestantes Apostolica manu impositione baptizatos priuent.

fius tamen tunc ad confirmandas vires spirituales acceperunt: sic baptizatus, etsi spiritum sanctum per lauacrum regenerationis acceperit, si nihil obstitit, postea tamen per chrisma ab episcopo ministratum, spiritūs sancti gratia confirmatur: vnde sacramentum Confirmationis in ecclesia vocari consuevit, sicut à principio vocari coepit, vt ex apostolica constitutione, à Clemente Romano libro tertio scripta, intelligi potest. sic enim ait c. 17. *μῦρον*, id est, unguentum, nos chrisma vocamus, est *βεβαίωσις ἐμολογίας*, id est, confirmatio confessionis. Vt igitur Dominus Iesus per linguas illas igneas, quæ in die Pentecostes apparuerunt, spiritūs sancti gratiam cum sanctis Apostolis communicauit, vt eos confirmaret, qui per cunctum orbem profecturi erant ad prædicandum euangelium, quod quidem ad vitam euangelicam traducit, quoscunq; desiderio rerum celestium incendit instar ignis, in ignem vertentis, quicquid inflammat: sic etiam voluit communicare gratiā spiritūs sancti, per chrisma cum singulis baptizatis ad eos confirmandos cognitione & confessione fidei: vt Deus, sicut apostolus ait, odorem notitiæ suæ per eos in omni loco manifestet: quia sint bonus odor Christi, odor Deo in ijs, qui salui fiunt. Cur ergò Andream, si linguas illas igneas, quas tūc Dominus apparere voluit ad communicandam copiosam illam gratiam confirmationis & eruditionis spiritūs sancti, non audes vocare magicas, nè simul Dominum Iesum magiū vocare videaris, non vereris magiū chrisma vocare, quod idem Dominus Iesus adhiberi voluit, vt per ministerium apostolorum illud consecrantium, & frontes baptizatorum eo linentium spiritūs sancti gratiā copiosorem cum ipsis illis baptizatis communicaret? Scito igitur Andream, cū magiū chrisma appellas, te Christum, qui mysterium chrismatismatis nobis per apostolos traditum instituit, magum appellare, de qua blasphemia te conscientia tua, quam tu nunc, licet clamantem, audire non vis, in die illa coram Deo frustra iam audientem accusabit. Dices fortasè, te chrisma in scriptura non le-

Sacramentum Confirmationis ab Apostolis vocati.

2. Cor. 2.

Qui magiū chrisma appellat, vt Protestantes faciunt, Christū appellat magum.

Ee gere,



1. Ioan. 2.

Verbū Dei de chrisma. 16.

Sacramentum chris-  
matis di-  
uinitissimum  
vt in imagi-  
ne.

Ecclesia  
Hierosoly-  
mitana in-  
terpres loci  
Ioannis de  
chris-  
matis  
sacramēto.

gere, quare cum verbum Dei de chrisma non habeas, non posse te cum tuis confessionistis illud recipere. an non legis in epistola beati Ioannis, Et vos chrisma, quod accepistis ab eo, maneat in vobis? & non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut chrisma eius docet vos de omnibus? & verum est, & non est mendacium, manete in eo? Sed rursus dicet, non loqui Ioannem hic de mysterio chris-  
matis, sed de spiritu sancti vnctione. Recte tu quidem, si adderes, mystica, id est, quæ sit ab spiritu sancto per hoc mysterium chris-  
matis consecrati, quod est, vt Dionysius vocat, *ὡς ἐν εἰκόνι θεοράται*, id est, diuinitissimum, vt in imagine, non, vt sancta Eucharistia, quæ mysterium quoque est, & ab eodem Dionysio vocatur diuinitissimum, non tamen *ὡς ἐν εἰκόνι*, id est, vt in imagine, quia est ipsemet Christus substantialiter in sancta Eucharistia: in chrisma verò, tanquam in diuinitissimo symbolo & imagi-  
ne. Compositio enim symbolica chris-  
matis, vt idem Dionysius ait, delineat nobis Iesum odorum diuinorum fontem, quo diuinitissime suauitates odorum diuinis proportionibus mentibus ad Dei similitudinem quam maxime accedentibus afflantur, quibus mentes ipse iucundè delectatæ, alimento spiritali vruntur ipsa diuinarum odorationum participatio-  
ne. Loqui ergò hic Ioannem de mystico chrisma, testis est ecclesia Hierosolymitana, cui beatus Cyrillus Hierosolymitanus archiepiscopus præfuit, & in ea catecheses mystagogicas Apostolicæ traditionis scripsit: in quarum tertia de hoc mysterio tractat, & hunc locum Ioannis de eo accipien-  
dum esse sensit: sicut in eadem ecclesia per multos testes audiērat. Observandum verò est, quam rectè cum eo, quod de chrisma ait beatus Ioannes, Sicut chrisma eius docet vos de omnibus: conueniat illud, quod Urbanus primus ante annos mille trecentos & ampliùs, de chrisma scripsit, Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, spiritum sanctum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur: quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad pruden-

prudentiam & constantiam dilatatur. Ad hanc constantiam pertinet, quòd hortatur beatus Ioannes, vt in eo scilicet chrisma maneamus. Tandiu enim quis in fide cõstans est, dum chrisma, quod accepit, inuiolatū seruat. Subiungit deindè Urbanus: De spiritu S. accepimus, vt efficiamur spirituales: quia animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei. De spiritu S. accepimus, vt sapiamus inter bonum & malū discernere, iusta diligere, iniusta respuere: vt malitiæ atq; superbię repugnemus, vt luxuriæ atque diuersis illecebris, & foedis indignisq; cupiditatibus resistamus. De spiritu S. accepimus, vt amore vitæ & gratiæ ardore succensī, erigere à terrenis mentem ad superna & diuina valeamus. Haçtenus S. Urbanus de sancto chrisma: quo cum episcopus baptizatū consignat, manus dicitur imponere post baptismum, sicut Lucas apostolos fecisse, in actis Apostolorum scripsit. Esse enim illam impositionem manuum, quæ ab apostolis in Samaria super illos, qui baptizati erant, facta est, vt acciperent spiritum S. de chrisma accipiendam, si non creditis Clementi & Dionysio apostolorum discipulis, nec Urbano apostolico pontifici, cuius testimonium paulò antè de mysterio chris-  
matis recitauī: credite saltē Cornelio, qui vix annis xx. post Urbanum de chrisma scripsit in epistola sua, quam nos non habemus, ne à nobis corruptam, aut confictam, vt soletis, dicere audeatis. Meminit de ea Euseb. Cæsar. lib. vj. historię ecclesiast. cap. xxxij. De Nouato, inquit, quòd iacens in lecto, pro necessitate perfusus sit, neque reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, solenniter adimpleta sint: neque signaculo chris-  
matis consummatus sit, vndè neque spiritum sanctum vnquam potuerit promereri. Quiddixi, Credite Cornelio? immò credite omnibus ecclesijs Græcis, quas paulò antè nobis Andreas obieciēbat? Simeon enim archiepiscopus Thessal. libro ij. de mysterijs, sic de sacramento chris-  
matis scribit: Petrus & Ioannes imponebant manus, & accipiebant spiritum S. quod est chrisma. Impositio enim manuum præbebat chrisma, sicut fiebat

Protestan-  
tes baptiza-  
ti vt Noua-  
tus, sine sa-  
cramento  
chris-  
matis,  
teste Euse-  
bio.

Testimoni-  
um ecclesi-  
arum Græ-  
carum de  
chrisma  
in Prote-  
stantes.



siebat ab Apostolis, & per eos, à multis alijs. Deindè subiungit: & τότε μὲν ἐπίθεσις, νῦν δ' ἀντὶ τῶν χειρῶν αὐτῶ ἐστὶ τὸ ἡγιασμῶν & λεγόμενον μύρον. id est, tunc quidem erat manuum impositio, nunc verò pro impositione manuum est illud, quod sanctificatum est, & dicitur magnum chrisma. Deindè subiungit: Sanctificatum dico non à presbyteris, sed per preces & benedictiones patriarcharum & episcoporum, qui Petri & Ioannis vim sanctificandi habent. Sequitur: & ἀνάγκη τοῦτο παραγγεῖσθαι πάντα πιστὸν ἐν τῷ βαπτίσματι, ἵνα & τὸ θεότατον πᾶσ βαπτισθεῖς τίληται ἐν αὐτῷ. Et necessè, inquit, est, vt vnusquisque fidelis hoc signetur in baptismo, vt qui baptizatus est, baptismum diuinitatum in se habeat consummatum. Hoc autem differt ritus chrisimatis in ecclesijs Latinorum ab ecclesijs Græcorum, quòd apud nos vt chrisma non potest conficere ac consecrare nisi episcopus, sicuti & in ecclesijs Græcorum: ità episcopi tantum, baptizatos in fronte vngunt chrismate, non tunc statim cum baptizati sunt, sed postea ferè, vel cum tanti mysterij memoriam seruare possunt, vel cum iam instet tempus, vt opus sit habere satis virium ad luctandum cum illecebris carnis & mundi. Verùm nè infans baptizatus maneat penitus expers chrisimatis, si fortè mors occupet, sacerdos, qui baptizat, vngit chrismate verticem capitis: quod quidem qui ex Græcis ignorarunt, aut etiam ignorant, Latinos audent reprehendere, vt hic author Simeon reprehendit: non tamen reprehendebant olim illi, quos in epistola Nicolai primi legimus: sed illud tantum, quòd ecclesia Romana presbyteris prohiberet, nè chrismate frontes baptizatorum linerent. Verùm illos ipsa authoritas scripturæ, & conuenientia rei coarguit. Cùm enim Apostolos, quibus episcopi, & non presbyteri, successerunt, legamus manus baptizatis imposuisse, ecclesia Romana, vt omnia in ecclesia honestè & secundum ordinem fiant, meritò & decenter secundum scripturam presbyteris, qui septuaginta discipulis successerunt, & minores sunt quàm episcopi, vt ipsè ecclesiæ Græcæ profitentur, & eos, qui contradicunt, anathematizant, non permittit vngere

Baptisma e chrismate consummari

Quando sacramentum chrisimatis adhiberi solet.

gere chrismate frontes baptizatorum, quòd ab eisdem apostolis traditum est ecclesiæ vice impositionis manuum, qua ipsi super baptizatos utebantur: nõ permittit, inquam, nisi cum necessitas cogit absente episcopo, quod sine scandalo fiat, vt ex epistola Gregorij ad Ianuarium constat, & ex epist. prima Innoc. cap. 6. de energumenis à presbytero consignandis, si ad episcopum absentem duci non possunt. Deniquè vt hunc locum de chrismate finiam, si adhuc, Andrea, verbum Dei de chrismate requiris, proferam tibi locum Esaiæ prophetae, quem tu, nisi Iudaizare volueris, elabi non poteris, quin de chrismate mystico ecclesiæ noui testamenti accipiendum esse cõfitearis. Sic igitur Esaias prophetans de ecclesia noui testamenti, quam montem vocat, sicut Dominus vocauit ciuitatem supra montem positam: Faciet, inquit, Dominus in monte hoc. bibent vinum, bibent letitiam, vnguento vngentur. Hieronymus vertit in eandem sententiam, Oleo vngentur. Significat enim συνκλάσσειν ex parte totum. ex oleo enim, cui inest miralinitas, & vis penetrandi in interiora, & ex balsamo, quod est valde odoratum, conficitur μύρον, quod chrisma est & dicitur, quia ex eo fiat per episcopi consecrationem mystica vntio. Hoc igitur μύρον, quo verbo Clemens quoquè Rom. & Dionysius vsi sunt, diuinos illos lxx. interpretes secuti, ex quo chrisma, id est, vntio sacra fit, cum Esaias pphetauerit, futurum esse in ecclesia, necessè est, Andrea, vt simul dicas, magicum prophetam fuisse Esaiam, si magicum chrisma dicis. Deindè cum in eodem loco simul de vino & vngueto in ecclesia noui testamenti vtendis vaticinetur, cõcede, prædici vinum tantum de dolio, vt probabiliùs dicas, prædici vnguentum tantum de myropolio. Sed nè negare posses, hoc enim relinquebatur metuendum, prophetari ista de ecclesia nostra, cauit propheta, subiungēs: Trades hæc omnia gentibus, ex quibus scilicet congregata est ecclesia, quarum vocationem prædixit hic, vt multis alijs locis, ex quarum gentium numero si natio Germanica est, ad eam hæc prophetia de mystico vino & mystica

Sacramentum chrisimatis vice impositionis manuum, apostolicè ecclesiæ traditum.

Esa. 25.

Verbum Dei de chrismate.

Qui chrisma magicum vocat, Esaiam vocant magicum prophetam.



Matth. 18.

stica vñctione, pertineat necessè est; aut si pertinere negatis, simul ad vocationem gentiũ pertinere eam negatis. Et quamquam ipse exitus rerũ, huius prophetiæ clarissimus interpret sit: tamen, vt, sicut scriptum est, in ore duorum vel trium stet omne verbum, sic etiam sanctus Cyrillus episcopus Hierosolymitanus ante annos mille ducetos, in tertia catechesi mystagogica interpretatus est, de mysterio, inquam, sanctæ Eucharistiæ, & mysterio chrisimatis. Item alter Cyrillus archiepiscopus Alexandrinus in cõment. huius prophetæ, de eisdem quoque mysterijs siue sacramētis locum accepit. In his duobus magnis authoribus & clarissimis episcopis, duarum ecclesiarũ, Hierosolymitanæ & Alexandrinæ, sententiam & auctoritatem habes. Illud postremò addam hĩc, quod mihi in mentem venit, vt à te queram, cur chrisma, id est, mysticum vnguentum, quod in Esaiã legis, & in ecclesia nostra vides, magicũ putas & dicis? & illud oleum vñctionis, quod in Leuitico legis super caput Aaron, non putas, neque dicis magicũ? aut si illud oleum vñctionis in Leuitico vmbra erat, cur tollis imaginẽ in noua ecclesia, cuius vmbra erat in veteri? Lex enim (inquit Apostolus) vmbra habebat futurorum bonorum, nõ ipsam imaginem rerum. Oleum enim mysticũ, quod in ecclesia nostra est, & chrisma, vtrunq; est imago rei, quæ Christus est: qui in chrismate est per gratiam & virtutem, est item in oleo: in vtroq; autem ratione propria, ad sanctificationem secundum mensuram donationis destinata. Igitur si vmbra honorem & religionem habebat, quomodò non erit par vt imago habeat? Peiores estis vos, quàm Donatistæ: illi enim non negabant oleum, nec vñctos Domini, quod vos facitis: sed illud committebãt, quod vñctis Domini, quia cum catholicis communicauerãt, manus imponebant: nõ enim licet ordinatis agere publicam pœnitentiam: & qui egērunt, ordinari non possunt: neque ordinati, ministrare. Vide ergò, quid de illis dicat Optatus Mileuitanus libro 2. contra Parmenianum, quibus religionem Dauid opponit: Dixit Dauid, inquit Optatus, non

Protestãtes peiores q̃ Donatistæ in contemptu chrisimatis.

1. Reg. 26.

mittam manus in vñctum Domini: repressit cum gladio manum: & dum timuit oleum, seruauit inimicum. Vos neque Deum timetis, neque fratrem agnoscitis: in corde liuoris, acuis nouaculas linguæ, & diuina p̃cepta calcantes, miserorũ properãstis in capita. Et rursus, Oleum suum, inquit, defendit Deus. Si peccatum est hominis, vñctio est tamen diuinitatis: Nè tetigeritis, inquit, vñctos meos: ideò, nè dum peccatũ hominis percutitur, & oleum, quod Dei est, feriatur. Iudicio suo Deus seruauit rem suam: & tamen vos passim irruistis in alienam, corrumpẽtes omnium felicitatem. Nam quæ maior infelicitas, quàm Dei sacerdotes viuere, nec esse quod fuerant? Hactenus Optatus in Donatistas, quibus, vt dixi, longè peiores estis, qui eo minùs Deum timetis, quàm illi, quo maiorem iniuriam, quàm illi, Deo facitis. Maior enim iniuria & impietas in Deum est, quod sanctum & diuinum est, penitus negare sanctum esse, quàm indignè tractare, quod saltẽ sanctitatem & religionem habere nõ diffitearis. Quod ergò vos Protestantes de oleo chrisimatis nobis non creditis, credere saltem Donatistis. Scitis enim, quãti p̃oderis & auctoritatis sit inimicorum testimonium: nostri autem inimici erant Donatistæ. Si quidem nos nõ Donatistis, sed illis, à quibus Donatistæ recesserunt, quibuscum cõtendebant, successimus: vt vos à nobis recessistis, & nobiscum cõtenditis, qui à Lutero Lutherani nominari voluistis, vt illi à Donato Donatistæ. Vndè igitur Donatistæ nobis inimici & infesti, oleum sancti chrisimatis ad ordinationem sacerdotum adhibere didicerunt? ex quibusnam hypocritis, ignaris veræ doctrinæ, vt tu hesternus, aut nudistertianus doctor Andrea dicere audes, ecclesia Catholica, & ecclesia schismatica Donatistarum, huiusmodi ordinationis ritum illo tempore acceperunt? Quod argumentum, quam rationem, quod testimonium habes, multis cum seculis post Apostolos introductum fuisse? profer, aut si proferre non potes, vt neque potuit vnquàm pater & magister vester Luterus, qui erunt tam fatui, vt tibi credendum

Protestãtes minus Deũ timentes, quàm Donatistæ.



Ecclesiarum  
Græcarum  
sententia de  
vntione  
episcoporum.

dum putent, quia scias dicere irridendo, magicum charisma,  
& vntos, ac rasos. vos enim dicacitatem & maledicentiam  
mucrones esse defensionis vestre existimatis. Audi Andrea,  
quid etiam ecclesie Græcæ, quas in nos testaris, sentiât, & pro-  
fiteantur de ipso illo chrismate, quo episcopi vnguntur, quos  
vos contumeliosè vntos vocatis. Sic enim idem Simeon ar-  
chiepiscop. Thessalonic. lib. viij. de mysterijs scribit, precari  
ex formula ordinatorem episcopi, vt Dominus Deus noster,  
» qui in ecclesia cõstituit primùm apostolos, secundò prophe-  
» tas, tertio doctores &c. & qui hunc ad dignitatē episcopi vo-  
» cavit per manum ordinatoris & reliquorū coepiscoporum,  
» & virtute ac gratia spiritus sancti corroboret, sicut apostolos  
» & prophetas corroboravit, & vngat vt reges, ac sanctificet vt  
» pontifices: eundemque pontificatum eius custodiēs, & omni  
» virtute exornans, sanctum faciat, vt petat, quæ ad salutem po-  
» puli pertinent: & exaudiatur à Domino. Interpretatur deindè  
» hic author, quam vim habeat hæc precatio, qua ecclesie Græ-  
» cæ in ordinatione episcoporum vtuntur: ait enim, tribui his  
» precibus robur apostolorum & prophetarum: idcirco habere  
» episcopos charismata apostolica & prophetica: vngi verò tã-  
» quàm reges, quòd reges oleo & spiritu vngentur: & nunc  
» etiam reges vngi ab ecclesia, quòd indè, inquit, accipiant, &  
» ἀρχιεπισκοπῆς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ χρισμῶν τοῦ κυρίου, id est, esse principes  
» Christianorum, & vnti Domini. Itaque vngi ait episcopum  
» gratia spiritus sancti propter potestatem & principatum. Si-  
» psal. 44. quidē scriptura dicit: Constitues eos principes super omnem  
» terram: sanctificari autem, vt illos olim summos sacerdotes,  
» Moysen, & Aaron, & Samuelem. Hactenùs Simeon. Quæso  
» te Andrea, vndè ritum vngendi episcopos in ordinatione ac-  
» cepisse credis ecclesiam Thessalonicensium, in qua hic author  
» ordinatus & vntus fuit? Cur legitis epistolas Pauli ad Thessa-  
» lonicenses, si traditiones, quas per sermonē ijsdem Thessaloni-  
» censes ab Apostolo acceperunt, reprehenditis & irridetis? aut  
» quæ ratio dubitandi esse potest, quin hanc traditionē ab apo-  
» stolo

stolo accepissent, si Paulum legitis sic ad Thessalonicens. scri-  
bentem: Tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermo-  
nem, siue per epistolam nostram? & ipsa ecclesia Thessaloni-  
censium hodiè testis est, sic ordinationem episcoporum fieri:  
nec vnquam in ea auditum esse, quin ita semper fieret. Si er-  
gò ecclesijs nostris, propter vestrum in nos odium, non cre-  
ditis: credite saltem ecclesijs Græcis æmulis nostris, quarum  
accusationes nobis obijcitis. Aut si nec illis fortè credere vul-  
tis, ire ad Africanas ecclesias, nō quæ hodiè sunt, sed quæ olim  
erant, antequàm Vandalicus furor eas deleret. Vbi si catho-  
licis episcopis, qui nostra communionis erant, non adhibetis  
fidem, testes vobis erunt inimici eorum Donatistæ, Deuterij,  
Parthenij, Donati, Getulici, qui, vt Optatus Afer libro secun-  
do contra Parmenianum scribit, suo scelere, & impia crudeli-  
tate testimonium vntioni episcoporum iam tunc dederunt,  
cùm, vt quorundam episcoporum crimen, alioquì falsum,  
punirent, & eos dignitate, & gradu episcopali priuarent, ca-  
pita eorum, quæ vnta fuerant, raserunt: cùm tantus alioquì  
honor vntioni sacerdotali semper à sanctis patribus habitus  
sit, vt neque lapsis sacerdotibus, immò neque diaconis, quia  
per impositionem manuum ordinati sunt, pœnitentia publi-  
ca vnquam à catholicis imposta fuerit, neque hodiè impona-  
tur. Sed hactenùs de chrismate, de quo ac de oleo sacro plura  
libro secundo defensionis canonum apostolorum, & episto-  
larum pontificum apostolicorum nupèr scripti, ad quæ, aut  
etiam ad hæc si Andreas, aut alius respondere voluerit, in se  
incurret, seque coarguet. Sed pergamus ad reliqua.

*De testimonio ecclesiarum Græcarum in Protestantes de quadragesima, &  
sacrificio altaris, & de testimonio antiquo vtriusque Germaniæ  
in ecclesia Græcorum super criminibus falso in ecclesia Ro-  
manam obiectis, & de Synodo Moguntina antiquiss. &  
decretis eius in Protestantes, de sacrilega dire-  
ptione Monasteriorum, & incestu Monia-  
lium, à Deo seuorissimè vindicatis.*

Testes in  
Protestantes  
ecclesie  
Græcæ, &  
Africanæ in  
chrismate,  
& vntione  
episcoporum

Ecclesie  
Græcæ re-  
ste Prote-  
stantiū, te-  
stimonium  
est ipsos  
dit de Qua-  
dragesima,  
& sacrifi-  
cio altaris.

**S**equitur in epistola Nicolai: Nihilominus re-  
prehendere moliuntur, eò quòd octo hebdo-  
madibus ante pascha à carniū esu, & septem  
hebdomadibus à casei & ouorum esu more  
suo non cessamus. Hic etiam ecclesias Græ-  
cas in te & tuam sectam testes imprudēs pro-  
duxisti. Vos enim Quadragesimam vobis abstulistis, quam  
Græcæ ecclesie religiosissimè seruant, neque minore religio-  
ne nos. Illa verò vnius hebdomadæ anticipatio in abstinendo  
à carne cū nō lege, sed voluntate ab eis suscepta sit: nobis est  
libera, & temerè ab eis obiecta & exprobrata. Sequitur dein-  
dè: Mentiuntur quoquè in nos, sicut per alia ipsorum scripta  
indicatur, agnum in pascha more Iudeorum super altare pa-  
riter cum Dominico corpore nos benedicere, & offerre. Hic  
etiam ecclesie Græcæ, dum contra nos mentiuntur, quasi  
agnum super altare vnà cum corpore Domini offeramus:  
contra vos testantur, qui negatis corpus Domini super alta-  
re offerri. Sequitur: Quin etiam reprehendere satagunt,  
quòd penès nos clerici barbas radere suas non abnuunt. Hæc  
reprehensio etsi ad ecclesiam Romanam pertineat, magis ta-  
men ad vos pertinet. in ecclesia enim Romana. penè infiniti  
barbas habent intonsas, & permulti tondent, aut radunt. to-  
ta hæc res aut in voluntate, aut in more posita est, apud vos  
verò omnes ecclesiastici, vt audio, barbas deponunt. Deindè  
subiungit aliam accusationem, siue potius mendacium: Et  
quia diaconus, inquit, non suscepto presbyteratus officio,  
apud nos episcopus ordinatur, cum ipsi etiam illum, quem  
patriarcham suum nominant, ex laico subito tonsuratum, ac  
monachum factum, saltu ad episcopatus apicem imperiali fa-  
uore & gratia prouehere, vt ipsi putant, minimè formidârunt.  
Hic quoquè accusatio falsa ecclesie Romanæ ab ecclesijs  
Græcis facta, cum vera accusatione vestri criminis implicata  
est.

est. In ecclesia enim Romana nemo episcopus ordinatur,  
quin prius sit presbyter ordinatus: quod ipse etiam ecclesia  
Græcæ in hac accusatione confitentur. nō enim dicunt, quia  
diaconus non suscepto presbyteratus ordine, apud nos epi-  
scopus sit, sed non suscepto presbyteratus officio, id est, ante-  
quam exerceat ordinem presbyteratus suscepti. Quod qui-  
dem vt fieri potest, si quando necessitas & ratio vtilitatis ec-  
clesie postulet, idque autoritate & permisso pontificis, ita  
si hæc causæ desunt, non solet fieri. At verò tu Andrea, quid  
ad testimonium Græcarum ecclesiarum respondes? an non  
satis clarè testantur totos errare, qui presbyterum non prius  
ordinant, quam eundem episcopum ordinent? Sunt igitur  
diuersi ordines, alter altero maior, quod vos negatis: quin po-  
tius neq; presbyteros, nec episcopos habetis. Iam verò, quòd  
ecclesia Græcorum aliquandò, quod ei Nicolaus pontifex  
obijcit, ausa est, vt aliquis ex laico, tonsurato tamen prius, &  
facto monacho, repente, gratia & potentia Imperatoris fre-  
tus, patriarcha Constantinopolitanus fieret, (Photium enim  
denotat) nōne hic quoquè testimonium Græcarum eccle-  
siarum contra vos cernitis? Quod enim ecclesie etsi rarissi-  
mè, aliquandò tamen facere non formidârunt, vt Nicolaus  
ait, & historie omnes ecclesiasticæ testantur, hoc vos more  
vestro familiari facitis: & quod peius est, iure fieri putatis, vt  
laicorum principum non gratia & studio, (hoc enim leuius  
crimen esset) sed suffragio & autoritate, superintēdentes ve-  
stri per ciuitates in ministerio sacramentorum cōstituuntur,  
neq; tonsurati prius, vt in ecclesia Græcorum, vos enim tōsu-  
ratos non habetis, quos per risum rasos vocatis: neque mona-  
chi facti, quia monachos etiam sustulistis, sed potius ex mona-  
chis facti apostatæ. Hi sunt errores ecclesie Romanæ, quos, vt  
tu doctor Andrea dicis, ecclesie Græcæ improbârunt, & non  
receperunt, quos reticere voluisti, siue quia eos ignorabas: si-  
ue quia metuebas, nē in te & cōfessionistas tuos retorqueren-  
tur: vt factum à me est. cui exoptandum quidem fuit, vt testi-  
moni-

Criminatio  
ecclesiarum  
Græcarum in  
ecclesiam  
Rom. facta,  
& in Prote-  
stan. vera.

Testimoniū  
Græcarum  
eccles. in  
Protestantes.

monium Græcarum ecclesiarum contra errores, & quàm plurimas superstitiones ecclesiæ Romanæ, vt dicis, produces: vt eodem testimonio te & confessionistas omnes ex Lutero ortos coarguerem, ac conuincerem. Sed videamus, quid postquam Nicolaus pont. exposuit, quæ Michael & Basilius Imperatores cum ecclesijs, quæ illos sequebantur, partim mentientes, partim errâtes, in ecclesia Romana criminabantur: quid, inquam, ab Igmario Rhemensi, & eius ecclesia petierit. Subiungit enim: In his igitur, explosis cæteris curis, vos fratres summoperè conuenit defudare. & quia communia sunt hæc opprobria, quæ vniuersali ecclesiæ in ea duntaxat parte, quæ Latina vri dignoscitur lingua, sicut prætulimus, ingeruntur, communiter omnes, qui diuino sacerdotio illustrari videmini, decertare debetis, quo paternæ traditiones tantæ derogationi non pateant: sed potiùs, quæ prauis quique consueta contentione tam mentientes, quàm errantes, maculare gestiunt, manu communis defensionis ab omni neuo blasphemix eruantur. Ridiculum est enim & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falsò insimulare Dei ecclesiam permittamus: vel eas traditiones, quas antiquitùs à patribus nostris suscepimus, prohibito semper errantium infringi patiamur. Quapropter necessè est, vt eorum conatibus resistamus. Et paulò post: Sed magnoperè conuenit, vt & vestra quoquè fraternitas morem secuta maiorum, concertans nobiscum, & vnanimiter collaborans in talibus inueniatur. Siquidem nisi à mente recessit, nunquàm Hespericæ regiones, vt de alijs mundi plagis interim taceamus, à sede beati Petri in huiuscemodi quæstionibus dissonantes inuentæ sunt. Vndè vnusquisq; vestrum, qui metropolitana iura sortitus est, iunctis sibi fratribus, & coëpiscopis suis, qui sub se sunt, de his diligenter curam suscipiant, & quid inuidiæ eorù detractionibus opponi necessè sit, rimari studeat: & inuenire summoperè gestiatur: atq; inuentum, nobis trāsmittere non parui pendat: quatenùs id nos quoquè aduersùs eorum

vesa-

vesaniam cum cæteris assertionibus nostris deindè mittere valeamus. Hactenùs epistola Nicolai. Pontifex igitur, quo maiore authoritate fidem ecclesiæ Romanæ in cuncto orbe, testimonio apostoli ad Romanos scribentis, iam prædicatam, & tanquàm depositum fidelissimè ac religiosissimè omni tempore custoditam, à falsa accusatione Græcorum, & fictis criminibus, quibus eam inuidè & infestè obscurare volebāt, defenderet, nè solus sic sentire Græcis videretur, sententias aliarum nobilium ecclesiarù requisit, vt, quemadmodum Apostolus Corinthijs scripsit, Sicut & in omnibus ecclesijs <sup>1. Cor. 14.</sup> doceo, nè putarent, se ecclesiæ tantùm Corinthiorum illud præcipere, quod tunc præcipiebat: ita Pontifex dicere posset, sic ecclesiam Romanam & sentire, & docere, sicut & alix magnæ & illustres ecclesiæ sentiebant, & docebant, vel potiùs hæc se in ecclesia Romana, quæ à sanctis patribus, apostolis, & eorum successoribus tradita essent, docere, sicut & in omnibus alijs ecclesijs docebat. Quæ enim episcopi Catholici in ecclesijs suis Catholicè docent, hæc Pont. Romanus, qui à Christo accepit in Petro curam & facultatem firmandi fratres & coëpiscopos suos in fide, per ipsos illos ecclesiarum episcopos in eorum ecclesijs docet. Ite ergò vos ad ecclesiam Rhemensem, quæ præcipua est in Gallia, ad quam translatum erat Imperiù, cuius regem Christianissimù idem archiepiscopus Rhemensis vngit, qui plures episcopos prouinciales in diocesi sua habet, quàm vllus alius in Gallia archiepiscopus habeat: habet enim xj. cui prima Belgica in ijs, quæ ad religionem pertinent, subiecta erat: ite, inquam, & videte, an teneat ecclesiæ Romanæ fidem & ecclesiasticam disciplinam. Relegite prouinciale, quod in Rhemensis ecclesiæ tabulario seruatur: sic enim vocāt librum, in quo omnes archiepiscopi Rhemenses, & episcopi prouinciales, quos suffraganeos vocant, descripti sunt: primos reperietis, Sixtum, Sinicium, & Amantium Petri principis apostolorum discipulos, & Nerone Imperatore martyres. Et si ecclesiæ Romanæ

Quæ episcopi catholici in ecclesijs suis Catholicè docent, hæc episcopus Rom. beati Petri successor per illos ipsos in ecclesijs eorù docet.



non creditis, quia odistis: credite Rhemensi, vt eius saltem testimonio, Græcarum ecclesiarum mendacia & errores coarguatis. Sed vereor, nè illis quoquè inimici, quia quod ab initio audièrunt, vt ait beatus Ioannes, in eis permanet, contra àc vobis accidit, qui fidem & Dei cultum mutastis, quod omnes Christiani, qui sub cælo sunt, sciunt, præterquam à Lutero ortos & institutos, vel potius dicam, seductos: qui ex eorum numero sunt, qui, vt Apostolus ait, charitatem veritatis non receperunt, vt sani fierent: & idè, inquit, mitter illis Dominus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Sed quid vos alienos testes quærerere oportet, de quibus patres & maiores vestros testes habere potestis? Interroga, inquit Moyses, patrem tuum, & annuntiabit: maiores tuos, & dicent tibi. Repetã ergò, quod paulò antè pont. Nicolaus in epistola illa ad Igmarrũ Rhemensem archiepiscopum aiebat, nunquam Hespericę regiones, vt de alijs mundi plagis interim taceamus, à sede B. Petri in huiuscemodi quæstionibus dissonantes inuentę sunt. scio, non negabis Andrea, vtrãq; Germaniam de Hespericis regionibus esse: at negabis fortasè, nunquam dissonantes fuisse à sede beati Petri, quod Nicolaus ait, sed si tu homo particeps rationis es, & mentem non amisisti, relinque saltem aliquem locum coniecturæ & iudicio: agè, si hoc verum non fuisset, quam auctoritatem epistola Nicolai Pontificis apud archiepiscopum Rhemensem habuisset? an hoc ecclesia Rhemensis, & Synodus prouincialium episcoporum, quæ de his quæstionibus, vt Pontifex volebat, iudicatura erat, Germanicarũ ecclesiarũ fidem, ritus, ac consuetudines, & disciplinã ignorare poterãt? Quis hoc credat? Ecclesię igitur vtriusq; Germaniæ, quæ in Hespericis regionibus nobilissimæ erant, cũ ecclesia Romana in huiusmodi quæstionibus, vt pōtifex Nicolaus dixit, cōsentiebãt. id est, in ijs, quę partim mētiendo, partim errãdo, illę tũc ecclesię Gręcę, Michaelē & Basilio Imperatoribus, Romanæ gloriæ inuidis & çmulis, eccle-

2. Theff. 2.

Deute. 32.

Vtriusque Germaniæ testimonium antiquum in ecclesijs Græcas de ijs, quę falsũ in ecclesiã Romanam criminabantur.

clesię Romanæ obijciẽbãt. Sed fingamus, Andrea, vtinam fingã, ac non potius verũ dicam, te hũc neq; ratione, neq; coniectura duci vlla: ego testẽ citabo, cuius testimonio, nisi spontẽ manus des, cogaris confiteri, aut vos ecclesiã non habere, aut primos gentis Germanicę Christianos, nũquam in ecclesia fuisse: & vniuersam posteritatẽ eorum vsq; ad aduentum Martini Luteri Germanicę prophetæ, (sic enim ausus est se appellare) extra ecclesiã perisse. Puto te nõ ignorare, doctor Andrea, immò millies audisse & legisse, fuisse apostolum Germaniæ Bonifacium natione Anglũ, qui fuit primus archiepiscopus Moguntinus, & pontificis Romani legatus, annis xxxv. sub quatuor pontificibus Gregorio secundo, Gregorio tertio, Zacharia, Stephano: vt idem in epistola ad Stephanum secundum Zacharię successorẽ scribit. Is igitur sic ad Gudbertum archiepiscopum Angliæ de Synodo, quam in amplissima diocesi Moguntina habuerat, scripsit: Decreuimus aut in nostro Synodali conuentu, & confessi sumus, Catholicã fidem, & vnitatẽ, & subiectionẽ Romanæ ecclesiæ, sine tenus vitę nostræ velle seruare: S. Petro, & vicario eius velle subijci, Synodũ per omnes annos congregare: Metropolitanos pallia ab illa sede quærerere: & per omnia præcepta S. Petri canonicè sequi desiderare, vt inter oues sibi commendatas numeremur. Et isti confessioni omnes consensimus, & subscripsimus: & ad corpus S. Petri principis apostolorũ direximus: quod gratulando clerus Romanus, & pontifex suscepit. Cũ dixit, præcepta S. Petri canonicè sequi desiderare: præcepta pontificis Romani dixit. huic enim qui canonicè obediunt, B. Petro obediunt. En Andrea, amplissima Germaniæ Synodus Moguntina, quæ xv. aut xvj. habet episcopos archiepiscopo subiectos, simul cum confessione fidei Catholicę, à Crescente siue Crescentio Pauli apostoli discipulo, primũ in Germania prædicatæ, & fideliter instar depositi custoditæ, professionem obedientiæ, quæ Pontifici Romano beati Petri successorĩ debebatur, ante annos octingentos coniunxit.

Coguntur Protestantes alterum & duobus confiteri, aut se in ecclesia Catholica nõ esse, aut vniuersam gentem Germanicã ab initio suscepisse fidei Christi vsq; ad Martinũ Luterum extra ecclesiã perisse. S. Bonifacius.

Confessio synodi Moguntinę ante annos 800. contra Confessionistas.

An



An dicturus es, Andrea, tot iam annis ante Martinum Luterum amissam in Germania fidem, nec ecclesiam ex eo tempore fuisse? quod si hoc, nisi stultitia obcaecatus, non es dicturus, sequitur, ut fatearis vos confessionistas, atque adeo omnes protestantes, non esse inter oves Petro commendatas, numerandos, qui Petro in episcopo Romano eius successoris non obeditis, ac proinde neque pertinere vos ad ecclesiam. illi enim synodi Moguntinae episcopi cum archiepiscopo, ideo se velle episcopo Romano obedire profiterentur, ut inter oves Petro commissas numerentur. Qui enim non numerantur, oves dispersae sunt pastore carentes. Ad hanc obedientiam pertinebat, quod professus est eadem synodus, petitorum esse Metropolitanos pallium a pontifice Romano. Eo enim accepto, Metropolitanus se missos a Pontifice agnosceret, & ius in ecclesiam Metropolitanam, & episcopos subiectos regendi accipiunt: quod usque in hodiernum diem religiose, ut a sanctis apostolis traditum est, servatur. Pergamus ad reliqua illius Synodi capita: Statuimus, inquit, ut per annos singulos canonum decreta & ecclesiae iura, & norma regularis vitae in synodo legantur, & recuperentur. En norma regularis vitae ecclesiasticorum in Germania ante annos octingentos, ex apostolica ac primitiva ecclesia derivata, quam discipulus ille Pauli, quem paulo ante dixi, primus in Germania instituit, ut ex bonis ecclesiae, id est, ex oblatiis Deo communi sumptu ecclesiae ministri viverent: ac nihil vllus eorum haberet suum. Confirmat igitur haec Germanica tantae antiquitatis synodus epistolam Urbani apostolici pontificis ad omnes episcopos de huiusmodi vita communi clericorum, quam vestri Magdeburgenses Centuriatores negant: quos nos multis testibus libro iij. defensionis pontificalium epistolarum conuicimus, ex quorum testium numero erat ecclesia Salsburgensis vobis propinqua, cuius episcopus Conradus, ut historia Teutonica Salsburgensium episcoporum testatur, ante annos quadringentos quinquaginta & amplius fecit,

Testimoni-  
um synodi  
Moguntinae  
antiquissi-  
mae, non per-  
tinere ad o-  
ves beato  
Petro a Chri-  
sto commis-  
sas, qui epi-  
scopo Ro-  
mano non  
obediunt.

De Pallio,  
quod Me-  
tropolitani  
a Pont. Ro-  
mano acci-  
piunt.

De norma  
vitae regu-  
laris Ger-  
maniae ad  
exemplum  
ecclesiae pri-  
mitivae olim  
tradita.

cit, Pascasio pontifice Romano, ut a clericis ecclesiae suae norma vitae regularis B. Augustini, quae Canonorum Regularium dicitur, susciperetur. Sequitur in Decretis Synodi Moguntinae: Decremimus, ut Metropolitanus, qui sit pallio sublimatus, hortetur ceteros, admoneat, & inuestiget, quis sit inter eos curiosus de salute populi, quis ve negligens. Seruis Dei venationes, & siluaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones non habeant, prohibuimus. Item ut per annos singulos unusquisque presbyter episcopo suo in quadagesima rationem ministerij sui reddat, siue de fide Catholica, siue de baptismo, siue de ordine ministerij sui. En quadagesima ecclesiae Catholicae ante annos octingentos in Germania, ab ipso usque ortu religionis Christianae, a discipulo Pauli Crescentio instituta, usque ad memoriam vestram, id est, usque ad Luterum culta & retenta, quam simul cum studio illo interrogandi presbyteros de fide Catholica, & de baptismo, ac de ordine ministerij, auctore Lutero apostata & incesto reliquistis. Sequitur: Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam sollicitè circumuehat: curet populum confirmare, plebes docere & inuestigare, ac prohibere paganas observationes, diuinos, vel sortilegos, auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes spurcicias Gentilium. En Confirmationis sacramentum, quod non presbyteri, ut ecclesiae illae Graecae per errorem ab ecclesia Romana accusatoriè requirebant, de quo supra disseruimus, sed episcopus circumuehendo populis ministrabat, ut hodie fit per vniuersas Catholicorum totius Occidentis ecclesias, quod quidem sacramentum, quo (ut S. Urbanus ait) cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur, cum primum auctore Lutero reliquistis, stare fide desististis. Interdiximus praeterea seruis Dei, ut pompatico habitu, vel sago, vel armis non utantur. Statuimus, quod proprium sit Metropolitanis, iuxta canonum statuta, subiectorum sibi episcoporum inuestigare mores, & sollicitudinem circa populos, quales sint: ut moneat, ut episcopi a

Quadage-  
sima in Ger-  
mania ante  
annos 800.

Sacramen-  
tum Confir-  
mationis.

Protestan-  
tos vna cum  
faciamen-  
to Confir-  
mationis reli-  
quo, fidem  
reliquerunt.



Quid in ec-  
clesiis Ca-  
tholicorum  
sanctam  
fidei semper  
conseruant,  
& conser-  
uet.

Ministri  
Protestanti-  
um, arietes  
sunt sine  
pastore.

Synodo venientes, in propria parocchia cum presbyteris & ab-  
batibus conuentum habentes, precepta synodi seruare insi-  
nuando precipiant: item vt vnusquisque episcopus, si quid  
in sua diocesi corrigere, vel emendare nequiverit, vt idem in  
synodo coram archiepiscopis & palam omnibus ad corri-  
gendum insinuet, eodem modo, quo nos Romana ecclesia  
ordinatos, sacramento constrinxit, vt si sacerdotes vel plebes  
a lege Dei deuiasse viderem, & corrigere non possem, fideliter  
semper Sedi apostolicae & vicario sancti Petri ad emendan-  
dum indicarem. Hoc institutum tenent vsque in hodiernum  
diem ecclesiae omnes, quae per cunctum orbem beato Petro  
in Pontifice Romano obediunt: ideirco sanae sunt in fide.  
Idem rursus ecclesiae vtriusque Germaniae semper tenuerunt,  
donec immanissimum & foedissimum Luteri monstrum na-  
tum est, qui Germaniam inuidia & odio primum obcaecare  
studuit, vt obcaecata, venenum, quod ei dabat, non videret.  
Quaeso te, Andrea, si superintendentes vestri aliquem ex mini-  
stris maioribus, quos loco episcoporum habetis, viderent,  
quem corrigere non possent, quid facerent? respondebis for-  
tasse, mouerent eum gradu suo, & ministerio priuarent: at quo  
iure ordine parem iudicabunt, & condemnabunt? Iudicia  
enim & causae episcoporum, cum maiora iudicia & maiores  
causae sint, ad summum inter episcopos referri necessesse est, er-  
go quia pastorem, qui summis ministris apud vos praesit, non  
habetis, qui superintendentes ipsos tanquam arietes gregis  
pascat, nec vos rursus habere eos duces ouium & agnorum po-  
testis. Quomodo enim si ipsi sunt sine pastore dispersi, & erran-  
tes, vt necessesse est esse, boni aliorum duces esse aut haberi iuste  
poterunt? Aut quomodo princeps secularis, si ad eum confu-  
gias, qui, vt antea dixi, nullam potestatem in animas per legem  
seculi, qua princeps seculi factus est, accepit, sed in corpora  
tantum: superintendentes, si corrigendi sint, & loco mouen-  
di, corrigere, & loco mouere poterit? Quid tunc apud vos  
fieret, Andrea, vt omnia honeste & secundum ordinem, vt  
Apo-

Apostolus iubet, in ecclesia fiant? quos canones reliquit vo-  
bis Martinus Luterus? an non potius omnes canones, quos  
maiores vestri a sanctis patribus acceperant, vobis abstulit?  
Cum igitur totam illam formam ecclesiae, quae ante annos  
octingentos in hac epistola sancti Bonifacii cernitur, penitus  
apud vos Luterus deleuerit, quomodo audetis dicere, habe-  
re vos ecclesiam? Etenim si vos ecclesiam habetis, cum for-  
ma ecclesiae vestrae, quam putatis, per totos illos octingentos  
annos ab aetate sancti Bonifacii vsque ad aetatem Martini Lu-  
teri nunquam legatur, neque a vobis proferri possit, nec vn-  
quam prolata sit: sequitur, totidem annis Germaniam eccle-  
sia caruisse, vt interim taceamus superiora tempora vsque ad  
Crescentium, primum religionis Christianae in Germania in-  
stitutorem. Quod si vtrunque fieri non potest, vt & illi ec-  
clesiam habuerint, & vos habeatis, cum forma sit penitus  
alia: conscientiam tuam appello & imploro Andrea, nisi eam  
omnino profligasti, vtrum erit credibilis, patres & maiores  
vestros octingentis annis ecclesia caruisse, & vos habere?  
an illos habuisse, & vos carere? Aut igitur docete, non re-  
liquisse vos leges patrum vestrorum, & concedemus vo-  
bis, habere vos ecclesiam: aut nobis, qui docemus, reli-  
quisse, concedite, vos non habere. Sed videamus, quid  
paulo post in eadem epistola sanctus Bonifacius ad eundem  
Gudbertum scribat, hortans eum ad studium seruandi fi-  
deliter instituta sanctorum patrum. Moriamur, inquit, si  
Dominus voluerit, pro sanctis legibus patrum nostrorum,  
vt haereditatem cum illis aeternam consequi mereamur.  
Non simus canes muti: non simus taciti speculatores: non  
simus mercenarij, lupum fugientes: sed pastores solliciti, vi-  
gilantes super gregem Christi. Si huiusmodi pastores Ger-  
mania habuisset, cum ille lupus, Martinum dico Luterum,  
ingressus est in ouile, non dispersisset & mactasset oues:  
cui vestri superintendentes eo successionis iure succes-  
serunt, quo ille ingressus est, quos eadem manet haereditas

1. Cor. 14.

Si presta-  
tes hodie  
ecclesiam  
habent,  
octingentis  
annis, ec-  
clesia Ger-  
mani caru-  
erunt.



Heb. 6.

2. Tim. 2.

Direptores  
monasteri-  
orum anti-  
qui patres  
quomodo  
appellat.

reditas ac merces in profundo inferni cum Satana & angelis eius. Dicam tamen cum apostolo, nè deceptis insultare videar: Cõfidimus autem de vobis meliora, & viciniore salutis, tamen ita loquimur. si tamen det vobis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem. Vt autem reliqua huius epistolae præteream, nè sim longior, illud postremo hie addam, quod de laicis, qui in Anglia monasteria gubernabant, scribit: Illud autem, inquit, quod laicus homo, vel Imperator, vel rex, aut aliquis præfectorum, vel comitum, seculari potestate fulsus, per violentiam rapiat monasterium de potestate episcopi, vel abbatis, aut abbatissæ, & incipiat ipse vice abbatis regere, & habere sub se monachos, & pecuniam possidere, quæ fuit Christi sanguine comparata, talem hominem antiqui patres nominabant raptorem, & sacrilegum, & homicidam pauperum, & lupum diaboli, intrantem in ouile Christi, & maximo anathematis vinculo damnandum ante tribunal Christi. Hactenus Germaniæ vestræ Apostolus. sic enim à patribus vestris vocatus est. Vtrum verò, quod tunc in Anglia quidam facere audebant, alij in Germania vestra ausi sint, immò aliquid peius, ipsi testes esse potestis. Peius enim est & sceleratius, interfectorem esse, quàm raptorem. Si ergò illos, qui in Anglia bona monasteriorum, saluis tamen monasterijs, & monachis, auertebant, antiqui patres, vt ait sanctus Bonifacius, raptores, sacrilegos, homicidas pauperum, & lupos diaboli, intrantes in ouile Christi, vocabant: vestros, qui in Germania monasteria & monachos, omnibus bonis direptis, deleuerunt, quibus eos nominibus dignè afficiemus, quæ aliquid immanius & foedius ac detestabilius raptus, sacrilegius, homicidio pauperum, truculentia lupi diabolici, intrantis in ouile Christi, declarent? & si illos antiqui patres maximo anathemate ante tribunal Christi damnandos esse iudicauerunt, quæ sententia istos vestros, grauioris criminis reos manet? at quia non hoc solum scelus monasteria diripiendi & delendi, in Germania aliqui ex vestris, nè omnes onerare

onerare videamur, susceperunt, sed alij, etiam moniales, quas Nonnas vocant, violarunt, immò sacrilega coniugia cum eis inièrunt, in quibus author vestræ sectæ Lutherus numeratur primus, audi Andrea, quid de vtroque scelere & impietate idem Bonifacius Germaniæ vestræ pater, & martyr sanctissimus, ad Aerhebaldum regem Angliæ scripserit. Si autem, inquit, vt audio, & multi dicunt, neque legitimam accepisti vxorem, neque castitatis abstinentiam pro Deo obseruasti, sed libidine dominante, in scelere luxuriæ & adulterij famam gloriæ tuæ coram Deo & hominibus confuderis, in hoc valdè contristamur. & adhuc, quod peius est, sunt, qui nobis narrat, quod hoc scelus ignominie maxime cum sanctis monialibus, & sacratis Deo virginibus, per monasteria commissum sit. Nam hoc peccatum duplex esse, non dubium. Et paulò post: Nam apud Græcos & Romanos quasi blasphemiam Deo irrogasset, qui in hoc reus inuētus fuerit, vt cum velata, & consecrata Deo Nonna concubuisset, ab omni gradu sacerdotij prohibetur: & à diuino ministerio altaris abijcitur, licet antea peracta poenitentia, reconciliatus sit Deo. Corpora enim per votum propria sponsonis, & per verba sacerdotis Deo consecrata, templa Dei esse, per sanctam scripturam dicuntur: & ideò violatores eorum, iuxta apostolum, filij perditionis esse dignoscuntur. En non Romana tantum ecclesia, sed ecclesiæ Græcæ, quas in nos citabas testes, magistrum vestrum, & vestræ sectæ authorem, de sacrilegio & incestu testimonio suo manifestè condemnauerunt. Is enim monialem ex monasterio Nymicensi raptam, Caterinam de Bori, vxorem duxit, quem alij postea apostate imitati sunt, idque in Germania. Subiungit deinde Bonifacius: Nam & antiqua Saxonia, si virgo paternam domum adulterio maculauit, vel si mulier maritata in foedere matrimonij adulterium perpetravit aliquandò, cogunt eam propria manu per laqueum vitæ finire: & super bustum illius incensæ & concremata, corruptorem eius suspendunt. Aliquandò congregato exer-

Heb. 10.  
Nō Roma-  
na tantum  
ecclesia, sed  
ecclesiæ Græ-  
cæ Martinū  
Lutherū de  
sacrilegio,  
& incestu  
condemnā-  
runt.  
Vxor Mar-  
tini Lutheri  
monialis ex  
monasterio  
Nymicensi,  
antiquæ  
Saxoniæ  
mos in pu-  
niendo ad-  
ulterio.



Citu foeminarum, flagellatā eam mulieres per pagos circum-  
quaquē ducunt, virgis cedentes, & vestimēta eius abscinden-  
tes iuxta cingulum, & cultellis suis totum corpus eius secan-  
tes, & pungentes minutis vulneribus, cruentam & laceratam  
de villa in villam mittunt: & occurrunt semper nouæ flagel-  
latrices, zelo pudicitiae adductae, quousquē aut mortuam, aut  
vix viuam relinquunt, vt ceterę timorem adulterandi & luxu-  
riandi habeant. Si tam graui supplicio adulterium virginis,  
aut nuptae, maiores vestri antiqui Saxones dignum esse iudi-  
cabant: quid eos iudicasse existimandum est de eo, qui ince-  
stē & sacrilegē virginem sacram, quę Christo nupsit, vxorem  
duxit? & tamen talis magistri neque vos poenitet, neque pu-  
det. Heu quantum ab antiquis Saxonibus degenerastis, quo-  
rum ecclesia à Lutero nomen accepit, vt ecclesia Lutheri di-  
catur, vndē Lutherani: vt à Zuinglio Zuinglij ecclesia, &  
Zuingliani. hęc nomina, & alia eiusmodi, nomina sunt pro-  
fessionis fidei, testimonio est vestrum nomen, quo vos à pro-  
fessione fidei Augustanę confessionistas nominastis. Apud  
antiquos Saxones, quia vna erat fides, quę nostrę ecclesie  
est, vnum erat nomen, vt apud nos, id est, Christi ecclesia, à  
quo Christiani. illa enim, quę ad decipiendos simpliciores ob-  
ijcere in nos soletis, Thomistę, aut Scotistę, non sunt apud  
nos nomina diuersę professionis fidei, ablit, nec ab eis eccle-  
sia nominata vnquam est, vt dicatur ecclesia Thomistarum,  
aut Scotistarum, apage sis. In ecclesia enim omnium est cor-  
vnum, & anima vna: vbi quē id ipsum dicimus, & non sunt in  
nobis schismata: sed in scholis locum habent hęc, quę no-  
mina sunt varię professionis opinionum in quęstionibus, quę  
nec ad fidem, nec ad dogmata fidei pertinent: in quibus libe-  
rum est, sic aut secus opinari. Vndē in scholis tractantur ista,  
vbi ingenia disputationibus exercentur. Sed redeo ad epi-  
stolam sancti Bonifacij, Pręterea, inquit, nunciatum est no-  
bis, quod multa priuilegia ecclesiarum & monasteriorum  
fregisses, & abstulisses indē quasdā facultates. & hoc si ve-  
rum

Thomistę,  
& Scotistę  
nō sunt no-  
mina diuer-  
se professi-  
onis fidei,  
sed varię p-  
fessionis opi-  
nionum in  
quęstioni-  
b; quę nec  
ad fidē, nec  
ad dogma-  
ta fidei per-  
tinent.

rum est, peccatum grande esse dignoscitur, testante sancta  
scriptura: Qui abstulerit aliquid patri, vel matri, & dicit, hoc  
non est peccatum, homicidę particeps est. Pater noster sine  
dubio est, qui nos creauit: mater nostra ecclesia, quę nos in  
baptismo spiritualiter regenerauit. ergo qui Christi pecuni-  
as & ecclesie fraudauit, vel rapuit, homicida ante conspe-  
ctum iusti iudicis esse deputabitur. Et paulo post: Igitur post  
quā apostolicus pont. sanctus Gregorius ab apostolica sede  
misit prędicatores Catholicę fidei ad gentem Anglorum,  
intemerata & inuiolata permanfit vsque ad tempora Ceol-  
rhedi regis Merciorum, & Hofrhedi regis Deirorum, & Bers-  
niciozum: hi duo reges hęc duo peccata maxima in prouin-  
cijs Anglorum diabolico instinctu suis exemplis sceleratis  
contra pręcepta euangelica & apostolica Saluatoris nostri  
publicē faciēda monstrauerunt, & in istis peccatis commo-  
rātes, id est, in superstitione, & adulterio Nonnarū, & fractu-  
ra monasteriorum, iusto Dei iudicio damnati, de culmine re-  
gali huius vitę abiecti, & immatura & terribili morte prę-  
uenti, à luce perpetua extranei, in profundum inferni &  
tartarum abyssi demersi sunt. Nam Ceolrhedum pręcesso-  
rem venerandę celsitudinis tuę, vt testati sunt, qui pręsen-  
tes fuerunt, apud comites suos splendidē epulantem mali-  
gnus spiritus, qui cum ad fidutiam damnandę legis Dei sua-  
dendo pellexit, peccantem subito in insaniam mentis con-  
uertit, vt sine poenitentia & confessione furibundus &  
amens, cum diabolis sermocinans, & Dei sacerdotes ab-  
ominans, de hac luce sine dubio ad tormenta inferni mi-  
grauit. Hofrhedum quoquē spiritu luxurię fornicantem,  
& per monasteria Nonnarum sacratas virgines stupran-  
tem, & furentem agitauit, vsquequō ipsum regnum  
Anglorum, & iuuenilem vitam, & ipsam luxuriosam ani-  
mam contemptibili & despecta morte perdidit. Liben-  
ter hanc partem epistolę recitauit, vt perhorrescant, & con-  
tremiscant tum qui ex vestris stuprum incestum Nonnis  
intule-

Prou. 24.

Horribilia  
exēpla sup-  
plicij in vi-  
olatoses sa-  
crilegos &  
incestos  
monasteri-  
orū & mo-  
nialium.



intulerunt, aut sacrilega direptione monasteria & ecclesias spoliarunt: tum qui eos defendunt, aut eis assentiuntur. Satis haec testimonio duarum epistolarum sancti Bonifacii docui verum esse, quod Pontifex Nicolaus vix annis centum post Bonifacium ad Igarum Rhemensis scripsit, Hespericas regiones, in quibus vtraque Germania ponitur, in illis quaestionibus, quibus ecclesiae Graecae Romanam accusabant, nunquam ab ea dissensisse: siquidem eadem tunc, quae ecclesia semper prohibuisset, prohibebant & damnabant, quae Lutherani non solum prohibent, sed licere tradunt, & profitentur. Itaque non sum a proposito digressus, si quis aduertat, unde sim orsus, & quò progressus. Haec de primis ecclesiae Romanae Graecis reprehensoribus ante annos septingentos, quorum testimonio causam nostram adiunxisti: & tuos confessionistas coarguisti.

*De alijs ecclesiarum Graecarum in ecclesiam Romanam falsis criminatio- nibus: item de Graecarum ecclesiarum cum Latinis concordia in de- cretis Synodi Florentinae in Protestantes de satisfactionibus, Purgatorio, primatu, de primatu quid Synodus Chalcedonensis, & quid Synodus Nicena, & de fide Pontificis Romani nunquam defecta.*

CAPVT IX.

**D**icemus deinceps de alijs alio tempore item Graecis, eiusdem ecclesiae Romanae calumniatoribus ante annos quingentos. Michael enim patriarcha Constantinopolitanus, & Leo Acridanus archiepiscopus Bulgariae, & Niceta Pectoratus, de ieiunio Sabbati, de azy- mo, de esculentis, sanguine, & suffocato, ac de eelibatu eccle- siam Romanam criminabantur, quos Umbertus abbas coe- no-manensis, Leonis ix. ad Constantinopol. legatus, duobus libris eruditissimis, qui in multis bibliothecis extant, tunc confutauit. Illi igitur tunc temere nos reprehendendo erra- bant:

bant: qui cum ieiunium quadragesimae, quam vos sustulistis, tenerent, ut hodie etiam tenent, nolebant permittere nobis, qui eorum pias consuetudines non reprehendimus, ut totos quadraginta dies, unde Quadragesima nominatur, quibus sabbatum continetur, integrè ieiunarem: nec in azymo Dominicam coenam exemplo Christi faceremus, cum nec ipsi eos in fermentato facientes, accusandos esse putemus: nec in esculentis sanguinem & suffocatum habere, quasi ido- lolytha essent, cum minimè sint, ut culinæ vestrae etiam te- stantur. de eelibatu satis supra. Veniamus tandem ad ecclesias Graecas, quae abhinc annos centum triginta & am- pliùs fuerunt: & videamus, vtrum errores vltos ecclesiae Ro- manae obiecerint, an potius suos agnouerint, & ecclesiae Romanae de omnibus consenserint, de quibus antea dissentie- bant: & quemadmodum ille tunc ecclesiae Graecae multiplex testimonium in confessionistas dixerint. Ecclesiae igitur Grae- cae in oecumenica Synodo Florentina, post diurnam dispu- tationem inter doctissimos ecclesiarum praesides Occidentis & Orientis, vltro citroque habitam, professae demum sunt, ut literae publicae testantur, quae de sancta vnione inscriptae sunt, Spiritum sanctum ex patre & ex filio, tanquam ex vno principio & vnica spiratione, eternaliter procedere: in azy- mo, siue in fermentato pane triticeo verè corpus Christi per sacerdotes confici: item si verè poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de com- missis satisfecerint & omissis, eorum animas poenis purgato- rijs post mortem purgari: & ut à poenis huiusmodi releuen- tur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis offi- cia, quae à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt se- cundum ecclesiae instituta: illorumque animas, quae post ba- ptisma susceptam nullam omnino peccati maculam incur- rerant, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus sunt purgatae, in caelum mox recipi, & intueri clarè ipsam Deum

*Ecclesiarum Graecarum multiplex testimonium in Protestantes ante annos centum triginta.*

*Synodi Florentinae decreta.*

*Satisfactio- nes.*

*Purgatorijs.*



Primatus Romanæ sedis.

trinum & vnum, sicuti est. Item, inquit, definimus sanctam apostolicam sedem, & Romanum Pontificem, in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pōtificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere: & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem ecclesiam, à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus cōtinetur. Hæc sunt, quæ tunc ecclesiæ Græcæ, errata sua corrigentes, in œcumenica synodo ab spiritu S. illuminatæ, professæ sunt, quæ antea negabāt, immò quæ ipsi ecclesiæ Romanæ in criminibus obijciebant. Rationes verò de scripturis, & argumenta ac testimonia sanctorum patrum, ad disquisitionem veritatis in his quæstionibus tunc adhibita, conscripsit Græcè Gennadius Scholarius, qui interfuit, & patriarcha Cōstantinopolitanus postea factus est. Cùm ergo ecclesiæ Græcæ, quas tu Andrea testes in nos citasti, & errores ecclesiæ Romanæ improbasse dixisti, ipsæ potius in œcumenica synodo conuictæ, errores suos agnouerint & damnauerint, ac veritati cedere voluerint, profecto te potius, & tuæ sectæ consortes confessionistas, earum testatione iugulasti. Vt enim cetera omittam, de quibus vos tunc testimonio suo condemnauerunt, vt de Purgatorio, de sacrificijs, & oblationibus pro mortuis, item de doctrina sacramentorum septem, quæ sacro approbante concilio, id est, approbantibus ecclesijs Latinis & Græcis, tradita est Armenicis ecclesijs, & ab oratoribus nomen & auctoritatem earum sustinentibus, religiosè suscepta, in qua de tribus sacramentis, quæ vos adhuc negatis, continetur, Confirmatione, Extrema vnctione, & Matrimonio, & de sacramenti pœnitentiæ cōfessione, quam etiam sustulistis: vt hæc, inquam, omittam, non possum satis mirari illam tuam stupiditatem ne dicam, an ignorantiam, an obliuionem, an malitiam? quippe qui in illo

Protestantes testatione suorum restium iugulau.

illo ipso capite disputationis tuæ, & eodem loco, quo pontificem caput ecclesiæ negas, testes citas ecclesias Græcas, quæ in œcumenica synodo, de quibus antea dissentiebant, bonam cōfessionem coram pontifice Romano confessæ sunt, & præclarum testimonium, quod paulò antè recitauimus, dederunt, Romanum pontificem caput esse ecclesiæ Catholicæ, quod ab ipsis synodica auctoritate obsignatum manet. Quòd si in sententia non permanserunt, non tam mirandum, quam dolendum est accidisse eis, quod vobis accidit, qui confessionem fidei à patribus traditam, à multisque vestrum agnitam & cultam, à vestrisque Maioribus religiosè retentam, tandem authore Martino Lutero, & eius discipulis, mutastis: & pro ea nouam confessionem, Augustæ à vestris euangelistis fabricatam, professi estis. Dederunt illæ tunc ecclesiæ, & quæ eis successerunt, inconstantia suæ pœnas, & adhuc dant. Euenit enim diuino iudicio, quod eis Nicolaus V. paulò post minaciter scripsit, cùm nunciatum ei esset, redire ecclesias Græcas ad insaniam priorem, neque stare iudicatis & decretis à se obsignatis: Omnia, inquit, scimus: toleramus tamen, adspicientes in Iesum Pontificem, & dominum, qui ficum illam infrugiferam vsque ad tertium annum iussit seruare, cùm vellet agricola exscindere illam. Scripsit igitur has literas Pontifex anno 1451. & anno postea 1453. capra est Constantinopolis. Prodidit hoc monumentis literarum, nè confictum esse existimetis, Gennadius Scholarius, cuius paulò supra memini. Germania verò vestra quæ passà sit, postquam fidem patrum suorum deseruit, non opus est commemorare, nè eiusmodi commemoratio, insultatio potius videatur. Sed agè, si iuxta regulam Modestini Iuriconsulti, de principatu Pontificis Romani ecclesias tunc Græcas audiendas esse non iudicatis, quia aduersus testationem suam vacillauerunt, interrogemus omnes ecclesias Græcas, quas sexcenti episcopi Synodi Chalcedonensis celeberrima auctoritate representauerunt: quam tu Andrea synodis,

Testimoniū Græcarum eccl. de primatu pont.

Pronunciatio Nicolai V. de calamitate, & seruitute Græcorum postreuerfionem ad vomitum. Luc. 13.



Matth. 18.

Sexcentorū  
episcoporu  
testimoniū  
in Synodo  
Chalced. de  
primatu  
Pont.

Sextæ Syn-  
odi testimo-  
nium, & au-  
thoritas de  
principatu  
Romanæ  
sedis.

cūm ere tua, etsi falsò, esse putas, confidenter nobis oppo-  
nis, vt capite xxix. disputationis tuæ Lipsicę fecisti. Recite-  
mus, quod in tertia actione propè extremum in ijs literis di-  
cunt, quas de communi totius concilij sententia ad Leonem  
pontificem Romanū scripserunt. Si enim, inquit, vbi sunt  
duo aut tres cōgregati in nomine eius, ibi se in medio eorum  
fore perhibuit: quantam erga sacerdotes οικειότητα, id est, fa-  
miliaritatem peculiarem potuit demonstrare, qui & patriæ,  
& liberis, suæ confessionis notitiam pretulerunt, quibus tu  
quidem, sicut membris caput præeras, in ijs, qui tuum tene-  
bant locum, beneuolentiā præferens. Si iudicio & senten-  
tia sexcentorum patrum synodi Chalcedonenfis, Leo episco-  
pus Romanus tanquā caput eidem Synodo, quæ ecclesiam  
Catholicam per cunctum orbem diffusam representabat, per  
legatos suos præerat, ergò ecclesia Catholica sine episcopo  
Romano capite visibili, corpus visibile mutilū est. Idem sen-  
sit sexta Synodus œcumenica, quæ sic ad Agathonem episco-  
pum Romanum scripsit: *ὅθεν καὶ ἡμεῖς ὡς ἀποκαθρόνη σὺν τῷ οἰκου-  
μενικῷ ἐκκλησίᾳ τὸ τετρακτῖον ἀνατιθέμεθα. ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἔστι τῆς  
αἰτίας. τῆς ὑμετέρας πατρικῆς μακαριότητος ἀπὸ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως  
τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ἐμφιλοχρήσαντες γράμμασιν ἁπλῶν καὶ ἁσπῶν ἀπὸ τῆς  
κορυφαίας τῶν ἀποστόλων ἀκρότητος γνώσεσθε.* Vnde & nos, inquit,  
ad te tanquā ad tenentem principatum sedis in ecclesia per  
cunctum orbem patente, qui super firmam petram fidei stas,  
quæ agenda sunt, referimus: qui literas veræ cōfessionis, quas  
vestra paterna beatitudo ad Imperatorem misit, tanquā à  
principe apostolorum missas legimus, quem Synodus Chal-  
cedonenfis, quæ ecclesiam catholicā per omnes mundi regi-  
ones propagatam representabat, caput suū vocauit, episco-  
pum, inquam, Romanum: eundē sexta Synodus vocat tenen-  
tem primā sedē ecclesię œcumenicę. Vt enim caput princi-  
patū tenet in corpore, sic episcopus Roman. in corpore my-  
stico Christi, quod est ecclesia œcumenica, id est, cuncti orbis.  
De his literis Agathonis ad Imperatorem Cōstantinū missis, &

in Synodo lectis, sic idē Imperator Constantinus ad Leonem  
secundum, Agathonis successorem, scripsit: *ὅ ὡς περ αὐτὸν τὸν  
ἐκάρχοντα τοῦ ἀποστολικῆς χοροῦ τὸν πρῶτον βαβρον τοῖς κενταῖς χρονοῖς, μετὰ  
ἡμῶν, dicit contemplatum se fuisse oculis mentis in illis lite-  
ris Agathonis episcopi Romani, veluti Petrum ipsum apos-  
tolicæ chori præsidem, ac primam basem siue fundamentum.  
Ut igitur Petrus fuit ἐκάρχος & πρῶτος βαβρον chori apostolicæ, sic  
episcopus Romanus successor Petri, ἐκάρχος est & πρῶτος βαβρον  
cœtus episcoporum omnium, qui cœtus choro apostolorum  
successit. Illud tamen sæpius admonēdum est, in quo vos sem-  
per erratis, & nunquā ad veritatem venire vultis, non qui-  
dem poni à nobis aliud caput inuisibile, præter Christum, ex  
quo totum corpus ecclesię connexum, & compactum, au-  
gmentum corporis facit in ædificationem suā in charitate:  
Petrus verò caput est visibile, ex quo totum corpus conne-  
xum, virtutem faciendi augmentum corporis ab illo capite  
inuisibili participat, quod nō per participationem, sed per vir-  
tutem propriam augmentum tribuit. Similiter dicendum  
est de fundamento, non esse aliud, sicut apostolus ait, præter-  
quā quod positum est, quod est Christus Iesus: fundamen-  
tum, inquam, non super aliud fundamentum, quo indigeat,  
positum & collocatum, sed quod propria virtute reliquum  
omne ædificium spirituale firmat, & solidum facit, quod qui-  
dem fundamentum nunc non videtur nisi per fidem. Petrus  
verò, & successor eius, fundamentum ecclesię est, quod per  
virtutem participatam ex illo fundamento, quod nunc non  
videtur, & super quod hoc positum est, firmat ecclesiam visi-  
biliter: non enim mentiri potest, qui dixit de Petro, & cum  
Petro loquens, Tu es Petrus, & super hanc petram, super hoc,  
inquam, fundamentum ædificabo ecclesiam meam. hinc Pe-  
trum fundamentum primum visibile mystici & visibilis ædifi-  
cij ecclesię, quæ videtur, vocauit paulò antè Constantinus  
Imperator, sicut ab ecclesijs Græcorum didicerat, πρῶτος βαβρον.  
Verūm de primatu pontificis Romani non est nunc prolixū.*

Quomodo  
nunquā  
Protestan-  
tes intelli-  
gere volūt,  
non poni à  
nobis aliud  
caput præ-  
ter Christū,  
nec aliud  
fundamen-  
tum.

1. Cor. 3.

Quomodo  
Petrus fun-  
damentum  
ecclesię.

Matth. 16.



us differendi locus: immò nec opus est, cum nihil haftenus nec Eckijs, neque Latomis, neque Fabris, nec alijs multis vestri protestantes responderint, quippe cum nihil ad respondendum habeant, nisi in se ipsi velint respondendo incurre-  
 re. Quòd si adhuc maximi, & omnium primi concilij Niceni auctoritatem de primatu episcopi Romani requiritis, quem admodum sextus canon Nicenus contineat caput esse eum ecclesie Catholice, satis me arbitror libro iij. defensionis epistolaru pontificu apostolicoru nuper demonstrasse: immò illud sufficit, quod superiore libro de hac re in Illyricu, corruptissime hunc canonem interpretantem, quam brevissime potui, scripsi. Haftenus ergò responsum tibi sit Andrea, ad ista, quam dixisti, assertoria assertione, & planè capitalem pontificem Romanu caput ecclesie esse, & non posse cum sectatoribus suis errare. Vtrunq; autem testimonio Græcarum ecclesiarum refutare voluisti: quæ in te potius & in tuos confessionistas, quos defendere aggressus eras, testimonium dixerunt, esse scilicet pontificem caput ecclesie Catholice: & quos aliquandò ecclesie Romanæ errores esse putauissent, suos potius fuisse. Illud verò, nò posse pontificem cum sectatoribus suis, vt verbis tuis inuidiosis vtar, errare, quia ad assertationem & capitale crimen pertinere credis, rogabo te Andrea, cum Dominus dixit Petro, Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: credis rogasse, & non impetrasse? minimè. aut rogasse pro fide Petri tantum? ne id quidem dici potest. vnde statim subiungit, Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos: confirmare aut non poterat in fide, à fide alienos, sed nutantes potius & infirmos confirmare oportebat: aut etiam stabiles firmiores facere. Deindè quomodò poterat esse sine grege, qui futurus erat pastor, & cuius fidei vniuersæ oues Christi committendæ? non enim dixit Petro, Pasce oues has, aut illas, sicut idem Petrus singulis pastoribus dicebat, Pascite gregem, qui in vobis est: id est, quisque suum: sed dixit, Pasce oues meas, vt quarum pastor non esset Petrus, non agnosce-

Authoritas synodi Nicenæ de primatu Pont.

Quomodo rogauerit Christus, nò deficiat fides Petri. Luc. 22.

Ioan. 21.

L. Pet. 5.

ret

ret in suis, qui ei dixit, Pasce oues meas: id est, esto pastor omnium ouium mearum. hunc enim sensum, vt antea dixi, exprimit sermo Græcus, τὰ πρόβατά μου, & sic intellexerunt, & interpretati sunt omnes Græci & Latini patres. aut profer tu vel vnum aliquem ex veteribus, qui contradicat, vel cede infinitis. Ergò cum pro fide Petri, qui futurus erat pastor gregis, Iesus Christus rogauit, pro fide simul gregis eius rogauit. Ipse enim fidei conseruator est, cuius donum fides est. ex quo fit, vt secundum verbum Christi nunquam ecclesia Catholica defectura sit: id est, grex fidelium, qui vocem Petri pastoris in pastore successore suo episcopo Romano audiat: quia nunquam defecturus est loco Petri pastor, pro cuius fide & gregis eius Christus rogauit, cum pro fide Petri pastoris & gregis eius rogauit: pastor enim, gregis pastor est, & vicissim grex, pastoris grex. Hoc igitur est, non posse errare, id est, fide deficere pontificem cum sectatoribus suis, vt more tuo loquar, cum ecclesia, inquam, sua: id est, pastorem Petri successore, cum grege suo, qui est vniuersæ oues Christi, Petro in successore eius, vbiq; sunt, obediens, & vocæ ac confessionem eius sequentes. Quare si vos confessionem Petri sequi vultis, opus est vobis, confessionem successoris eius sequi. Sed maluistis, pro Deo, confessionem Augustanā, quam Romanā, Luteri, quam Petri. Dicā iterum, cum pro fide Petri patre Dominus Iesus rogauit, in Petro simul pro fide successoris eius rogauit. Non enim ecclesie tantum, quæ tūc erat, quod commodum & necessariū erat, prouidebat, sed future etiam, vt hac prouidentia successio fidei perpetuaretur, iuxta prophetiā Esaiæ: Hoc foedus meū, inquit, cum eis, dicit Dominus, spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, nò recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus à modo, & in sempiternū. Ostendite ergò vos confessionistæ, cui sit huiusmodi promissio fidei nò defecturæ facta, nisi Petro principi apostolorū, ac proinde principi pastorū, & in eo successoribus eius: siquidē non tan-

Quid sit, nò posse errare pontificem in fide cum ijs, qui eum sequuntur.

Luc. 22. Cum pro fide Petri, nò deficeret, Christus rogauit, pro fide successoris simul rogauit. Esa. 59.

tum



tum volebat Dominus, ut ecclesie presenti consultum esset, sed futura quoque. Non sic autem Petrum voco principem pastorum, ne quis calumniatur, ut Petrus ipse principem pastorum Iesum vocat: Iesus enim princeps pastorum est, ut Dominus: Petrus vero, & successor eius, ut servus ac minister tantum. Quod si ostendere, quod dixi, non potestis: quae ista tanta invidia, quae vos obcaecat, ut quod reliquae omnes ecclesie per cunctum Occidentem hodie vident, & confitentur, & ecclesie patrum ac maiorum vestrorum viderunt, & semper confessae fuerunt, vos non ita multi in Germania cum Calvinianis, qui iam penè interitum, adiuvante Deo, ceperunt, non videatis? Dicam hinc cum Hilario libro vii. de Trinitate: Non intelligo, aliud quam negandi esse odium, ubi imperitiae error non excusatur in crimine, id est, ubi ignorare non licet, quod negatur. Unde enim scimus & pro certo habemus, fidem ecclesie non defecturam, si nusquam Dominus Iesus promissit: aut ubinam cernitur magis expressa promissio fidei non defecturae, quam hinc? Illud enim, ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, haeretici quoque sibi vendicant, & ad se referunt: item illud, Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, cum alioqui, quibus verè hec congruant, opus sit (ut antea docui) ut ad gregem Petri in successore eius pertineant, at ut successor Petri sit, & ut in Petro pro fide sua, ut non deficeret, rogaverit Dominus, nemo haereticorum sibi arrogat. Non negamus, Andrea, Pontificem labi hoc enim humanum est, & humani nihil alienum à se Pontifex putat, quia homo est. Lapsus est Petrus negando: sed non defecit fides eius in tentatione: quia cum per trepidationem, ait beatus Hilarius, obrepisset negatio, voluntati tamen usque ad martyrium confitendi, fides firma non deerat: territus enim Petrus, etsi per carnis sensum responsionis non potuit tenere constantiam, per fidem tamen statim sicut. Haec enus Hilarius. Sic fides Marcellini Pontificis non defecit, statim enim, ut infirmitate

Vbi Dominus promissit, fidem ecclesie nunquam defecturam esse. Matth. 18.

Matth. 20.

Luc. 22.

Petro lapsus non defecit fides.

tate

tate carnis victus, in persecutione Diocletiani thus idolis incendit, poenitentia ductus, scelus suum in concilio centum octuaginta episcoporum confessus est. Vestrae autem ecclesiae, quam vocatis, idem fides defecit, ac proinde ecclesia esse desijt, quia defecit poenitentia. Vbi enim non poeniter negasse extrinsecus, ibi iam nec intus corde creditur. Ut iam verissimum sit, quod Lactantius Firmianus libro iiii. de vera sapientia scripsit, veram ecclesiam esse, ubi est confessio & poenitentia. Haec igitur gratia collata fuit Petro, pro quo rogatus est pater, & in Petro successori eius, ut fides eius non deficiat, idque propter munus eius pontificale, quo uniuersa fraternitas, id est, cuncta ecclesia, firmanda est in fide. Hanc gratiam fidei nunquam in pontifice Romano deficientis, antiqui patres agnouerunt & celebrarunt. Sic enim vnus ex eis Theodoretus, cum scribit ad Renatum presbyterum ex collegio fratrum, quos nunc Cardinales vocant: Spoliarunt me, inquit, sacerdotio, eieceruntque ex ciuitatibus, nec aetatem in religione exactam, neque canitiem reueriti: quamobrem te deprecor, ut sanctissimo archiepiscopo (Leonem primum dicit) persuadeas, ut apostolica utatur auctoritate, iubeatque ad vestrum concilium adire. tenet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis ecclesiarum, cum propter alia, tum quia semper haeretici foetoris expers permansit: quin potius apostolicam gratiam inuiolatam custodiuit: gratiam dicit nunquam defecisse fidei, propter hanc gratiam, quae cum charismate pontificatus successoris Petri, nexu firmissimo copulata est, conuenit ei, quod synodus Chalcedonenfis testata est, eidem tribuisse antiquitatem. sic enim ait, loquens de Leone Pontifice Romano, οὐδεὶς ἄλλος ἐπιπέσει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ ἀποστόλου, cuius, inquit, sacerdotio tribuit antiquitas locum & facultatem ad inquirendum in omnes de fide, & sacerdotibus. Cum antiquitatem dixit, ad originem priscam apostolicae traditionis retulit, secundum rationem verbi Graeci

Quare fides defecit Protestantibus.

Quare Petro, & successoribus eius collata gratia fidei nunquam deficientis.

Facultas ad inquirendum in uniuersos de fide Pontifici Romano secūdam apostolicam traditionem tributa. Simonio synodi Chalcedonenfis.



*Καὶ ἀποκρίσας.* Quia tu Andrea synodum Chalcedonensem nobis obijcis in ordinandis episcopis sine ecclesijs, de quo, loco suo tibi respondebo, idcirco libenter hinc synodum Chalcedonensem, id est, testis tui auctoritatem, tibi rursus obijcio, ut caput tuæ disputationis tanquam alterius Goliæ, tuo gladio præcidatur. Igitur pontificem Romanum cum ijs ecclesijs, quæ eum sequuntur, errare, in fide scilicet, ita ut fides eius deficiat, non est assentatoria, & capitalis assertio, ut tu ais, sed Domini Iesu gratia de Deo patre rogata: tua verò negatio, in patrem Deum & Dei filium contumeliosa & blasphema est: & scelus capitale, æ geenna sempiterna plectendum. Deinde quod sequitur in eodẽ tuo capite xxij. Fuerunt in regno pontificio, præter pontifices ipsos, episcopos, & monachos, plerique alij viri docti & pii, qui illas multiplices corruptelas doctrinæ evangelij, illam horribilem superstitionem, & profanationem sacramentorum divinitus institutorum, & disciplinæ sanctioris neglectioem seriò improbârunt, reprehenderunt, & damnârunt, quantum & hi suos nævos habuerunt: & retinuerunt aliquos errores, quos admoniti non gravatim relicturi fuissent. Cùm dicis quasi indicando, illas corruptelas doctrinæ evangelij, & illam profanationem sacramentorum, dogmata ecclesiæ Romanæ significas, quæ vos, Martino Lutero authore & magistro, repudiastis: & usum sacramentorum, quem eadem tenet: quare si diceres, Andrea, qui pontifices, episcopi, monachi, qui isti plerique alij viri docti & pii, & quæ illa, quæ improbârunt, reprehenderunt, ac damnârunt, responderem aliquid: sed quia non dicis, nihil aliud respondere possum, quam confitum esse totum hoc, & te mendacij teneri, donec proferas istas corruptelas, & istos pontifices, quos dicis, & viros doctos & pios: qui si sunt plerique, ut dicis, faciliè occurrent tibi. Illud autem, fateor, vix sine risu legere potui, quod istis ipsis, nescio quibus doctis & pijs, quos dicis, & quibus credi vis, licet ignorentur, ipse fidem & auctoritatem detrahis, nè eis credatur, cùm ais, Centuriatores

res Magdeburgicos imitatus, nequos alioqui suos habuisse. Quam enim auctoritatem, habere oportet testimonium errantium? Competit enim in eos, quod beatus Hilarius de Tertulliano ait: Consequens error hominis, detrahit scriptis probabilibus auctoritatem. O te bellissimum accusatorem, qui ad probandum crimina testes esse dicis, quorum neq; nomina proferas, neque testimonia recitas, & quibus fidem ipse prius derogas, quam audiantur. Agè Andrea, si pontifices & alios, quos dicis, non ignorabas, qui corruptelas doctrinæ evangelij, quod prædicamus secundum ecclesiæ Romanæ confessionem ac traditionem, in regno pontificio aliquandò reprehenderunt, cur pudicum est nominare? cur, nisi quia metuebas, nè calumnia tua deprehenderetur? Scripserunt aliquandò pontifices Romani contra corruptelas, ut tuo verbo utar, doctrinæ evangelij, ut Euaristus in epistola ad Africanos, in eos, *Qui* aiebant de solo patre dictum esse in epistola ad Timoth. priore, quia ipse solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. & Alexander epist. ad omnes orthodoxos contra corruptam & falsam doctrinam negantium trinitatem & unitatem. Item Iginus in epist. ad omnes Christi fideles de consubstantialitate sanctæ trinitatis. Eutychanus ad episcopos Bericæ de fide incarnationis contra eos, qui iã tunc multò ante Apollinarium, Nestoriũ, & Eutychem falsam doctrinam de ea tradebant. Rursus de eadem re Gaius ad Felicem episc. Huiusmodi sunt cætera, quæ pontifices de corruptelis doctrinæ evangelij notasse, & reprehendisse legisti, quæ à fide ecclesiæ Romanæ aliena fuisse, ipse epistolæ pontificum Romanorum, quas tu testaris, testes contra te sunt. Ecclesia enim, ut ait beatus Cyprianus in libro de unitate ecclesiæ, in episcopo est: quare in episcopo Romano ecclesia Romana est, pro cuius fide tunc Christus patrem rogavit, cùm pro fide Christi rogavit, & exauditus est. Cùm ergò pontificis Romani fides, ecclesiæ Romanæ sit: & fides ecclesiæ Romanæ, fides Pontificis: quomodò doctrina evangelij corrupta esse

Quales testes à Pontificibus producantur.

1. Tim. 6.

Luc. 22.



Calumnia  
Protestanti-  
um depræ-  
hensa simul  
& oppressa.

Magna ec-  
clesiæ Ro-  
manæ laus  
quod in cri-  
mine ponti-  
ficis à Prote-  
stantibus.

Luc. 22.

Ad ecclesiã  
Romanam  
pertinet, vt  
oēs omniũ  
errores in-  
probet: &  
omnes, qui  
seducunt,  
inerepet.

esse poterat in ecclesia Romana, quin fides ipsorum pontificum Romanorum corrupta esset? quod si corrupta erat fides pontificum, quomodo improbabant, & reprehendebant corruptelas ecclesiæ Romanæ, quas ipsi tenebant? Vide Andrea, quorsum euasit calumnia tua: quomodo deprehensa simul & oppressa est. Quæ enim pontifices Romani in alijs ecclesijs, alioqui Romanæ ecclesiæ subiectis, de doctrina non sana reprehendebant: crimina, inquam, aliarum ecclesiarum, per calumniam manifestam, & sibi repugnantem, in ecclesiam Romanam deriuare uoluisti, qui usque adeo odio ecclesiæ Romanæ obcecatus es, vt non intelligas, quod criminaris, non crimen ecclesiæ Romanæ, sed laudẽ esse. Etenim si regnũ pontificum uocas ecclesias omnes Romanæ subiectas, in qua beati Petri successor sedet, ingens laus est, & digna illa Christi pro firmitate fidei Petri rogatione, quod in regno pontificio, id est, in ecclesijs pontifici Romano subiectis, fuerunt, vt tu ais, præter pontifices, episcopos, & monachos, plerique, alij uiri docti & pii, qui corruptelas doctrinæ euangelij, & profanationem sacramentorum, & disciplinæ neglectiõnem improbarunt, & reprehenderunt, atque damnarunt: ex quorum numero sunt, qui ex eo etiam tempore, cum uos nondum abiecta obedientia, pars regni pontificij eratis, corruptelas doctrinæ euangelij, quas Lutherus in Germanias introduxit, improbarunt & reprehenderunt. Ad ecclesiam enim Romanam, in qua sedet successor B. Petri, pro cuius fide, ne deficeret, rogauit Dominus, & cui dictum est, Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, pertinet, vt omnium errores improbet & reprehendat: & omnes, qui seducunt, inerepet, vt sani sint in fide. Hoc autem facit per pontifices ipsos, per episcopos, per monachos, & per plerisque, alios doctos & pios uiros, qui in regno pontificio sunt. Addidisti etiam simili artificio, improbasse quoque pontifices in regno pontificio profanationem sacramentorum, diuinitus institutorum. Hic etiam usum sacramentorum, ecclesiæ Romanæ maculare uoluisti: & metuisti, ne calumnia

& men-

& mendacium proderetur, si uel pontifices nominares, uel testimonium eorum proferres. Sed ego te inuitum in vno pontifice, exempli causa, quod satis erit, prodam. Innocentius primus in epist. ad Decentium Eugubinum episcopum, Si instituta, inquit, ecclesiastica, ut sunt à beatis apostolis tradita, integra uellent seruari Domini sacerdotes, nulla diuersitas, nulla uarietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi uisum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis uel ecclesijs, aut teneri, aut celebrari uidentur, ac sit scandalum populis, qui dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi aut ecclesijs non conuenire, aut ab apostolis uel apostolicis uiris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat, aut non aduertat, id quod à principe apostolorum Petro ecclesiæ Romanæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere seruari? neque superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat: aut aliunde accipere uideatur exemplum? præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispaniam, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias nisi eos, quos uenerabilis Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes. Aut legant, si in his prouincijs alius apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse: quod si non legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, à qua omnes principum accepisse non dubium est: ne, dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum uideantur omittere. Sapere dilectionem tuam ad urbem uenisse, ac nobiscum in ecclesia conuenisse, neque dubium est. & quem morem uel consecrandis mysterijs, uel in cæteris agendis arcanis teneat, cognouisse, quod sufficere arbitraret ad informationem ecclesiæ tuæ, uel reformationem, si quid prædecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerint: nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. quibus idcirco respondimus, non

Innocentius  
primus in  
eos, qui no-  
lebant sequi,  
quod eccle-  
siæ Romanæ  
traditum  
erat.

li 3 quod



Testimoniū  
Innoc. de  
ecclesie  
Rom. euan-  
gelica do-  
ctrina, sa-  
cramento-  
rum usu, &  
ecclesiasti-  
ca discipli-  
na.

quòd te aliqua ignorare credamus, sed vt maiore authoritate vel tuos instituas: vel si qui à Romanę ecclesie institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas: vt scire valeamus, qui sunt, qui nouitates inducunt, aut alterius ecclesie quàm Romanę existimat consuetudinem esse seruandam. Hactenus Innocent. Vides Andrea, antiqui pontificis singulari sanctitate & eruditione, de ecclesie Romanę euangelica doctrina, sacramentorum usu, & ecclesiastica disciplina testimonium. Idem ceteri omnes Romani pontifices à principio semper senserunt. & nisi ita esse, vt dico, tibi conscius fuisses, nunquàm istos pontifices, quos dicis, tacitos esse voluisses. Erubescere igitur, si quid pudoris reliquum fecisti: & agnosce, in vos conuenire, quę Pontifex Innocentius ante annos mille ducētos in eos hęc scripsit, qui nolebant sequi, quod ecclesie Romanę traditum erat, vndè principium & ortum duxissent: sed peregrinis potiùs assertionibus studere malebant. Vos enim estis, Andrea, qui ab ecclesia Romana originem ducitis, à qua, authore Lutero, degenerastis. Sed pergamus iam ad aliud caput, si quid fortè reperia, quod redarguere non pigeat, præter conuicia & maledicta, quę præterire & dissimulare institui. Scimus enim vestrum more, & cuius discipuli sitis, Lutheri scilicet, qui fuit omnis maledicentię pater.

*De Missa pro viuīs & defunctis ex verbo Dei, & quomodo qui eas negant, nolunt Christum mediatorem esse amplius. Quid Simeon Thesalonicensis de mediatione Christi scripserit in Protestantes, & de opere operato ipsius Missie.*

CAPVT X.



Eprehendit præterea Andreas in extremo capituli xxiiij. quòd in ecclesijs nostris ad sacrificium Missie pro viuīs & defunctis offerendum sacerdotes constituuntur. De qua re quia multa ab alijs scripta, & à me non pauca hęc perti-

pertinentia, in defensione epistolarum pontificum apostolicorum nupèr contra Magdeburgenses responsa sunt, vt breuiter respondeam nunc protestantibus, & eorum defensori Andrea Lipsico disputatori: Si non creditis ecclesie Hierosolymitanae, cui Missa beati Iacobi tradita est: nec Alexandrinae, cui Missa beati Marci: nec ecclesie Occidentali Romanę, cui Missa sancti Petri, quę Græcis literis adhuc extant, in quibus pro viuīs & mortuis precatio fit & oblatio: neque Clementi Romano, neque Dionysio Pauli discipulo, qui Missie descriptiones pro viuīs & defunctis Græcè reliquerunt: nec ecclesijs Græcorum, qui Missas Magni Basilij, & Chrysostomi pro eisdem faciunt: neque beato Cypriano, quem nobis, cum videtur, obijcere soletis, qui sacrificium pro mortuis libro primo, epistol. nona, prædicat: neque beato Augustino in libro De cura pro mortuis, & alijs: neque beato Gregorio Nazianzeno in oratione funebri ad Casarium fratrem, nec alteri Gregorio Nysseno in oratione pro defunctis, neque Ioanni Chrysostomo in comment. Pauli ad Philipp. & Galat. neque Ioanni Damasceno optimo dogmatistæ in sermone de iuuandis mortuis, hi enim & reliqui, quos taceo, nè omnes enumerem, oblationes Missie, quas tum προσφοράς, tum προσευχὰς τῆς ἱερουργίας, aut μυσταγωγίας, aut τελετῆς vocant, pro viuīs & defunctis frequenter & commemorant, & cōmendant: si his, inquā, omnibus nō creditis, qui verbū Dei secuti sunt, credite saltē ipsi verbo Dei. ipso enim verbo Dei, quod negare non audebitis, vos planè, si non quidem iudicio vestro, aut vestri similiū, at certè iudicio eorū, qui hæresi vestra non sunt anticipati, planè reuincimus. Quamobrèm quia mihi, vt cum Paulo dicam, eadem scribere non est pigrum, vobis autem necessarium: repetam hęc, quę in defensione canonum apostolorum capite vicesimoquarto scripsi. vbi ex eo, quod Dominus Iesus de hoc mysterio tradidit, & apostolus eius Paulus in priore epistola ad Corinth. repetiuit, dicebam & probabam necessariò cōcludi, fieri oblationē sacrę Eucha-

Phillip. 8.



Verbu Dei de oblatio- ne à Prote- stantibus ex- plofa. Matth. 26. Marc. 14. In sancta Eucharistia nõ sumpti- onem tan- tum, vt Pro- testantes tra- dunt, sed etiam obla- tionem in- stituta esse. Lucæ 22. Ephe. 5. Esai. 55. 1. Cor. 11.

Eucharistiæ in Missa p̄ viuis & defunctis. Quod enim Matthe- us dixit, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, & Mar- cus similiter, Sumite, hoc est corpus meum: nõ sic Protestan- tes intelligerent, quasi nihil ibi præter cœnam factum es- set, vt falso interpretantur, non subiunxerunt statim hi duo euangelistæ. Hoc facite in meam commemorationem, quasi nihil aliud ibi præciperetur, quàm celebrare memo- riam cœnæ Dominicæ manducando tantum, siue sumendo: idcirco beatus Lucas tanquam interpres priorum, supplicuit, quod desiderabatur. Sic enim ait: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, siue traditur: quod perinde est, quasi diceret, quod pro vobis Deo offertur, in mortem scilicet, quæ iam in- stabat, & iam quasi præsens erat. hoc enim significat hîc, il- lud, datur: pro quo Paulus dixit, Qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam. & Esaias, Oblatus, inquit, est, quia ipse voluit. Quare, quod statim subiungit, Hoc facite in meam commemorationem, necessè est ad illud, quod proxime antecessit, referre, Quod pro vobis datur: & ad illud si- mul, quod prius dixerat, Fregit, & dedit eis: siue quod pleni- us alij euangelistæ expresserunt, Accipite, & manducate, si- ue sumite. Vt iam celebratione huius mysterij, quod in Missa celebratur, necessariò vtrunque commemorare iubeamur, oblationem in cruce factam, sicut Paulus apertè dixit, Quo- tiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis: & illam corporis Domini mysticam & veram manducationem. Quare quibus potesta- tem hanc Christus dedit, necessè est secundum institutionem Domini, vt sicut manducando corpus Domini cœnam illam Dominicam celebrant ac commemorant, sic etiam & in pri- mis oblationem in cruce factam offerendo commemorent. Quomodo enim commemoratio oblationis sacrificij in cru- ce facti, in sola manducatione esset, nisi quod manducatur, prius esset oblatum? Quod vt magis adhuc Protestantibus pateat,

pateat, interrogemus eos cum Andrea Lipsico doctore, hoc quod Dominus hac institutione in suam cõmemorationem fieri præcepit, vbinam fieri præcepit? nõne super altare? hæc enim si negauerint, continuo redarguet eos apostolica tra- ditio, quæ in vniuersis ecclesijs Catholicorum Orientis & Occidentis, summa religione ab initio custoditur, cuius tra- ditionis testimonium quoque Pauli scriptum habemus, nõ isti iam vlllo modo cauillari possint, vt solent. Habemus enim, inquit, altare, de quo edere non licet ijs, qui tabernaculo de- feruiunt. Quis autem ignorat *δυστάχην τοῦ εὐαγγελίου*, vnde dici- tur, referri? id est, altare ad hostiam? aut quæ vnquam mensa quouis etiam linguæ idiomate altare dici consuevit, nisi men- sa, in qua fit oblatio sacrificij Domini? vt fuit illa mensa cœ- næ Dominicæ, & nostræ ecclesiæ altare, quod illam repræ- sentat, in quo id ipsum, quod Dominus nocte illa in memo- riam oblationis iam iam in cruce faciendæ, offerendo & man- ducando fecit, & ipsi secundum institutionem eius offeren- do item & manducando facimus. Iam verò quòd hæc insti- tutio Domini pro viuis & mortuis oblationem fieri præcipi- at, ex eo quoque necessariò colligitur, quod ait, Hoc est cor- pus meum, quod pro vobis datur, Hoc facite in meam com- memorationem, scilicet pro vobis. illud enim, pro vobis, prius dictum, repetendum est *ἀπὸ κοινῆς*, id est, à communi, quæ est frequens figura in scripturis, quæ zengma dicitur. quòd si hoc isti negent, rursus eos interrogabimus, pro qui- busnam dicit, facite? & ad quorum fructum? pro nullis enim, nec ad vllius fructum, ne cogitare quidem licet. restat ergò, vt intelligamus, Facite pro vobis. Sed quæramus rursus, quo- modo? & quando pro vobis? an intelligendum est quasi dica- tur, Facite pro vobis viuentibus? minimè. quia non solum qui viuunt, sunt, vt de eis tantum intelligi possit istud, Pro vobis: sed etiam qui piè mortui sunt, esse dicuntur: omnes enim, inquit, animæ viuunt apud te: & spiritus iustorum in

Heb. 13. Mēsam cœ- næ Domi- nicæ cur apostolus altare vo- cauit.

Offerendū esse pro vi- uis & mor- tuis, ex ver- bo Dei li- quere.

Clem. lib. 8. de constit. apost. Ecclē. 3.



Matth. 22.

Eph. 4.

manu Dei sunt: & Deus non est mortuorum Deus, sed vi-  
 rum. relinquatur ergo, ut sicut non solum pro viuis mortuus  
 est Christus noster, sed etiam pro mortuis, id quod satis de-  
 scensus ipse Christi ad inferiores partes terrae, sicut aposto-  
 lus ait, probat: non enim descendit, nisi ad eos, & propter  
 eos, pro quibus etiam mortuus erat: sic non solum pro viuis,  
 sed pro mortuis iussit offerre in commemorationem oblati-  
 onis in cruce factae. Cum igitur Dominus instituerit, & præ-  
 ceperit, ut ex verbis eius demonstratum est, ut non solum  
 cœnæ, ut protestantes tradunt, sed etiam oblationis in cru-  
 ce factae commemoratio fiat in Missa pro nobis, id est, ad ne-  
 cessitatem & utilitatem sanctificationis nostræ: consequens  
 est, ut sicut idem Dominus voluit moriendo mediator esse  
 pro nobis in gratiâ Dei reconciliandis, sic deinceps pro nobis  
 voluerit adhuc mediator esse apud eundem patrem Deum, non  
 amplius verè moriendo, sed solum commemoratiuè, siue  
 repræsentatiuè, siue secundum commemorationem: id est,  
 non per veram effusionem sanguinis, sed per consecratio-  
 nem corporis & sanguinis, in commemorationem oblati-  
 onis sacrificij in cruce facti: quæ quidem commemoratio ob-  
 lationis, oblatio quædam est: & ipsum illud corpus, quod in  
 cruce per sanguinis effusionem tunc sacrificium fuit, nunc  
 sine sanguinis effusione idem sacrificium est. Quare qui ne-  
 gant Missas pro viuis & defunctis, non iam Christum volunt  
 mediatorem esse, sed fuisse tantum: cum secundum Aposto-  
 lum adhuc appareat vultui Dei pro nobis: quod est, esse ad-  
 huc mediatorem, non precando per se tantum in celo, &  
 per ministros in ecclesia: sed offerendo se in cruce mortuum  
 per seipsum: in celo reuelata facie, & per ministros suos in  
 ecclesia in mysterio. Describam ergo hæc, quæ de huiusmo-  
 di Christi mediatione scripsit Simeon Thessalonicens. author  
 valdè eruditus, tamersì parùm beneuolus Latinis ecclesijs,  
 ut intelligant protestantes cum suo Andrea, quid ecclesiæ  
 Græco-

Qui negant  
 Missas pro  
 defunctis  
 & viuis, no-  
 lit Christum  
 esse amplexus  
 mediator  
 esse pro eis,  
 sed fuisse  
 tantum,  
 Heb. 9.

Simeon  
 Thessalo-  
 nicens.

Græco-

Græcorum, quas in nos testes citat Andreas, de hac re tene-  
 ant, ut à patribus acceperunt, & ex scripturis sanctis didice-  
 runt. Sic enim in libro de mysterijs Missæ, scripsit capite 44.  
 περί τῆς τοῦ χριστοῦ μεσίτης: μεσίτης γάρ ἐστι, δι' οὗ πάντα γέγονε τὰ πα-  
 ρὰ τοῦ θεοῦ δοθέντα ἡμῖν ἀγαθὰ, μᾶλλον δὲ δίδοται αἰεὶ, οὐ γὰρ ἀπαξ μεσι-  
 τίστας καὶ παραδοὺς ἀπαλλάττει ἡμῖν, ὅπως ἔν ἐμεσίτευσεν ἀπαλλάγει, ἀλλ' αἰεὶ  
 μεσίτευει οὐ λογαίσι τισὶ καὶ δεήσεσιν, ἵσπερ οἱ πρεσβυτεὶ ποιούσιν, ἀλλὰ  
 παράγωγε. τί δὲ τὸ παράγωγε; τὸ σωματικῶν ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑαυτοῦ τῶν οἰκείων  
 μεταδίδοται χαρίτων κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου, καὶ τὸ τ' καθάρσεως μέτρον. καὶ  
 καθάρσεως τὸ φῶς δι' ἑαυτοῦ τὸ ἑρᾶν τοῖς ὄρωσι παρέχον, καὶ οἷον ἑπιλείπει,  
 καὶ τὸ ὄρω ἐπιλείπει, οὕτω καὶ τὴν μετὰ τοῦ χριστοῦ σωματικῶν ἀνάγκη διηνεκῆ  
 ταῖς ψυχῶς εἶναι, ἕνεκεν μὲν ζῆν ὄλωσ' ἀναπαύεσθαι. οὕτω γὰρ χάρις φῶ-  
 τὸς ὀφθαλμῶς δύναται βλέπειν, οὕτω χάρις τοῦ χριστοῦ τὴν ζωὴν ἀληθινὴν καὶ  
 εἰρήνην ἐνεῖναι ταῖς ψυχῶς διωκτῶν, ὅτι αὐτὸς ἐστὶν ὁ τῷ θεῷ καταλλάξων  
 μόνος, ὁ τὴν εἰρήνην ταύτης ποιῶν, ἡ χάρις ἐχθροῦς θέντος τοῦ θεοῦ τῶν ἀγα-  
 θῶν τῶν αὐτοῦ μετέχειν ὁπωσοῦν οὐδεμία ἐστὶν ἐλπίς. εἴτ' οὐτοῦ δὲ τὴν ἀρχὴν  
 σωματικῶν τῶν χριστοῦ, εἴτε σωματικῶς οὐκ ἔμεινε σωματικῶς, ἐχθροῦς ἐστὶ  
 ἐτι καὶ τῶν θείων ἀλλότριος ἀγαθῶν, τί γὰρ τὸ καταλλάξων τῆ φύσει τῶν ἀν-  
 θρώπων τὸν θεόν; πάντως δὲ ἀνθρώπων εἶδε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητόν, οὕτω  
 καὶ ἑκάστῳ σπένδεται τῶν ἀνθρώπων, εἴτις τὴν μορφὴν κομίζει τοῦ μονογενοῦς,  
 καὶ τὸ ἐκείνῳ φορεῖ σῶμα, καὶ ἐν πνεύματι μετ' αὐτοῦ φαίνεται. οὕτως δὲ χάρις  
 αὐτοῦ ἑκάστῳ ὑφ' ἑαυτοῦ ὁ ἀνθρώπος ἐστὶν ὁ πάλειος, ὁ τῷ θεῷ ἀπηχθιμένος, ὁ  
 πρὸς αὐτὸν κοινὸν ἔχων οὐδέν. εἰ τοίνυν χρὴ πιστεῖναι γίνεσθαι τινὰ ταῖς ψυχῶς  
 ἀνάπαυσιν ἀπὸ τ' ἐχθροῦ τῶν ἱερῶν, καὶ τ' προσεγωγῆς τῶν τιμίων δάσεων, πει-  
 ραιεῖται πρὸς τοῦτο καὶ κατὰ τοῦτον αὐτῶν γίνεσθαι τὸν τρόπον, καθ' ὃν μόνον ἀνα-  
 παύσειν ἀναπαύεσθαι διωκτῶν. τίς δὲ ὁ πρόσωπος ἱερῶν, τὸ διαλλάξων τῷ θεῷ,  
 καὶ μὴ ἐχθροῦς εἶναι. τοῦτ' δὲ πᾶσι; τὸ ἀνακριθῆναι καὶ ἐγγενεσθαι πνεῦμα μετὰ  
 τοῦ ἡγαπημένου μου, ἐν ᾧ μόνον εὐδόκησεν ὁ πατήρ. ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶ τ' ἱερῶν τρα-  
 πίζησ' τὸ ἔργον, ὁ κοινὸν εἰδέχθη διὰ τῶν εἰρημίων καὶ ζῶσιν ὁμοίως καὶ τεθνη-  
 κότες. Interpretemur Latine ad verbum: Mediator (inquit)  
 CHRISTVS est, per quem facta sunt omnia bona, quæ  
 à Deo nobis data sunt: immò quæ dantur semper. nec  
 enim cum semel mediator fuisset, & omnia nobis præ-  
 buisset, pro quibus mediatoris officio vsus esset, libera-  
 tus



Sæper Christum mediatorem esse apud patrem pro vivis & defunctis.

tus est, quin potius semper mediatorem agit non verbis tantum & precibus, sicut legati faciunt, sed re. quænam ista res est? nempe reconciliare nos sibi, & per se sua dona nobis impartiri, ut quisque dignus est, & quantum quisque purgatus, & sicut lumen per se tribuit videre ijs, qui vident, & quibus deficit lumen, deficit videndi facultas: sic necessè est, ut sit perpetua Christi coniunctio cum animis, si vitam & requiem habituræ sunt. nec enim sine lumine cernere potest oculus, neque sine Christo possunt animæ vitam veram & pacem habere. quoniam ipse est solus, qui Deo reconciliat: quique hanc pacem facit, qua qui carent, cum inimici Dei sint, nulla spes est, ut bonorum eius vlllo modo participes fieri possint. Siue quis igitur à principio non est cum Christo copulatus, siue copulatus, non permansit in coniunctione, adhuc inimicus est, & à diuinis bonis alienus. quid enim est, quod Deum humano generi reconciliauit? illud planè, quod vidit Deus filium suum dilectum, hominem factum: hinc fit, ut vnicuique reconciliari properet, si quis formam vniuenti fert, & corpus illius gestat, vnusque spiritus cum eo apparet. His enim remotis, vnusquisque, quantum in se est, homo vetus est, qui odiosus Deo est, & nihil commune cum eo habet. Si ergò credere oportet, quòd precatio sacerdotum, & oblatio munerum preciosorum animis requiem aliquam conciliat, prius credendum est, eo modo hoc fieri, quo fieri potest, ut homo requiescat: quis verò modus, dictus est iam: modus, inquam, est, reconciliari Deo, & non esse inimicos eius. Hoc verò qui sit? nempe si cum dilecto filio eius misceamur, & vnus spiritus cum eo efficiamur, in quo solò complacuit sibi pater. at hoc sacra mēsa efficitur, quod opus commune esse viuorum & mortuorū, iam demonstratū est. Hactenus hic author. Quomodò autē hoc opus sacræ mensæ cōmune esset viuorum & mortuorum, explicari ius eapite proximo superiore idē author exposuit, sic enim dixit,

διημισ

διημισ γὰρ ἀγιάζουσα φαίνεται ἡ δεικνύουσα ἑαυτὴν ἰερά τελετὴ, ἕνα μὲν τρόπον τῆ μεσιτείας, προσφερόμενα γὰρ αὐτῶ τῶ προσφέρομαι ἀγιάζει τοὺς προσφέροντας καὶ ὑπὲρ ὧν προσφέρονται, καὶ ἰλεων αὐτοῖς ἐργάζονται τὸν θεόν, ἕτερον δὲ τῆ μεσιτείας, ὅτι βρώσις ἡμῖν γίνεται καὶ πόσις κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον ἀληθινὴ τοῦτων τῶν τρόπων ὁ μὲν πρῶτος κοινός γίνεται καὶ ζῶσι, καὶ τεθνηκόσι, καὶ γὰρ ὑπὲρ ἀμφοτέρων τῶν γενῶν ἡ θυσία προσφέρεται, ὁ δὲ δεύτερος μόνοις ἔσται τοῖς ζῶσιν. οὐ γὰρ ἰσθίειν ἐτι καὶ πίνεσθαι νεκροὶ δύναται. Reddamus Latinè totidem verbis: Duobus, inquit, modis diuinum hoc & sacrum mysterium sanctificat: Vnus quidem est μεσιτεία, id est, mediatio: oblata enim hoc ipso, quòd offeruntur, sanctificant tum offerentes, tum eos, pro quibus offeruntur, eisque Deum propitium faciunt. alter verò modus est sumptio, quia efficitur nobis verus cibus, & verus potus, sicut Dominus dixit. Ex his duobus modis, primus quidem communis est viuorum & mortuorum, siquidem pro vtroque genere offertur sacrificium. secundus verò viuus tantum conceditur. non enim edere amplius, neque potare mortui possunt. Hæc, ut paulò antè dixi, ex scripturis & libris sanctorum patrum hic author didicit: hæc est ecclesiarum Græcarum doctrina Catholica, & cum ecclesijs Latinorum communis, τιμίαν δόξαν προσαγωγὴν εἶναι τὴν ἱερουργίαν, ut hic author ait, id est, Missam esse oblationem munerum preciosorum, Missam enim à sacerdotibus fit. Omnis autem pontifex, inquit Apostolus, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Et idem rursus paulò post: Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur. Quomodò igitur protestantes contra verbum apostoli negare audent, esse sacrificium, quod sacerdotes nostri in ecclesia Catholica super altare faciunt, cum dicat Apostolus clarè, necesse esse, ut omnis pontifex, in quo omnis quocumque sacerdos intelligendus est, habeat munera & hostias ad offerendum pro peccatis? aut quomodò existimant, bonas saltem simias nostrorum sacerdotum esse sacerdotes protestantium, qui cum impositionem manuum, quam nostri sacerdotes ab episcopo accipiunt, in ordinatione sua laica ini-

Heb. 9.

Heb. 8.

Ministri Protestantium non sunt bonæ simiæ sacerdotum Catholicorum.



tentur : oblationem tamen, quam iidem sacerdotes nostri faciunt, imitari nolunt : & odio cleri nostri, nobiscum & se- cum dissentiant, vt verbo Dei repugnent. Etenim si de omni vetere pontifice, & in eo de sacerdotibus veteris testamenti Paulum in his locis proximè citatis loqui concedas, immò contendas Andrea, cum idem Paulus paulò post in eadem epist. dicat, vmbra habebat lex futurorum honorũ, non ipsam imaginem rerum, cogit te apost. vt in sacerdotibus noui testa- menti, & in muneribus & sacrificijs eorum, imagines veterum ymbrarum agnoscas, nisi negare mális, aduersus eundem apostolum factum esse illud de vetere sacerdotio & oblatione munerum & sacrificiorum in figuram nostri. Illud præterea obseruandum est, quòd author iste Simeon diu ante Luterum diuinatione quadam futuræ accusationis & calumniæ Lute- ranorum híc scripsit, oportere credere, preces sacerdotum & oblationem munerum preciosorum, requiem animis con- ciliare. quemadmodum verò credendum esset hoc, statim explicauit. non enim ita intelligendum esse putamus, nec vn- quam cogitauimus, quod per calumniam fingunt protestan- tes, quasi actio ipsa sacerdotis hoc in Missa efficiat, cum sacer- dos, qui agit, nihil sit, nisi minister tantum, idque gratia Dei. ipse igitur Christus, τὸ ἔργον ἢ ἰσχύς τελεῖται, vt ait hic author, id est, q est opus operatũ sacrae mēsa, qui ad altare ore sacerdo- tis ministri sui ait, Hoc est corpus meũ: ipse, inquam, est, qui sanctificat & remittit peccata, & totum denique efficit. Idem rursus capite quadagesimo quinto : τὸ μὲν ἔργον ἢ μυσταγωγία ἢ τὸ τέλος ἢ τὸ ἀγιαθῆναι τὰ δῶρα ἢ ἀγιασμοὺς τοῦ σώματος, ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἢ τοῦ ἁγίου ἢ τοῦ ἁγίου. Opus quidem, inquit, Missa, & finis, sanctificari scilicet dona, & sanctificare fideles, ipse solus Christus est, qui hæc perficit. Ad hæc illud magnoperè aduertendum est, quod ab hoc quoque authore consideratè animaduersum est, quòd sicut Dominus noster Iesus Christus non ex materia quapi- am victoriæ suæ in cruce partæ insigne more imperatorum, qui statuas aut columnas, aut ex ære, vel lapide trophæa re- lin-

Heb. 10.

Christus opus opera- tum in Mis- sa.

linquunt victoriarum suarum monumenta, sed seipsum in mysterio reliquit trophæum semperviuens, mortis suæ me- moriale viuificum, sic voluit, vt qui legatione pro ipso, sicut Apostolus ait, in ecclesia fungerentur, non verbis & oratio- ne eius tantum more aliorum, quos reges ad componendam pacem mittere solent, sed corpore etiam in legatione ipsa vterentur, vt esset hæc ratione tam excellens, & tantæ digni- tatis ac vtilitatis legatio, vt ne cogitari quidẽ vlla maior vn- quam posset. Quare protestantes, qui corpus Christi in cœna quidem habere volunt, in legatione verò sacerdotum pro Christo ad patrem nolunt, sciant se dignitati, authoritati, san- ctitati, atque vtilitati ipsius pro Christo legationis infinitum detrahere : nolunt autem habere corpus Christi in legatione, quam sacerdotes pro Christo secundum apostolum obeunt, cum oblationem sacrificij eius mystici tollunt. Christus enim offerendo se mysticè per sacerdotes in memoriam sui ipsius in cruce oblatis, nos semper in legatione hac Deo patri re- conciliat, si dignos nos reconciliatione eius, & pace præbea- mus. Sed de his haftenus. Pergamus ad alia.

Protestantes dignitati, authoritati, vtilitati, sanctitati legatio- nis p Christi infinitum detrahunt.

De repugnantijs Protestantium, quibus planè redarguuntur in reliquijs ecclesiae, quas ponunt, & in idololatria, quam Catholicis obijciunt, & de orationibus Sanctorum pro nobis, ex epistola beati Petri, & de ordinibus minoribus.

CAPVT XI.

**A**IS enim cap. xxv. Neque mouere quenquam illa obiectio debet, qua dicitur, Deũ etiã per ministeriũ eorũ, qui ordinati à pontificijs fu- erunt, efficacẽ fuisse, & adhuc esse. Nam sicut non dubitamus, Deũ multis inter pontificios versantibus ea quæ per ignorantia peccant, benignè cõdonare, & per illorũ ministeriũ efficacẽ fuisse, & adhuc esse, (alioqui enim nemo à pontificijs baptizatus, verè se baptizatũ esse, nemo ab eisde absolutus, se à Deo cõsecuratũ remis-



remissionem peccatorum suorum rectè statuere posset) non tamen ob id committendum nobis est, vt scientes & prudentes, impios cultus & caeremonias recipiamus & approbemus. sed sequendum nobis est præceptum generale, quod iubet, omnes fugere idola, & cauere à pseudo prophetis. recitauit totum caput. Ego hanc obiectionem in libris meis de hierarchicis ordinationibus non memini fecisse: sed quisquis ille est, qui fecit, vt video, pressit te Andrea, & coëgit premendo vt repugnantia responderes, ac te ipse magis coargueres. Puto, sic ille argumentabatur: Si Deus est efficax etiam per ministerium eorum, qui à pontificijs ordinati fuerunt, igitur non licet vobis eorum ordinationes declinare, quasi sentiat, non esse Deum efficacem per ministerium eorum. Hic tu, dum concedis, quod negare non poteris, vt disciplinam tuæ sectæ simul tueri pergeres, coactus es repugnantia dicere, vt mox videbis. cum enim dicis, concedendo, quod ille, qui obiectionem fecit, sumpsit, alioqui nemo, à pontificijs baptizatus, verè baptizatum esse, nemo ab eisdem absolutus, se à Deo consecutum esse remissionem peccatorum suorum, rectè statuere posset, de reliquijs illis verè ecclesie dicis, quas in regno pontificio fuisse, & adhuc esse concedis. Hic ego à te quero, vt à pontificijs baptizatos omittamus, quos verè baptizatos esse, rectè concedis: at verò absolutos à pontificijs, quos idololatrias facis & dicis, quomodo verè absolutos esse concedis? an ignoras potestatem absoluendi, potestatem iudicalem esse? iudicem verò neminem esse, quin potestatem habeat in iudicatum? Qui verò fidem non habet, quomodo is potestatem in animam alterius, vt eum absoluat, habere potest? Per eunt igitur isti multi, quos dicis inter pontificios versari. nec enim per ignorantiam excusari possunt, quia, vt antea dixi, beato Hilario authore, imperitiæ error non excusat, vbi ignorare non licet, quod negatur. Nō enim licet negare, nec ignorare, non esse mutandam gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis: nec existimare, esse diu-

Repugnantia patrum Protestantium.

Rom. 1. Act. 17.

num simile auro, argento, aut lapidi, sculpturæ artis, aut cogitationis hominis. Hec enim sunt, quæ nos Apostolus docuit in idololatrias conuenire, non illa, quæ vos ad damnandas sacras imagines somniatis & fingitis. Quare si pontificij, vt vos vultis, non vnum Deum tantum, sed idola colunt, illas quoque reliquias ecclesie (Andrea) tollis, quas alioqui saluas fuisse, & adhuc esse, paulò antè volebas, nè ecclesia perisset in regno pontificio, id est, in omnibus mundi ecclesijs, quæ pontifici Romano obediunt, quod tibi, & quidem rectè, nullo modo dicendum esse videbatur. Et enim cum Dominus dixit Eliæ, saluas esse reliquias ecclesie, quam ille extinctam, & se solum relictum esse suspicabatur, non dixit, Reliqui mihi septem millia virorum, qui per ignorantiam curauerunt genua Baal: sed qui non curauerunt. In scelere enim idololatriæ, vt dixi, nulla eos excusat ignorantia, quibus ignorare non licet, vt tu insipientissimè iudicasti. nisi etiam credis, quæ est adhuc maior insipientia, illa septem millia eorum fuisse, qui ad vitulos quoque aureos in Bethel & Dan, & ad sacerdotes excelsum, & eorum fana cum reliquis populis iussu Ieroboam adibant: vt iam tales reliquie illæ essent, quales esse vis, quas inter pontificios versari dicis. Apud nos enim omnes ingrediuntur in templum, omnia templa plena sunt imaginibus: nec vllus latere aut declinare potest, quin ingrediatur: vbi vel ipse ingressus cultus imaginum est. O cæcam mentem Andrea, quæ non vidit, quò rueret: cum hæc ad disputandum proposuit: ac magis adhuc cæcam, si nunc saltem non videt, quò se precipitauerit. Si enim imaginum cultus, idolorum cultus est, vt vis: confiteri cogaris, perisse ecclesiam in regno pontificio, quod tu spontè fateris, contra promissiones Dei de perpetuitate ecclesie esse. Vx, qui dicitis malum, bonum: bonum, malum: ponentes tenebras, lucem: lucem, tenebras. Sic enim vos pietatem in Deum & sanctos eius, idololatriam ponitis, cum ad culturam idolorum impie & blasphemè refertis venerationem Christi & sanctorum in

Cogitur patronus Protestantium confessione sua concedere reliquias ecclesie perisse apud Catholicos quod prius negabat. 1. Reg. 19. Rom. 11.

1. Reg. 12.

Esa. 5. Protestantes ponunt bonum, malum, lucem, tenebras, cum pietatem erga Deum ex cul-



tu imaginū idololatriā ponunt.

1. Ioan. 2.

Heb. 9.

2. Pet. 1.

Heb. 2.

Beatus Petrus orationes promittit pro nobis post hanc vitam.

imaginibus, & venerationem imaginum in Christo & sanctis. alterū enim in altero est præter substantiæ differentiā, vt diuinus Dionysius in v. cap. ecclesiast. hierarchie de chrisinate ait, de typis & prototypis loquens: alia enim est substantia, siue natura imaginis: alia, ipsius rei: sed quatenus imago ad prototypum refertur, alterum in altero est, nõ proprie & re ipsa, sed *σχετικῶς*, id est, habitudine & relatione. Sed quid mirum, si traditis imagines sanctorū non esse colēdas, ac venerandas, quicquid processistis, vt auderetis docere, nec inuocandos esse sanctos, quasi iam post mortem non amplius curent nos, neque res nostras: & quasi satis superque sit, quod aduocatum habeamus apud patrem Iesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi, qui introiuit in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Responde mihi Andrea, an ignorabat hæc beatus Petrus, cum in epistola secunda ad omnes fideles scripsit, inquit: Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meū, vt horū omnium memoriam faciatis. Responde, inquam, Andrea, quam operam & studium promittit adhibiturum se quotidie, hoc enim significat *σπουδαζέμεν*, vt possimus in memoria habere, quæ nobis per epistolam tradidit? Oportet enim, sicut Paulus ait, obseruare ea, quæ audiimus, ne fortè perfluamus. An pollicetur Petrus studium admonitionis ad dādam recordationem præceptorum? minimè post mortem enim non est admonitionibus locus, vt est in vita: sicut paulò antè dixerat, iustū autem arbitror, quandiū sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione. Restat igitur, vt operam & studium precatōnis post mortem promittat: vt studio commonitionis, cui locus fuit in vita, succedat studium orationis, cui locus datur etiam post mortem. ac meritò id quidem fit, vt qui ecclesiæ omnium fidelium per vniuersum orbem præfuit, pro ecclesia omnium fidelium semper se precaturum post obitum polliceatur. Quare si B. Petrus fidem non derogat aduocationi

Christi

Christi Domini nostri, quia suam interponat tanquam minister, aduocatio enim Petri, aduocationis Christi ministra est, neque dissidentiam conciliat, sed potius fiduciam auget: consequens est, neque nos, cum sanctos inuocamus, aduocato ac Domino nostro Iesu quicquam derogare: quin potius gloriam eius celebramus, cum ministros eius tanta dignitate ac meritis præditos, eorum opem implorādo, profitemur. maioremquē in Christo fiduciam collocamus, cum tales ac tantos deprecatores eidē adhibemus. Sed de veneratione & inuocatione sanctorum, etsi multa à multis iam pridem eruditè scripta sunt, nupèr tamē ex Mogūtino collegio archiepiscopali assertiones Theologicæ clxxxv. exierunt ita copiosa, & doctrina scripturæ, vi argumentorum, & testimoniorū gravitate refertæ, vt nihil in eo argumēto ad hæreticos, sanctorum inimicos, reuincendos desiderari à Catholico possit. Pergamus ad caput, quod in libello disputationis tuæ sequitur, id est, xxvj. Sed negat, inquit, Turrianus legitimā esse vocationē & ordinatōnē ministrorū, quæ fit ab ecclesijs nostris, quod in illa ordines, quos sic vocant, ecclesiastici planè negligantur: cui respondemus, nondum à quoquam satis probatū esse, fuisse vij. illos ordines, ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, subdiaconos, diaconos, presbyteros, ab apostolis institutos, & à primitiua ecclesia vsurpatos fuisse. Constat enim, subdiaconos, & reliquos minores, vt appellant, ordines, à primitiua ecclesia inter ordines ecclesiasticos non fuisse numeratos. Hactenus tu. Dum vnum errorem defendis, alio errore laberis. Dum enim vis defendere negando, (hoc enim genus probandi, vobis familiare est) non esse minores ordines ab apostolis traditos, tu non traditos, sed institutos dicis. at non solum vij. sed nec vnus ordo ex infimis ab apostolis institutus est, vt tu errore lapsus, sentire visus es. Sacramenta enim Dominus Iesus solus instituit, qui solus potest, vt author & Dominus sanctificationis. ab eo autem instituta sancti Apostoli nobis tradiderunt. est autem vnusquisque ordo ecclesiastici mini-

Oratio Petri post hanc vitam pro nobis, ad vocationis Christi ministra.



Deut. 17.  
Iean. 8.

stri sacramentum, aliud alio maius, vnde ministri quoque alius alio maior. Quod verò ais, subdiaconos, & reliquos minores, vt appellant, ordines, à primitiua ecclesia inter ordines ecclesiasticos non fuisse numeratos, cùm scriptum sit in lege, Duorum hominum testimonium verum est, & nos testimonium habeamus Clementis Rom. libro iij. & viij. de const. apostol. & Ignatij martyris in epistola ad Antiochenos, qui fuerunt discipuli apostolorum, quomodo audes dicere, non esse numeratos à primitiua ecclesia? aut si fortè testes non admittis, cur tu Petrum Longobardum 4. sent. dist. 24. testē citas? & quod impudentius est, testimonium à te confictum, his verbis recitasti: Et aperte testatur Longobardus lib. 4. dist. 24. duos tantum ordines, videlicet presbyteratū & diaconatum, priscę ecclesię notos fuisse. Immo verò, vt gladium à te districtū, in iugulum tuū reijciamus, recitetur testimonium eius verū, ex capite eius de ordinibus ecclesiasticis: Septem sunt, inquit, spiritualium officiorū gradus, siue ordines, sicut ex sanctorū patrum dictis aperte traditur: & capitis nostri, scilicet Iesu Christi, exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est ecclesia, eosdem ordines obseruandos reliquit. Hactenus Longobardus. Quid ais Andrea? est ne satis depræhensum mendacium tuum? immò veritate oppressum, & conuictum? Deinde nonne risu dignum est, quòd cùm testimonium Ignatij martyris in epistola ad Antioch. de minoribus ordinibus negare nō posses, ea ratione infirmare te posse existimasti, quòd passim, inquis, in alijs epistolis de ordinibus ecclesiasticis loquens, tantum meminit episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, quasi verò testimonium, quod quis dicit vno loco, fidem & auctoritatem amittat, si pars eius in alijs locis recitetur, & non totum: quia neque toto opus erat. In epistola ad Antioch. hypodiaconos salutatur, lectores, cantores, ianitores, exorcistas, quia his ordinibus minoribus honorē salutationis deferre voluit, & hanc in eos significare beniuolentiam. Ad hos accedunt alij duo gra-

gradus & ordines maiores diaconorum & presbyterorum infra ordinem episcoporum, qui est summus. de quibus, vt tu fateris, in alijs epistolis meminit. hinc tu, quod vtrique nostrum gratulor, tuū oblitus, Ignatium testaris, qui ordinem presbyterorum ab ordine episcoporum distinguit: quos in alio disputationis tuę capite, in vno eodemque ordine & gradu contra scripturam ponis. Illud prætereà hinc erras, Andrea, quòd confessores, quos in saluatione ordinum ecclesiasticorum martyr Ignatius hoc loco coniunxit, existimasti inter ordines ecclesiasticos referri. at non ita est, Andrea. Confessor enim, vt Clemens Roma. in viij. libro de constitut. apostol. ait, non fit ordinatione; siquidem confesorem esse, voluntatis & tolerantie, inquit, est: & magno honore dignus, qui confessus est nomen Dei, & Christi eius coram gentibus & regibus. Si autem opus sit, ordinatur episcopus, aut presbyter, aut diaconus. hæc Clemens. Huiusmodi confessores salutatur illic Ignatius, sicut salutatur ibidem virgines: quas similiter quoque, idem Clemens ait, non fieri ordinatione, sed certamine voluntario. præceptum enim, inquit, Domini de virginibus non habemus. 1. Cor. 7. Has vocat Ignatius *χριστολήπτους*, id est, à Christo captas. Virgines enim Deo dicatas, ac Christi sponsas intellexit. quas vos, etsi apostolica traditione commendatas, & per omnes mundi ecclesias omni memoria seculorum à fidelibus summa religione & reuerentia ac pietate obseruatas & cultas, impiè tamen in Germania, sacrilegè, & incestè rapuistis, violastis, & deleuistis. Citas deinde Dionysium: sic enim ais: Et Dionysius in ecclesiastica hierarchia, tres tantum commemorat ordines, nimirum τοῦ ἱεράρχου, id est, præsidis sacerum episcopi: τῶν ἱερῶν, id est, sacerdotum, seu presbyterorum, τῶν λειτουργῶν, hoc est, reliquorum ministrorum. hoc quoque Dionysij testimonium tua etiam ad stipulatione verum, de tribus ordinibus episcoporum, presbyterorum, ac ministrorum, te mendacij coarguit, qui immemor tuū, paulò post, id est, cap. 28. duos tantum ordines à sancta scriptura proponi affirmas, episcoporum,

Patronus  
Protestanti-  
um testimo-  
nium Ignati-  
ij apostoli-  
ci auctoritate  
citar, ordi-  
nē presby-  
terorum di-  
stinctū esse  
ab ordine  
episcoporum  
contra Pro-  
testantes.



porum, inquis, seu presbyterorum, (horum enim facis unum ordinem) & diaconorum: (horum alterum) quod quidem si verum esse credebas, praesertim, si ut putasti, scriptura hoc tradit, non debebas paulo ante, id est, cap. 26. tam obliuiose & inconstanter tibi repugnare, ut Dionysium aduersus nos citares, qui commemoret tres ordines, episcoporum, presbyterorum, & ministrorum: aut si forte multa numerare non didicisti, certe qui duo & tria numerare nescit, hunc ne hominem quidem numerare decet. Sed esse duos ordines distinctos episcoporum & presbyterorum, dixi antea, Paulum aperte docuisse, cum precepit Timotheo episcopo, ut presbyterum iudicaret, & Damasus ex scriptura sancta didicit hoc ipsum, eum ait in epist. ad Chorepiscopos, Ordines duo sunt tantum primi in ecclesia, apostolorum, & LXX. discipulorum, scilicet quia episcopi successerunt apostolis, & presbyteri LXX. discipulis. ut sanctus quoque Anaclet. epistola 2. ait. Idem rursus epist. 3. duos esse ordines sacerdotum, episcoporum scilicet, & presbyterorum, tradit. Quod vero hic addidisti, tantum: ut diceres, tres tantum ordines commemorare Dionysium: falsum quoque est, & a te siue imperite ignoratum, siue malitiose confictum. Sic enim ait Dionysius in ecclesiastica hierarchia cap. 3. de communiione ministrorum, quos vocat

Esse duos ordines distinctos episcoporum & presbyterorum.

Plures esse minores ordines ministrorum auctore Dionysio contra Protestantes, Dionysium in se citates

Hieronymus testis Protestantium, in ipsos testimonium dicit.

λατρωγῶν: Alij stant ad fores clausas templi, sic enim illa tempora postulabant: alij aliud, quisque quod sui ordinis est, operantur. Primarij vero ministri, diaconos significat, sacerdotibus ministrant ad altare, & que sequuntur. Iam ne vides Andrea, non esse simplicem ordinem minorum ministrorum, sed multiplicem? non vnus, inquam, forma, sed varia, ac in plures ordines distributum? ut quidem est multiplex genus minoris ministerij, quod in ecclesia obeundum est. Citas praeterea Hieronymum cap. 9. Esaiam, qui enumerans, inquis, quinque ordines, in quos tota ecclesia fuerit distincta, videlicet episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, & catechumenos, satis declarat, tres tantum ordines ecclesiasticos suo tempore in usu

usu fuisse, hunc ipsam testem in caput tuum voco, qui in dialogo contra Luciferianos, ecclesia, inquit orthodoxus, multis gradibus consistens, ad extremum diaconis, presbyteris, episcopisq; finitur, de ordinibus ecclesiasticis loquitur, quos gradus vocat, ut Paulus, cum ait de diaconis: Qui enim benè ministrauerint, bonum gradum sibi acquirunt. In ecclesia enim, ut inquit Theophylactus, hunc locum interpretans, ex diaconorum gradu ad presbytericum, & episcopicum gradum ascenditur. Excutiamus ergo nunc testimonium Hieronymi, a me recitatum: Si multis gradibus ecclesia consistebat tunc, & inter eos, superiores gradus erant, diaconorum, presbyterorum, & episcoporum, qui est summus, ergo infra hos tempore Hieronymi alij gradus minorum ordinum erant in ecclesia. Vbi enim superiora sunt, necesse est inferiora esse, cum alterum ad alterum vicissim referatur. Quare si isti tres gradus, alius alio inter se suo ordine superiores erant illo tempore, & his gradibus, ut nunc, terminabatur ecclesia: erant igitur tunc alij inferiores gradus, qui in inferioribus ministerijs ecclesiasticis usque ad infimum versabantur. Producis etiam testes, Ambrosium de quinque ordinibus, & Cyprianum de acolythis, qui te quoque, duos tantum ordines presbyterorum seu episcoporum, ut tu ais, & diaconorum ponentem, suo testimonio condemnant. Etenim si tui testes nostram causam adiuuant, necesse est ut tuam, qui contradicis, laedant. Sed tu cupiditate gloriae obcecatus, dum videri vis multa legisse, non sentis, que contra te profers. Sed ut hoc tuum ca. xxvj. iam dimittam, ex tot penè erratis, quot syllabis constans, quid ego de vij. ordinibus minoribus tecum disputem? Si neque duos istos maiores, quos tu concedis, habetis, quomodo inferiores habere potestis? Quomodo diaconi in ecclesia esse possunt, si in ea non sunt presbyteri? aut quomodo erunt presbyteri, si episcopus, qui eos ordinet, non est? non esse autem in ecclesia vestra, quam vocatis, diaconos, neque presbyteros, nec episcopos, quae duobus libris ex verbis dei contextis demonstrari, ad quos te respondere in ipsa inscriptioe disputationis tuae Lipsicę in 32. cap. digesta,

1. Tim. 5.

Ambrosium & Cyprianum contra se citant Protestantes.



Philip. 3.

digeste, falso profiteris: cogor summarim scripturę sanctę locos repetere, vt cognoscant tui, quos decipere voluisti, aut te eos non legisse: aut quia respondere non poteris, dissimulasse. Dicam itaque iterum cum apostolo, eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. sed ne sit mihi amplius ad tua capita reuertendum, in quibus nihil preter conuicia reliquum est, respõdebo prius hoc postremo loco ad xxix. caput, in quo quasi in scenam prodeas, vt peritior fortassis artis ludicrę, quàm artium liberalium, totus fabulam agis, sola audacia & impudentia fingendi fretus: vel certè si tu non finxisti, sed alij tibi dixerunt, hoc enim fortasse, si quis pudor relictus est, excusabis: debebas omni diligentia & studio rem totam explorare, priusquàm arrepto mendacio, & odio impellente, ad infamiam inferendam fratribus tuis temerè prosilires. fratres enim sumus, velis, nolis: & fratres vos vocamus, quia illum timemus, qui per Esaiam ait,

Esa. 66. Vos, qui timetis nomen Domini, audite nomen Domini: hi, qui vos odio habent, & execrantur, & nolunt se dici fratres nostros, vos tamen dicite eis, fratres nostri estis.

*Ordinationem Suffraganeorum in Ecclesia Romana non esse absolutè sine titulo, & cur ordinentur Episcopi Hierosolymitarum occupatarum. Canonis concilij Chalcedonensis ratio de non ordinandis Episcopis absolutè. & quare iubeatur ire ad ecclesiam, cuius occupata sit ecclesia, fabula item consilia ab Andrea de promissione ordinari refutatur. Repetitio eorum, quę ab eodem in libris de hierarchicis ordinationibus dissimulata sunt.*

CAPVT XII



ommentum ergò est, Andrea, quòd ais, fieri in ecclesia Romana episcopos suffraganeos, quos vulgò titulares vocant, contra canonem concilij Chalcedonensis absolutè, hoc est, sine titulo, vt loqui solemus. Non ita est ille

ille enim locus, quem tu fateris assignari in longinquis terris, vbi olim ecclesia & sedes episcopalis fuit, non est incassum quiddam & inane, vt tu falso putas. Cùm primùm enim illa ecclesia occupata fuit, & sedes episcopo suo orbata, alius creatus est, & quidem iustè, illius primi episcopi successor: & illo mortuo itè, alius, ac similiter deinceps semper alius in locum demortui succedit. Vt sic ordinaria successio episcoporum in ecclesia seruetur, sicut semper à temporibus apostolorum vsq; in hodiernam diem, vbicunquè potuit, seruata est. Hoc tantum interest, quòd vbi est ecclesia libera & expedita, post mortem episcopi eius non differtur ordinatio successoris, nisi quantum requirit oportunitas & commoditas idoneum reperiri, quod breue esse solet. Vbi autem occupata est, vt in longinquis terris, sicut tu ais, reseruatur ordinatio, quousq; opus sit ordinare aliquem episcopum, qui episcopo ecclesię absente & iustè impedito, vicariam curam ecclesię eius suscipiat, quousquè ille impedimento liberetur, & ad ecclesiam redire possit. Id autem non sine magna vtilitate, neque sine exemplo apostolico fit, nè interim propter absentiam episcopi aliqui iustam, ecclesia episcopi absentis detrimentum capiat. Sic enim beatus Petrus, quia necessè erat ei aliquadò, ad alias regiones proficisci, & vrbs in epi- episcopo esse non poterat, adiutores habuit Linum & Cletum episcopos, qui vicem Petri absentis tenebant. Testatur hoc S. Epiphanius libro 1. tom. 2. heresi 27. Ordinatus itaque est Linus episcopus Romę, vt Clemens Rom. lib. 7. de constit. apost. cap. vltimo testatur: & mortuus adhuc viuente Petro, vt idè Clemens, & Sophronius Hierosolym. in sermone siue homilia de agone Petri & Pauli, affirmant. Qui ergò ordinatus est episcopus, si nõ vacatis à munere suo in alterius ecclesia, quę episcopum alioqui habet, vicaria tamen aut adiutrice alterius episcopi opera indigentem, nõ potest videri is ordinatus absolutè, vt quidem posset, si episcopus ecclesię occupatę, ad quam nullus pateat aditus, ea solum causa ordinatus esset, vt nomen & dignitatem episcopi

*Ratio ordinandi episcopum ecclesię occupatę.*

*Quando fiat ordinatio episcopi ecclesię occupatę, nè interim vacuus sit à ministerio.*

Mm tantum



Ratio Canonis synodi Chalcedonensis de non ordinandis episcopis absolute.

1. Cor. 5.

Iaco. 5.

Joas. 16.

Quod in ordinatione episcopi dicitur, vade, predica populo tibi commisso.

tantum haberet: et semper a munere suo vacuus esset. Ergo cum Synodus Chalcedonensis vetat, ne ordinetur episcopus absolute, hoc cauet, ne sine ecclesia otiosus sit episcopus, & in casum ordinatus. Est autem alienum a ratione, herere extrinsecus in verbo legis, & non potius mentem eius & vim propositi attendere. Deinde cur huiusmodi ordinatio episcoporum reprehendenda est, tanquam frustra & absolute contra canonem fieri videatur, quia non possit episcopus ad ecclesiam occupatam ire? Quid, si absens quidem corpore, sicut apostolus ait, presens autem spiritu, epistolis ad eam missis, admonere ac docere potest? & quod potissimum est, & impediri non potest, si sollicitis & assiduis precibus, que, si iusti viri sint, multum valent, eam ecclesiam Deo semper commendat? Quid interest, non possit episcopum proficisci ad ecclesiam suam, quia sit ipse in custodia? an quia ecclesia eius teneatur occupata? at Paulus ex custodia scripsit Romae ad Ephes. & Colos. Erras ergo Andrea, si episcopos Anglie, in carcere aut custodia inclusos, non putas ecclesijs suis prodesse, ad quas proficisci nullo modo possunt, ut si absolute, id est, sine titulis ecclesiarum, ordinati fuissent. Eiusmodi sunt episcopi, quorum tu ordinationem, quasi inanem & a canone alienam, reprehendis.

Præterea potest pontifex, quod nemo Catholicus ignorat, aut negat, ordinare episcopum, & mittere eum ad aliquam regionem ac gentem, ut per ministerium prædicationis eius, ex non populo Dei, populum Dei faciat: id est, ut oves, quæ non sunt ex ovili suo, ad ovile suum adducat. Est enim vicarius eius, qui dixit: Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: illas oportet me adducere. Nec tunc huiusmodi episcopus absolute ordinatus videri debet, quantum sine ecclesia ordinatus sit. non enim dicitur in ordinatione, Vade, predica populo Dei: sed, Vade, predica populo tibi commisso, quod latius patet: ut siue cura & institutio populi non Christiani committatur, siue non orthodoxi, siue schismatici, non putetur ordinationis episcopi absolute, Gregorius vij. scribens ad Cyriacum Carth.

archi-

archiepiscopum: Peruenit, inquit, ad aures nostras, quod Africa, quæ pars mundi esse dicitur, ad tantum periculum devenit, ut in ordinando episcopo tres non habeat episcopos. quia in re maximum Christianæ religionis periculum considerantes, & maximo agito, paucis operarijs desudantibus, corde tenus compatientes, consulimus vobis, videlicet tibi, & illi, cui nuper maneam imposuimus, ut aliquam personam secundum constitutionem sanctorum patrum eligaris, & nobis eam, vestris literis sultam, mittatis, quatenus ipso Deo cooperante, a nobis ordinato, vobisque remisso, necessitati ecclesiarum, ut sancti canones præcipiunt, episcoporum ordinationibus succurrere valeatis: & ut Christiana gens quotidie gaudeat, atque proficiat pastoralis regimine: & labor, qui supra vires vos opprimit, leuior ex sociorum necessaria administratione fiat. Hactenus Gregorius. En episcopus sine ecclesia ante annos quingentos, sed non sine necessitate ecclesie ordinatus, ut cum opus esset episcopum ordinare, ordinatio fieret, ut minimum a tribus episcopis, quod secundum canones ecclesiasticos necesse erat. Ut iam absolute ordinari episcopum, non sit ordinari sine ecclesia solum, sed etiam sine necessitate ecclesie. Qui enim ad necessitatem ecclesie ordinatur, quantum ecclesiam habeat, quam adire non possit, non est dicendum, ordinari absolute, ut Suffraganeus eius episcopi, qui amplissimam habeat dioecesim, in qua non possit omnibus baptizatis manus imponere, id est, ministrare chrisma, quod est, & vocatur, sacramentum Confirmationis. Cum ergo pontifex huiusmodi ordinationem facit, exoptandum illi quidem est, ut is, qui ordinatur, ad ecclesiam sibi commissam proficiscatur, si quidem possit, quod literæ ipsæ expeditionis, quas vocant, testantur: in eis enim hoc pontifex iubet, quod in alijs alioqui literis de expeditione episcopatus non occupati, sed liberi, non iubet: neque iubere opus est: quia ecclesia non occupata, nihil ordinatus excusare potest, aut debet, quin eat, quod mittitur: occupata verò, potest excusare periculum, dum impendet. Idcirco tantisper ei abesse conceditur, dum

Episcopus sine ecclesia, sed non sine necessitate ecclesie, ordinatus.

Quid sit ordinari episcopum absolute.

Quare in literis expeditionis episcopatus non occupati non iubetur episcopo ire ad ecclesiam commissam, & iubetur in literis expeditionis occupati.



Præclarum  
exemplum  
Bartholo-  
mæi Bono-  
niensis Do-  
minicani  
episcopi Ar-  
menie mi-  
noris.

Tit. 3.

2. Tim. 4.

proficiscendi locus datur. Ac fuerunt quidem aliquandò, qui periculum subire maluerunt, quàm videri sibi minùs commissos populos diligere, quàm se. Ex his fuit quidam Bartholomæus Bononiensis, de quo Leander Albertus Bononiensis, sic in libro de viris illustribus, scripsit: Bartholomæus ille Armenie minoris iubar & sol fulgentissimus, declaratus antistes Armenie, mox animum appulit ad Christi fidem erigendam, quæ in ea prouincia iam multo tēpore collapsa fuerat. & paulò post, concionando, disputando, docendo, huc atque illuc discurrebat: & Christi fide posita in tota Armenia, cœnobium construxit suis prædicatoribus, vt in posterum ipsis ducibus, in fide continerentur. & vsq; ad nostra tempora, sola illa prouincia inter Persas cōstituta, Christi cultum sequitur sub antistite electo ordinis Prædicatorū. Hactenùs Leander: qui hæc, quantum assequi possum, tēpore Iulij II. scripsit. Postremò, si absolutè ordinari interpretandum est eos episcopos, qui ad adiuvandum alios episcopos, qui aut amplas diœceses habent, aut abesse eos necessè est, ordinantur, absolutè ordinati fuerunt Artemas & Tychicus. Cùm enim apostolus ait, ad Titum scribens: Cùm misero ad te Artemam aut Tychicum, festina venire ad me Nicopolim, ibi enim statui hyemare: si non erat remansurus hic, aut ille, quorsum inuenis & nauigationis periculo & labore fatigare eos voluisset? si per eos Titum accersere tantum volebat, quod satis iam per ipsas literas faciebat, quas alijs dare poterat perferendas, præsertim cùm tales ac tanti viri essent isti è numero lxx. vt Hippolytus martyr tradit, quorum alter, vt idem ait, id est, Artemas, episcopus Lystræ fuit: Tychici verò duo fuerunt, alter Colophonie episcopus, alter Chalcedonis. Similiter, cùm Timotheum accersit, Tychicum se ait, iam misisse Ephesum: Quorsum verò, nisi vt Ephesi loco eius remaneret? nè scilicet ciuitas sine episcopo esset. An igitur existimandum est, fuisse hos ab ecclesijs suis auocatos, vt in alienis ministrarent? aut videbantur absolutè, hoc est, frustra sine ecclesia ordinati, qui vicariam

vicariam operam ecclesijs absentium episcoporum, cùm opus erat, commodabant? Sed videamus fabulam, quam sibi Andreas accommodatam, vt populis confessionistarum placeret, tanquam scenicus artifex elegit. Promittit (inquit) electus, se istuc profectum, eius loci homines denuò ad fidem Christianam præconio verbi Dei conuersurum esse. à te conficta est, & quidem ineptè, promissio ista & iuratio: à qua istum paulò post absolui dicis. Quid enim promissione aut iuratione opus est, vbi non petitur, vt promittatur, aut iuret, sed vt perficiatur, quod recipitur? vt vos cùm superintendentes vestros ordinatis, neque iurant, nec vt iurent, petitis. Iubet pontificali ad ecclesiam, quam alioqui occupatam esse scit: non ignorat, non posse nunc fieri, quod iubet: iubet tamen, vt sciat, qui iussus est, curandum sibi esse, vt præstò sit, cùm parere poterit. Itaque tota illa narratio Andree, fabulosa est & historionica, à maleuolis inuidiosè ficta, accingentis se ad iter, tum occurrentium obuiam proficiscenti, & de via reuocantium, deinde redeuntis, & petentis solui religione iurisiurandi, quod nunquam fecit. ac nè frustra (inquis) ordinatus videatur, sit ex episcopo suffraganeus, qui alterius ociosi & ignaui vices gerat: & interdum Epicuri de grege porci. Hactenùs ineptiæ, & conuicia tua. Quid enim ineptius à doctore Theologo dici potuit, quàm quod ais, Fit ex episcopo suffraganeus? quasi desinat esse episcopus, qui suffraganeus efficitur: aut aliud sit suffraganeus, quàm episcopus. sed omittamus ista. Exponā, quid in re sit: Cùm aliquis episcopus occupatus à pontifice, ad utilitatem ecclesie vniuersalis, cui præest, vicariam operam alterius episcopi requirit, vt ecclesie suæ prospiciat, ac consulat, petit à pontifice, vt ordinet episcopum suffraganeum: non tamen impetrat, priusquam fructus ducentorum nummum ei constituat & assignet: nè postquam defuerit esse suffraganeus, contra quàm decet episcopum, mendicitas ei subeunda sit, facit huiusmodi pensio fructus, vt raro isti suffraganei petantur, & ordinentur, ac non nisi cùm honestum

Fabula data populis protestantium ab Andree Freyhuh doctore Lipsicæ academie.



& necessarium est: non autem, vt tu contumeliosè commentus es, vt ociosi & ignaui vices gerant. Huiusmodi ergò ordinatio episcoporum sine ecclesijs, ad quas ire possint, cum suas rationes & utilitates habeat, & ad necessitatem ecclesiarum accommodetur, nisi malus animus & mala mens omnia conuerteret, sic episcopos aliquandò ordinari, boni potius consulendū, quàm reprehendendū erat. Illud verò Horatianum, quod fœtido ore ructasti, Epicuri de grege porci, in vestros potius ministros & superintendentes quadrat, qui, sicut apostolus Iudas ait de alijs similibus, carnem suam maculant, qui in epulis suis sunt maculæ conuiuantes sine timore, semet ipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à vento circunferuntur. Postremò Theologicus histrio postq̃ peregit fabulam, tanq̃ pœana canens, & lō triumphæ, Hęc, inquit, scilicet est illa tam sancta successio episcoporum, à quibus omnes ordinationes ministrorum ecclesiæ sunt petendæ. Cuius si non pudet ipsos pontifices, nō solū sine fronte, sed etiā sine mente illos non immeritò aliquis esse dixerit. Tu potius ad summum impudentiæ & amentię processisti. Quid enim inuerecundius, aut amentius esse potest, quàm idē aliquid improbare & reprehēdere, q̃a eo careas? Vobis enim successio episcoporū idcirco inimica & odiosa est, quia ea nō habetis: neq; prius habere potestis, q̃ ad stirpem, vndē spontē abscissi estis, vos reuocetis. Cū alioquī, sicut nos originem apostolicæ disciplinæ, nisi per successionē vicariæ ordinationis cōseruare non possumus, sic vos nec originē Luteri, de qua gloriamini, retinere possitis, nisi successionē electionis & ordinationis ministrorum, quā ille instituit, & vobis reliquit, cōtinuetis. Vndē enim accepistis, nisi ab eo, vt in locū demortui superintendētis aut ministri, aliū more vestro eligatis & ordinetis? Ista ergò vestra successio, à Lutero instituta & cœpta, placet: nostra, à S. apostolis auctoritate Christi relicta, displicet. Responsum est iā, Reuerend. domine, ad omnia illa capita Lipsicę disputationis Andrę, quę mihi responsionē postulare videbantur: repetenda

Iud. 1.

Quare successio episcoporum odiosa Protestantibus.

tenda sunt mihi nūc, vt pauloante promisi, quæ de meis libris ab illo præterita, & dissimulata sunt, cū alioquī ad præcipua argumenta, quibus Protestantium ordinationes fregi, respondere velle, in ipsa libelli sui inscriptione professus esset. quæ ita repetentur, vt qui libros meos de ordinationibus prius legerit, ita hęc sine fastidio relegat, vt noua sibi videantur: & quasi renouatis viribus, acrius premere confessionistas.

Disserueram aduersus protestantes de eo, quod dixit Dominus Iesus sanctis apostolis, Sicut misit me pater, & ego mitto vos: at sic misit eum pater, vt vsque ad consummationem seculi nobiscum maneret, sicut idem dixit, Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi: igitur & apostoli sic quoquē missi sunt, vt nobiscum perpetuò vsque ad consummationem seculi manerent. Sed hoc fieri ab eis non potuit per seipso, quòd morte prohiberentur permanere, sicut apostolus de Leviticis sacerdotibus dixit: Igitur necessè fuit fieri per successores. Rursus Dominus Iesus missus est à patre cum potestate mittendi apostolos ad opera hierarchica consecrandi, & ministrandi verbo Dei, ac ordinandi, & sicut ipse missus est, sic misit apostolos: misit igitur illos, licet tanquàm ministros, cum potestate mittendi etiam alios ad eadem opera hierarchica, qui sunt eorum successores: at successores apostolorum non sunt magistratus seculares, esse enim magistratum ciuitatis, non est charisma, vt est, esse episcopum ecclesię: ergò non sunt missi ad huiusmodi opera hierarchica, ex quibus est ordinatio ministrorum ecclesiæ, sed missi sunt, sicut apostolus ait, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, multo verò minùs missi sunt reliqui laici ac populares. quid ad hæc respōdisti Andrea? aut cur dissimulasti?

Docui deindē cap. v. analogiam illā corporis humani, ex diuersis membris constantis, quā apostolus adhibuit ad instituendos admonēdosq; Corinthios, nē alij in alios se efferrēt, sed potius suum quisq; modū teneret, ac locū seruaret: docui, inquā,

Ex cap. 1.

Ioan. 20.

Matth. 28.

Heb. 7.

Rom. 12.

Ex cap. 5.

1. Cor. 12.



inquam, non solum spectare ad regnum civile ac seculare, ve-  
lut quoddam corpus ex suo capite, & alijs deinde infra re-  
gem, vt ducibus & magistratibus, velut membris potioribus,  
& alijs item ignobilioribus constans, sed in primis ad ecclesi-  
am, quæ suum quoque caput proprium & cognatum instar  
corporis humani habeat, ac sua deinde varia membra a cibus  
proprijs ac locis distincta: esse autem successorem beati Pe-  
tri, id est, pontificem Rom. hoc caput ecclesie sub Christo, qui  
est caput super omnia, vt probarem, quarebam hoc loco, si  
non est in hoc vno corpore vniuersæ ecclesie caput vnum,  
vbi illud apostoli ex analogia corporis humani ad corpus vni-  
uersæ ecclesie pertinente, Non potest dicere caput pedibus,  
Non estis mihi necessarij? An dicturi sunt protestantes, Chri-  
stum esse caput istud, quod non possit dicere pedibus, Nō estis  
mihi necessarij? Non, credo, audebunt dicere, nē manifestē  
blasphement. non enim Christus is est, qui non possit dicere  
cuius, Non es mihi necessarius, opera tua non indigo: aut si  
caput regni civilis dici hīc putatis, rursus queram, cur magis  
caput regni civilis, quàm ecclesie? cū analogia corporis,  
qua vsus est Apostolus, non cogat vnum caput regni secula-  
ris ac politici ponere: siquidem gubernatio civilis vt huma-  
na est, itā ab hominibus formata eius mutari potest & frequen-  
ter solet: cogit tamen dare vnum caput ecclesie, siquidem  
gubernatio eius non ab hominibus instituta est, vt mutari  
queat, sed ab eo, qui dixit in euangelio, Tu es Petrus, & super  
hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & illud, Pasce oues  
meas, Nec ad hęc verbum vllum, Andrea, quod responderes,  
habuisti, cap. vj. & vij. tractavi locum apostoli 1. Cor. c. 12. Et  
quosdam, inquit, posuit in ecclesia primū apostolos, secun-  
dō prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias  
curationum, opitulationes, gubernationes: quem locum  
pertinere ad ordinationem, ministrorum ecclesie, testes sunt  
cū ceteri omnes doctores ecclesie, & scripturæ sanctæ in-  
terpretes: tum magnus Athanasius, qui in libro, quem in-  
scri-

1. Cor. 12.

Matth. 16.  
Ioan. 21.

scripsit περί μαρτυριῶν ἐκ τῆς γραφῆς ὅτι κατὰ φύσιν κοινωνία ἐκ τοῦ ὁμοίως  
εἶναι τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα πρὸς θεοπάτριον ὑποκείμενον καὶ μέγα-  
ρον ἐκ τῆς γένεως: tertium caput scripsit, περί χειροτονίας, id est, de or-  
dinatione, quam scilicet tota Trinitas communi operatione  
perfecit. de patre inquit Paulus, Posuit Deus in ecclesia pri-  
mū apostolos, secundō prophetas, tertio doctores, & deinceps.  
de filio idem apostolus ait, Qui descendit, ipse est, qui &  
ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia: & ipse de-  
dit quosdam quidem apostolos, alios prophetas, alios autem  
pastores & doctores. de spiritu sancto idem accersit ex Mile-  
to presbyteros, & ait illis: Attendite vobis & vniuerso gre-  
gi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos, regere eccle-  
siam Dei. Probavi deinceps vocari episcopos prophetas, fu-  
isseque apostolos maiores episcopos, eosdemque maiores  
prophetas primo loco positos: & illi subiectos fuisse alios se-  
cundo loco inferiores episcopos, eosdemque maiores pro-  
phetas, sicut apostolus dixit, Spiritus prophetarum proph-  
etis subiectos esse. Præterea docui, doctores tertio loco in ec-  
clesia positos, presbyteros esse: quorum est etiam docere ver-  
bum Dei, quos etiam prophete illi, id est, episcopi secundo lo-  
co positi, ordinare possunt: tum docui, reliquos ecclesie mi-  
nistros, vt diaconos & hypodiatonos, & alios dici hoc loco  
δωδέκασ, id est, virtutes à potestate ministerij, quo in ecclesia  
quisque eorum secundum ordinem suum vtuntur. Deinde  
gratias curationū, docui exorcistas esse accipiendos, qui po-  
testatem accipiunt in ecclesia imponendi manus super ener-  
gumenos, & imperandi spiritibus immundis, & eiciendi eos  
ex obsessis, quod in ecclesijs nostris quotidie fit in conspectu  
etiam Iudeorum, qui nihilo minus adhuc in perfidia sua per-  
stant: vt olim etiam, cū Dominus dæmonia expellebat.

Deinde demonstravi, quemadmodum qui hos ordi-  
nes à principio in ecclesia posuit, eosdem continuat in suc-  
cessoribus illorum vsq; ad consummationē seculi, (nec enim  
Dominus Iesus institutionē ecclesie suæ à principio sancitam,  
N n & per

1. Cor. 12.

Eph. 4.

Act. 20.

1. Cor. 14.



Matth. 28.

& per S. apostolos suos nobis traditā derelict) & in illis dixit vniuersę ecclesię ex huiusmodi gradibus & ordinibus coagmentatę, Ego vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi. Nos itaq; ostēdimus in ecclesia à principio eius vsq; in hodiernū diē successores apostolorū, qui sunt patriarchę siue primates, & infra eos metropolitani, siue archiepiscopi: deindē ostendimus successores prophetarū, qui sunt episcopi, q̄ sunt quoq; successores apostolorū, sed minores, id est, infra patriarchas & metropolitanos: itē habemus tertio loco doctores etiā verbi Dei presbyteros. Ac episcopos quidē nō ordinari sine autoritate primi episcopi dioceseos, qui est metropolitanus, probavi testimonijs multis antiquissimis & grauissimis Clemētis Ro. synodi Nicenę, synodi Carthag. synodi Aurel. Innocentij I. Syricij, Zosimi, Leonis I. Gelasij, Gregor. vos verò carere huiusmodi successoribus, ac proindē ecclesiam, quę ex his ordinibus & gradibus coagmentata, & per eos ex Christo capite cōnexa est, nō habere, planū feci. Deindē quia suspicabar, posituros vos superintēdentes vestros primo loco vice apostolorum, secundo loco ministros, reliqua enim loca ordinū, in epistola Pauli, vacua sunt apud vos, quarebā à protestantibus, quodnā signum à Deo datū & institutū haberēt, quo possent ostendere, ministros ac superintēdentes suos à Deo electos & ordinatos esse: nec enim probare possunt, magistratus & populū in locū apostolorū & prophetarū successisse, vt ordinationes episcoporū, & presbyterorū, & diaconorum facere possint. nā sicut tempore apostolorū non omnes erant apostoli, nec omnes erant propheta, sicut apostolus ait, Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophete? Sic nō omnes sunt apostolorū successores, nec oēs prophetarū, ergo signū istud, quod requirebā, si quod habebas, proferre debebas. Andrea, præsertim professus velle respondere ad præcipua argumēta, quę à quodā Francisco Turriano recens emissa erāt. quòd si nullū signum certū habetis, quia nullū proferre potuisti, cum quæsiuisses, cur populos decipitis? immò cur vos ipsos

ipso fallitis? consule vetus prouinciale metropolis tuę, & reperies successiones archiepiscoporum & episcoporum à primis vsque ad nouissimos perpetua continuatione ac serie deductos. Ergò antequam Luterus apostata hanc sacram continuationem interrumpere, & ministros vestros à radice & stirpe auelleret, diuinum quidem signum ministrorū ecclesię maiores vestri in originibus & successionebus habebāt: quibus sublatis, nō magis tueri potestis, habere vos ministros ecclesię, quàm tueri, generari filios sine patribus. hęc successione episcoporū maxima autoritate omnes antiq; patres celebrant, tanq̄ apostolicę traditionis testē & conseruatricem. Hinc S. Irenęus lib. 3. cōtra hereses, Sed quoniā, inquit, valdē longū est, in hoc tali volumine omniū ecclesiarū enumerare successiones, maximā & antiquissimā, & omnibus cognitā, à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romę fundatę & cōstitutę ecclesię, eā, quā habet ab apostolis traditionē, & annunciatā hominibus fidē, p̄ successiones episcoporū peruenientes vsq; ad nos, indicātes cōfundimus omnes, & quę sequuntur, ac paulò post, seriē successioneis pōtificū Rom. à B. Petro vsq; ad Eleutherium sui temporis duodecimo loco pontificem describit. Idē facit Optatus Mileuitanus tantę antiquitatis & autoritatis auctor, & acerrimus Donatistarum oppugnator. Igitur negare, inquit, nō potes Parmeniane, scire te, in vrbe Roma Petro primo cathedrā episcopalem esse collatā, in qua sederit omniū apostolorum caput Petrus, vndē & Cephas appellatus est, in qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruetur, nē ceteri apostoli singulas sibi quisque defenderent, vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram, alteram collocaret. Subiungit deindē continuationem successioneis pontificum Rom. à B. Petro vsq; ad Syricium sui temporis pontificem, & Damasi successorem. Augustinus quoque contra Donatistas, continuata serie successioneis, episcopos Romanos, à B. Petro vsque ad Anastasium Syricij successorem, in epistola clxv. numerauit.



Prætermitto ceteros authores, qui huiusmodi successiones pontificum & aliorum episcoporum, vt grauiissima testimonia, & signa certissima ac testatissima traditionis apostolicæ & ecclesiasticæ ordinationis ministrorum, memoria prædiderunt. At tu Andrea, cum ista successio te premeret, & nescires, quò te verteres, nè victum te putarent, si hinc taceres, voluisti videri respondere, sed quibus videri, nisi hebetissimis? sic enim respondisti c. vij. Intolerabilis est error eorum, qui ipsam (ecclesiam dicit) ad certa loca & certas personas ordinariæ episcoporum alligant successionis, ac contendunt tantum eos veros episcopos & ministros ecclesiæ, qui ordinati sunt ab episcopis in ordinaria successione constitutis. Video, hoc vos pati non posse, & idè esse intolerabile. at cur error? quomodò hoc, quod sumpsisti, probasti? si legislatorem profitereris, deberes, vt bonus legislator, legem ratione quadam, vice proxiij, vt Plato iubet, suadere: quanto magis hoc facere debebas, qui dogmatistam simul & disputatorem profiteris? si te, cum sedes ad disputandum in corona, audire possemus, cum tu ais: Intolerabilis error est hic: ego continuo, Nego id, dicerem, Proba, cur ita? At cum absentibus capita disputationis tuæ Lipsicæ scriberes, debebas, si poteras, probare simul, quòd in disputatione sumebas: sed quia non poteras, satis te apud tuos authoritatis habere putasti, vt quod diceres, sine ratione crederetur. Ego verò, quod tueris, habere vos ordinationes ministrorum, intolerabile esse coram Deo, & angelis, & Catholicis hominibus, verbis apostoli Pauli probo. non enim diaconi esse possunt, vbi non possunt esse presbyteri, qui sunt doctores verbi Dei tertio loco positi: neque presbyteri esse possunt, vbi non possunt esse episcopi, qui sunt prophetae populorum, vt Clemens Rom. ait, secundo loco collocati. Episcopi enim generant presbyteros & diaconos, & gradus inferiores continentur in superioribus: vt sublatis superioribus, necessè sit tolli simul inferiores. Rursus, episcopi sine propheta esse non possunt, vbi non est successor

Libro 2.  
Const.

cessor apostolorum, qui sunt primo loco constituti: id est, vbi non est metropolitanus. is enim est apostolus dioceseos, ad eam missus, vt per eam mittat alios episcopos diocesanos: ipse enim est primus eorum ordinator, & ipsis præest. Itaque vt non possunt esse tertij, vbi non sunt secundi: sic non possunt esse secundi, vbi non sunt primi. quos canon apostolorum xxxiiij. vocat *τοὺς πρώτους*, quos iubet vt episcopi cuiusque nationis agnoscat, vt capita sua, & prouinciarum suarum. Quid opus erat, vt apostolus diceret ad institutionem ecclesiæ Corinthiorum, ad quam scribebat, immò ad institutionem omnium Christi ecclesiarum, posuisse Dominum Iesum in ecclesia primum apostolos, secundò prophetas, tertio doctores: deinde, id est, quarto, virtutes: si non erat colligatio ista ordinum necessaria? Si solui & interrumpi poterat, quorsum primum, secundum, & tertium distinctè numerat? hæc enim ita colligata sunt, vt tertium non sit, nisi sit secundum, neque rursus secundum, si neque primum. Illud præterea dicendum est, & assertione approbandum, non posse primos esse, qui sunt metropolitani, proximi successores apostolorum, iidemque capita prouinciarum, quisque suæ, nisi ad vnum caput ecclesiæ referantur, qui est primus & maximus omnium episcopus. Romanus beati Petri successor, qui apostolorum caput erat, quod tum à me aliàs, tum ab alijs multis authoritate sanctæ scripturæ, & veterum patrum sanctorum testimonijs prolixè demonstratum est. idcirco apostolus non solum dixit hinc, esse primo loco positos apostolos, quod ad successores quoque apostolorum archiepiscopos pertinet, id est, non solum dixit esse capita sub sensum cadentia, (caput enim princeps pars corporis est) sed dixit in eodem loco secundum analogiam illam corporis humani, qua vsus est, esse vnum caput vniuersi corporis ecclesiæ sub sensum quoque cadens, cum dixit, Non potest dicere caput pedibus, Non estis mihi necessarij: quod, vt paulò antè docui, in caput super omnia, qui est Christus, quadrare non potest. Docuit igitur Paulus hinc, illos multos primos, id est,

Colligatio ministrorum ecclesiæ secundum apostolum exprimit, secundis, & tertijs, & ceteris, quæ carent.

Quomodo apostolus docuerit, vnum caput esse sub sensum cadens in mystico corpore ecclesiæ.

1. Cor. 12.



est, illa multa capita, quodque prouincię suę, siue prouincia-  
rum, referēda esse ad illum primum omniū, eundemq; caput  
totius corporis ecclesię, & vniuersi orbis Christiani tanquā  
vnius dioceseos, id est, ad pontificem Rom. beati Petri prin-  
cipis apostolorum successorem. hęc nos ex verbis ipsis Pauli  
apostoli, ratione connexi, cōcludimus, & auctoritate aposto-  
li vos reuincimus, tametsi quādiū credere nō vultis, persua-  
dere non possimus. Aderit, aderit dies, Andrea, cū ad tribu-  
nal Christi standum tibi & tuis erit, vbi longa illa continua-  
tio & series metropolitanorum & episcoporum, quos patres  
& maiores vestri à principio vsque ad Martinum apostatā ha-  
buerūt, vos condemnabit, testimonium reddente consciētia  
vestra, & cogitationibus, sicut apostolus ait, accusantibus, cū  
gementes prę angustia spiritūs, sicut scriptum est, dicetis: Hi  
sunt, quos habuimus aliquandō in derisum, & in similitudi-  
nem impropertij: nos insensati, vitam illorum æstimabamus  
infāniam, id est, petendam esse ordinationem ministrorum  
ab episcopis in ordinaria successione constitutis, errorem in-  
tolerabilem esse putabamus & dicebamus: Ecce quomodō  
computati sunt inter filios Dei. ergō errauimus à via verita-  
tis, & iustitię lumen non luxit nobis: & sol intelligentię non  
est ortus nobis. Dicant amē cū apostolo, Confidimus de  
vobis, dilectissimi, meliora & viciniora salutis, tametsi itā lo-  
quimur. Det vobis Dominus pœnitentiam ad cognoscēdam  
veritatem, & vt resipiscatis à diaboli laqueis, à quo captiui te-  
nemini ad ipsius voluntatem.

Rom. 2.

Sap. 1.

Heb. 4.

2. Tim. 2.

Act. 20.

Explicauī postea locū epistolę Pauli ad Ephe. cap. 4. Vnum  
corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocatio-  
nis, & quę paulō post sequuntur, ad hierarchię ecclesiasticę  
formam & finem pertinentia, quę apostolus scripsit tanquā  
Ephesijs per necessaria, quia sciebat post discessum suū Ephe-  
sō, futurum esse, quod eis prędixerat, vt exurgerent viri lo-  
quentes peruersa, vt abducerēt discipulos post se. Hoc autem  
facere non poterant illi, quos dixit peruersa loquētes, quan-  
diū

diū Ephesij in vnitāte corporis Christi, quod est ecclesia, &  
in vnitāte spiritūs eius idem dicentes omnes permanerent, ijs  
subiecti & obedientes, quibus Christus dedit charismata po-  
testatis ecclesiasticę secūdum mensuram donationis, de qui-  
bus statim subiungit: Et ipse dedit quosdam quidem aposto-  
los, quosdam autem prophetas, alios verō euangelistas, alios  
autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum,  
in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi. Ergō vbi  
hi gradus & ordines non sunt, quorum habet quisquē suę po-  
testatis ac ministerij gratiam à Deo datam, ibi in vnitāte cor-  
poris & spiritūs non permanent: immō iam alienos ministros  
& pastores sequuntur, qui charismata non habent. nec ibi fit  
consummatio sanctorū, nec ædificatur corpus Christi, quod  
est ecclesia: quę non est, nec esse potest, vbi caput vnū vniuersi  
corporis non agnoscitur, quod tale sit, vt, sicut apostolus in  
epist. priore ad Corinth. dixerat, non possit dicere pedibus, id  
est, reliquis ministris ecclesię, Non estis mihi necessarij, quod  
quidem, vt paulō antē dixi, non potest capiti Christo conue-  
nire. Quare, dicam iterum, cū vnum caput tale ecclesię  
Catholicę non agnoscatis, ad quod vos, vestriq; ministri,  
& reliqui omnes se referant, non potestis manere in vnitāte  
ecclesię Catholicę, quę per cunctū orbem à Deo patre se-  
cūdum promissionem eius tāquā hereditas data est Chri-  
sto Domino, qua vos illum impię & sacrilegē spoliare vultis,  
cū apud vos tantū ecclesiam esse cōtenditis. Ergō tu An-  
drea, nec ad hunc locum epistolę ad Ephesios, à me pluribus  
capitulis contra vos tractatum, quicquam respondisti, quia  
neque potuisti, nec vnquā poteris, nisi respondendo te ipse  
magis ac magis coarguas: aut tenta, & experire. Dixi etiam  
vel ipso nomine ecclesię conuinci, nō habere vos ecclesiam,  
quod ex eo dicta sit ecclesia, authore Cyrillo Hierosolymita-  
no in viij. catechesi, quod conuocet omnes, & in vnum con-  
greget: quorum neutrum ecclesię vestrę, quam falsō vocatis,  
conuenit, nec enim omnes per cunctū orbem, immō neque

Eph. 4.

1. Cor. 12.

Quod qua-  
diū Prote-  
stantes, &  
eorū mini-  
stri nō se re-  
ferunt ad  
vnū caput  
ecclesię sub  
sensum ca-  
dens, non  
possunt ma-  
nere in vni-  
tate eccle-  
się secūdū  
apostolum.

Quomodō  
vel ipsū no-  
mē ecclesię  
conuincat,  
non habere  
ecclesiam  
Protestātes.

per





Ephc. 4.

Matth. 15.

Sap. 6.

Magistrat<sup>us</sup> alios seueris  
simè à Deo  
puniendos  
esse, qui po-  
pulos mi-  
nistris eccle-  
siae fraudari  
patiuntur.

Philip. 3.

Acto. 20.

tus Petrus ait, lapides viui, & domus spiritualis, ac mēbra eius viua effecti. Hic enim est finis ecclesiasticæ hierarchiæ hic effigiata, quem apostolus describit, cum ait, dedisse hos gradus ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: cum, inquam, hos ordines & gradus ministrorum, ex quibus ecclesiam suam constructam & coagmentatam esse voluit Deus, non habeatis: consequens necessario est, non habere vos ecclesiam. Ac nos quidem verbis apostoli hæc probamus: vos verò neque nostra refellit, neque vestra probatis, quia neutrum potestis. Quid igitur superest, nisi vt de ijs, quos peruersè loquentes & scribentes, discipulos post vos abducitis, vt de Ephesijs illis apostolus dixit, & qui vos sequuntur, illud dicamus, quod Dominus in euangelio Matthæi, Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Sed pusilli, qui per ignorantiam decipiuntur, leniùs punientur: potentes verò, inquit scriptura, potenter tormenta patientur. potentes enim vocat eos, qui in alios potestatem gubernationis siue secularis, siue spiritualis exercent, de quibus paulò antè dixerat, Horrendè & citò apparebit vobis: quoniã iudiciũ durißimum in ijs, qui præsumunt, fiet, Cuiusmodi sunt tam ministri ac superintendentes vestri, qui dona, quæ Christus ecclesie in opus ministerij dedit, cum alioqui non habeant, nec habere velint, euentur tamen ea, & falso sibi vendicant: tum principes illi, qui Christum & populos, eius sanguine redemptos, à fallis & mentitis ministris fraudari patiuntur, quos in terras vltimas, vt humaniùs dicam, relegare deberent. Sed quia, vt principid dixi, eadem scribere, sicut apostolus ait, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium, reperam hic, quæ cap. xiiij. prioris libri de hierarchicis ordinationibus scripseram, ad eundem locum epist. ad Ephes. cap. iij. pertinentia. Ergò quia sciebat Apostolus post discessum suum Epheso, ingressuros esse, vt idem prædixit, lupos rapaces non parcentes gregi, futurosque viros, qui peruersa loquerentur, vt abducerent discipulos post se, idcirco

circò commodè eos in epistola, quam postea ad Ephesios scripsit, admonuit de ijs, quos dedisset Dominus Iesus ecclesiæ suæ ad tradendam, & defendendam sanam doctrinam, quos sequi deberent, apostolos dico, prophetas, euangelistas, pastores, & doctores, quæ perindè erant, quasi diceret: Venient lupi, o Ephesij, vt macent & perdant: sed vos nè à pastoribus vestris recedatis, vt vos custodiãt. Exsurgēt viri peruersa loquentes, vt abducant discipulos post se, sed vos sequimini doctrinam ab apostolis traditam per successores ordinarios, qui sunt primi episcopi per singulas prouincias, & reliqui episcopi per dioceses infra illos primos, & per presbyteros horum adiutores, vt erant lxx. discipuli adiutores apostolorum, & per euangelistas, sic vocat diaconos, vt beatus quoq; Ambrosius ait, qui etsi non doceant in ecclesia euangelium, hoc enim ad episcopos & presbyteros pertinet, pronunciant tamen siue legendo, siue canendo, & doctrinam euangelicam velut notarij per homilias recitare possunt, & contulerunt. Huiusmodi traditione doctrinæ ab apostolis per successiones episcoporum vsque ad nos deriuata & deducta, ait beatus Irenæus, confundimus omnes eos, qui quoquomodo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per excitationem, & malam ientiam præterquam oportet, colligunt. & paulò post: Hac ordinatione & successione, ea quæ est ab apostolis in ecclesia traditio & veritatis prædicatio, peruenit vsq; ad nos, & est plenissima hæc ostensio, vnã & eandem viuificatricem fidem esse, quæ in ecclesia ab apostolis vsq; nunc sit conseruata, & tradita in veritate. hæc Irenæus celeberrimus author. Quis es tu Andrea, aut fuit Luterus apostata, aut vllus ex schola eius profectus, aut est vllus vestrorum superintendentium, qui cum Irenæo antiquissimo & celeberrimo, in reuincendis hereticis, & doctrina euangelij defendenda exercitatissimo, ac traditionis apostolicæ sciētissimo, ac martyre glorioso cõparari possit? Quare si veritas doctrinæ ex traditione apostolorum per successiones episcoporum à principio vsq; in hodi-

Ephc. 4.

Ordinarij  
successores,  
per quos  
apostolica  
doctrina ab  
initio in  
nos deriuata  
est.

Vndè petē-  
da sit veri-  
tas doctri-  
næ.



hodiernum diem continuata, auctore S. Irenæo, petenda est, ergò ordinatio quoq; episcoporum à successione illa petenda est. Traditio enim apostolorum per successores, cum ordinatione ipsorum successorum ab eisdem Apostolis orta, & vsque ad nos deducta, connexa est: idcirco qui alterum non habet, utroque careat necessè est. Vnde vos traditionem apostolicæ doctrinæ non tenetis, quia ordinationem ministrorum, ab illa origine serie successionis profectam, non tenetis. Sed dicent fortasse nauum esse huc Irenæi. O bellissimos, & supra modum delicatos, ac fastidiosos spectatores formarum, qui in omni facie, licet pulcherrima, nauos reperiunt, quos notent. Sed pergam repetere quæ coepi, ac quia heretici (aicbam) vasticie & imposturis ad circunueniendum vtuntur, vt apostolus in eadem epist. ad Ephes. scripsit, idcirco eisdem Ephesios in Actis apostol. monuit, vt vigilarent, id est, ne se per incuriam ac negligentiam decipi paterentur. Præterea, quia hæreticorum est noua tradere, iubet vigilare, & meminisse, quod per triennium die ac nocte nunquam destitisset cum lachrymis vnumquenque monere. Transferamus ergò hæc, & accommodemus ad eos catholicos, qui inter protestantes habitant, moneamusque eos similiter, vt vigilent, memoresque sint, per octingentos & amplius annos, ex quo Germania fidem Christi cepit, nunquam prædicatores verbi Dei cessasse, quin monebant eam, vt teneret euangelium, quod ei à principio traditum fuit. Cogitate itaque, apostolos & prophetas vestros, reliquosque pastores & doctores, à mortuis excitatos, vobis ad exemplum Pauli dicere: Vigilate, memoria retinentes, quoniam per octingentos annos die ac nocte non cessauimus monere vnumquenque vestrum in ecclesia, vt permaneat in ijs, quæ didicistis, & credita sunt vobis. neque defuissent illis primis lachrymæ tunc, cum à principio monebant, & deinceps, si per spiritum propheticum futura præcognouissent, vt Paulus se præcognouisse dicit. an non est res luctu & lachrymis digna, quæ vos

Ephes. 4.

Acto. 20.

Quæ monent apostoli & prophetae, quos patres & maiores Protestantium à principio habuerunt.

vos protestantes à principio didicistis, & patres ac maiores vestri tot seculis constantissimè tenuerunt, ea nouissimis diebus reliquisse, & repudiasse? & disciplinam, vix annos natam quinquaginta, complexos, inscitiae & impietatis tot archiepiscopos, episcopos, sacerdotes, viros sanctitate insignes, doctrina sacra excultos, & ecclesiasticis institutionibus eruditos, cum omnibus vestris maioribus condemnasse? ac pro illis novos magistris & doctores, ventri & auaritiæ deditos audire, id est, relictis pastoribus, lupos sequi maluisse? Memores igitur estote, memores, inquam, vt apostolus ait, præpositorum vestrorum, in quorum exitum intuentes, imitami fidem. Videte, quid dicat, & in Domino gloriatur magnus ille Bonifacius, siue Vulfredus cognomento Bonifacius, natione Anglus, sanctiss. & eruditiss. vir, vestræ Germaniæ apostolus, & primus archiepiscopus Moguntinus, qui se, in epistola ad Stephanum secundum, testatur xxxvj. annis sub duobus Gregorijs II. & III. & Zaeharia pōtificibus, legatione Romani pontificis ad conuersionem gentis vestræ defunctum esse. Audite, inquam, quid in Domino glorians, in epistola ad Buggam Abbatissam, cupientem ire ad limina apostolorum scripserit, nuncians de Germaniæ statu: Fidem, inquit, antiquam inter nos nunquam deficere scias. Quod verò fidem antiquam vocet fidem ecclesiæ Romanæ, cum ex alijs pluribus epistolis eius intelligere licet, tum ex epistola ad Gudbertum archiepiscopum Angliæ. in ea enim sic ait. Decreuimus in nostro synodali conuentu, & confessi sumus Catholicam fidem, & vnitatem ac subiectionem Romanæ ecclesiæ sine tenus vite nostræ velle seruare: sancto Petro, & vicario eius velle subijci: synodum per omnes annos congregare, & per omnia, præcepta S. Petri canonicè sequi desiderare, vt inter oues sibi commendatas numeremur, & isti confessioni vniuersi consensimus, & ad corpus S. Petri principis apostolorum direximus, quod gratulando clerus Romanus & Pontifex suscepit, & paulò post, recitatis pluribus synodi illi-

Res luctu & lachrymis digna, dānari à Protestantibus omnes maiores suos.

Heb. 13.

S. Bonifacius apostolus Germaniæ.

Fides antiqua Germaniæ.

Professio fidei Germaniæ in synodo Moguntina ante annos octingentos.



us sanctissimis decretis, statuiffe etiam dicit, vt vnusquisque episcopus si quid in sua diocesi corrigere vel emendare non posset, idem in synodo coram archiepiscopo, & coram omnibus ad corrigendum insinuaret. Eodem modo, inquit, quos Romana ecclesia ordinatos sacramento constrinxit: vt si sacerdotes vel plebes a lege Dei deniassent viderem, & corrigere non possem, fideliter semper sedi apostolicæ & vicario sancti Petri ad emendandum indicarem. En, Andrea, vtilitas & necessarius vsus prouincialium synodorum, quæ sine successoribus apostolorum & prophetarum, quos Deus ecclesie suæ dedit, id est, sine archiepiscopis & episcopis fieri non possunt, quæ quandiū in Germania suis temporibus habebantur, tam diū fuit in Germania vnitas fidei, & dogmatum Catholicorum consensus, ac obedientia erga ecclesiam Roman. hæc enim in primis omnes illi in vnum conuocati, profitebantur. Deinde si quid deerat, quod commune esset, & ad omnes prouinciæ dioceses pertineret, communiter corrigebant, vt Paulus Tito archiepiscopo Cretensi, quæ deeerant, corrigere præcepit, præter ea, quæ ad priuatas ecclesias singulorum episcoporum spectabant, quæ quisque eorum cum presbyteris suis in sua parocchia vendabat & constituebat: ita fiebat vt id ipsum dicerent omnes, nec essent schismata. Sublatis vero illis, quid consecutum sit, cæci estis, si non videtis: & perdit ac desperati, si videtes, redire non vultis, vnde malò vestro recessistis. Non dico, non fuisse illa etiam erate, vt ferè semper, qui falsas opiniones & errores seminarent, sed cura tuendæ vnitatis ecclesie ac fidei, & ecclesiam Romanam consulendi ac sequendi, semper apud archiepiscopos & episcopos, cum eorum synodis per prouincias & dioceses excubabat, vt recta fides & veritas dogmatum, ac norma ecclesiasticæ institutionis & disciplinæ, integra conseruaretur, quod vsque ad Luterum factum est. Is enim hierarchiam ecclesiasticam, vnitatis ecclesie & traditionis apostolicæ conseruatricem, in Germania

Quæ vtilitas & vsus synodorum prouincialium.

Quam diū durauerit in Germania vnitas fidei, & dogmatum ecclesiasticorum consensus.

Vnde fiebat vt in Germania ante Luterum id ipsum dicerent omnes.

velut

velut nouus Hieroboam dissoluit & deleuit, introductis ministris, qui non essent ab episcopis ordinati, exemplo veteris Hieroboam, qui sacerdotes fecit, sicut scriptum est, de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. ita factum est, vt ex eo tempore non pertineant ad vos, quæ Paulus de ecclesiasticæ hierarchie constitutione per successionem episcoporum ab vna origine, & vno capite ecclesie Petro profecta, in duabus epistolis ad Corinth. priore, & ad Ephesios scripsit: quod ita planè a nobis demonstratum est, vt nihil hætenus, & quidem consultò respondere volueritis, nè vos ipsi, vt antea dixi, malè respondendo magis redargueretis.

Exposui cap. xiiij. quemadmodum Paulus in actis apostol. Ephesios verbo gratiæ ipsius, id est, Dei commendasset, vt tuti essent ab ijs lupis, quos prædicebat ingressuros post discessum suum. vbi docui, necessè esse, continuari in ecclesia Dei euangelicæ doctrinæ prædicationem, semperque, à principio continuatam fuisse, & nunquam intermissam ac intermortuam, vt Luterus fingebat: alioquin quomodo apostolus Ephesios verbo gratiæ commendasset? sic enim vocat euangelium, quod ex ore Christi manauit, sicut scriptum est, Et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebat de ore ipsius: quomodo, inquam, commendasset? commendatione tuti & muniti essent, si poterat illud verbum aliquando in ecclesia non continuari? Sed quid rursus factò opus erat, vt continuaretur, nè eueniret, quod vobis in Germania euenit? id est, nè admitterentur, si qui postea exurgerent peruersa loquentes? scilicet necessè erat continuari successionem ministrorum euangelij, id est, eorum, quos Deus posuit in ecclesia, primùm apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, ita vt continuatio traditionis euangelicæ doctrinæ, cum continuatione ministrorum ecclesie, qui illis, quos Deus dedit, succederent, necessariò colligata esset. Huiusmodi enim ministri sunt, quos Deus dedit ecclesie, vt ministrantes verbo, homines ad sanctitatem vitæ adducerent, & corpus Christi, quod

3. Reg. 12.

Quomodo Luterus fecit, vt quæ Paulus in epistola ad Cor. priore, & in epistola ad Ephesios de constitutione hierarchie ecclesiasticæ scripsit, amplius ad protestantes suos non pertinerent. Eph. 4. Act. 20.

Vt verbum Dei in ecclesia continuetur, necessè esse continuari successionem ministrorum euangelij.



sti, quod est ecclesia, edificarent. Ex eo ergo, quod apud vos protestantes non est continuatio verbi Dei, quam continuationem continuatio, quam dico, ministrorum ecclesiae efficit, necessario, tanquam ex effectu causam, demonstramus non esse in ecclesia vestra, quam putatis, ministros vltos verbi. Deus enim cum per Esaiam prophetaret de eo, quod Dominus Iesus promisit sanctis apostolis, & promisit ecclesiae in apostolis, inquit, Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, filium alloquens, ait: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, a modo, & usque in sempiternum: non dixit solum, Verba, quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, sed addidit, Et de ore seminis tui, ut vnde verba, quae Deus posuit in ore Christi, recessisse cognoverimus, ibi sciamus neque semen Christi esse, qui sunt apostoli provinciarum, successores apostolorum: nec esse semen seminis eius, qui sunt episcopi per dioeceses ab illis ordinati: recessisse autem de ore ministrorum vestrorum verbum Dei, ac proinde non esse eos semen Christi, sed diaboli: nec esse amplius continuationem verbi Dei apud vos, testemur patres & maiores vestros, quorum aetas, ut vestri, non tenes noiae testari possunt, si eos interrogatis, non audiunt, neque novit tale verbum Dei, quae le vos, a Lutero oriundi, predicatis: tametsi verbum Dei, & euangelium semper vocatis. in vos enim quadrat, quod beatus Hieronymus in Luciferianos scripsit, cum ait: Neque sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, cum & diabolus de scripturis aliqua sit locutus: & scripturae non in legendo consistant, sed in intelligendo. alioqui si literam sequimur, possumus & nos quoque dogma componere, ut asseramus, in ecclesiam non recipiendos, qui calceati sint, & duas tunicas habeant. Haec Hieronymus. Sed quæret aliquis, cur sine continuatione illorum, quos Deus a principio posuit in ecclesia primos, secundos, & tertios, apo-

Quomodo demonstramus non esse apud Protestantes ministros verbi. Matth. 28. Esa. 59.

Patres, ac maiores Protestantiū omnes testes esse non habere Protestantes ipsos verbum Dei.

Matth. 4. Testimonium Hieronymi, scripturas non in legendo, sed in intelligendo consistere. 1. Cor. 12.

stolica traditio sanctae doctrinae continuari non potest? quae vis & ratio facit, ut haec continuatio ex illa priore, tanquam effectus ex causa sua, necessario pendeat? ea scilicet ratio est, quod illa successio continuata ministrorum verbi, nexa est ex origine unitatis ecclesiae, quae origo Petrus princeps apostolorum, & caput ecclesiae suae, cuiusque successor Romanus pontifex, pro cuius fide, ne deficeret, Dominus rogavit, cum idem pro Petro rogavit. Hinc factum est, ut quantum ecclesiae Graecae ministros verbi habeant ab illa radice & origine primum ortos, & perpetua serie ac successione a principio continuatos, (habent enim apostolos per provincias, id est, primos episcopos, qui sunt & dicuntur archiepiscopi: habent secundum episcopos per singulas dioeceses siue parochias: tertium presbyteros, pastores ac doctores per ecclesias parvas) tamen quia se a radice absciderunt, & originem unitatis reliquerunt, ut non habent ecclesiam simpliciter ac proprie, sed ecclesiam schismaticam, sic neque continuationem doctrinae omnino sanae, non enim est doctrina sana, immo a verbo Dei aliena, negare Petrum, & successorem eius caput ecclesiae, ut interim taceam, si quid aliud a verbo etiam Dei & apostolica traditione aversum tam tenent, quando nolunt venire more veterum patrum ad successorem Petri, & cum eo ceu cum capite conferre apostolicam traditionem Catholicam doctrinae, & ab eodem confirmari in fide, ut Dominus ei commisit, cum beato Petro dixit: Et tu aliquando con-

Cur traditio sanctae doctrinae ex continuatione successione ministrorum, tanquam effectus ex causa necessario pendeat.

Cur Graeci ecclesiam habeant etiam schismaticam, Protestantes vero nullam penitus habeant.

Luc. 22.

2. Pet. 2.



298 FRAN. TURRIANI DE IVRE ORDINANDI  
Prou. 26. **bij**, Canis reuersus ad suum vomitum. At vos in statum mul-  
to peiorem adducti estis, qui ecclesiam penitus non ha-  
betis: quia nullos prorsus ministros ecclesiae habetis, praeterquam meros laicos, à laicis de medio populi ad minis-  
terium assumptos: & à principio heresim ex schismate feci-  
stis, & in ea persequeratis. Vnde apud vos, vt dixi, testimonio  
etiam patrum vestrorum, nulla continuatio apostolicae praedicationis ac doctrinae manet. Sed quia Germanicus propheta Lute-  
rus frequenter in ijs, quae de ecclesia, & contra papatum scrip-  
sit, tradidit, non esse necessarium, vt iam inde à principio ve-  
ritas euangelij omni tempore continuaretur, vt facilius à se  
suscitaram heresim suaderet, ego vt eum, & vos confessioni-  
stas, si idem cum eo sentitis, redarguerem, Pauli apostoli te-  
stimoniū ex epistola ad Philip. recitavi, Veruntamen ad quod  
peruenimus, id est, prius venimus, (hoc enim significat ver-  
bum Graecum *ἡμῶν*) vt idem sapiamus, & in eadem per-  
maneamus regula: citavi multos, eisdemque perantiquos, & in  
scripturis S. valde eruditos & exercitatos loci huius consenti-  
entes interpretes: & ostendi, non docuisse Luterum discipu-  
los, vt in ea doctrina permanerent, ad quam à principio ipse  
idem Luterus, & omnes maiores vestri, prius venerant, ita vt  
in eadem regula fidei & apostolicae traditionis vsque ad ipsum  
apostatam Luterum continuata persisterent, sed in ea, ad quam  
ipse Luterus post illam antiquam venit, faciens a docens  
contra quam B. Ioannes eodem spiritu, quo Paulus, loquens  
scripsit, Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia  
si in vobis permanerit, quod audistis ab initio, & vos in filio  
& patre manebitis, ergo vos Augustinae confessionis coniu-  
rati professores, à Deo patre & filio eius recessistis, cum ab eo,  
quod ab initio per maiores vestros audistis, recessistis. Sed tu  
Andrea, nihil ad hunc locum Pauli, sicut nec ad reliqua illi-  
us capituli mei xiiij. respondisti. credo, quia non videbatur tibi  
praecipua argumenta: ad praecipua enim argumenta dixisti  
velle respondere, sed nunc fortasse videbuntur. Notemus de-  
inceps alia, quae in capitulis tuae disputationis dissimulasti.

Philip. 3.

2. Ioan. 2.

Quomodo  
confessio-  
nistae testi-  
monio B.  
Ioannis à  
Deo patre,  
& filio, &  
spiritu S.  
recesserunt.

Paulo post tractavi contra vestras ministrorum ordinationes  
locum illum eodem c. iij. epist. ad Ephes. Qui est caput Chri-  
stus, ex quo totum corpus compactum & connexum per  
omnem iuncturam subministrationis secundum operatio-  
nem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis  
facit in edificationem suam in charitate, de quo loco sic Calvinus  
in suis instit. c. viij. art. xvij. scripsit, Expeditur locus ille: non  
dubium, inquit, quin representare illic penitus voluerit sa-  
crum & spirituale ecclesiae regimen, quod posteri hierarchi-  
am dixerunt. Subiungit deinde: Non dubium etiam, quin mo-  
dum coniunctionis exprimere voluerit, quo fideles cum ca-  
pite suo Christo coherent. Verum illic, inquit, non modo nul-  
lum ministeriale caput commemorat, sed operationem singu-  
lis membris particulari attribuit pro modo gratiae vnicuique  
distributae. Haetenus Calvinus: quem ego ibi plane redar-  
gui, & omnes cum eo confessionistas & protestantes. Non enim  
dubito, quin hoc loco Pauli idem cum eo dicatis, scilicet non  
commemorari hic caput ministeriale corporis hierarchici  
ecclesiae, quod corpus hierarchicum Calvinus ita sagaciter  
olfecit hic, vt illud concedere cogeretur: redargui, inquam,  
Calvinum: quia totum corpus sub aspectu cadens, cuius-  
modi est hoc hierarchicum, cuius regimen concedit Calui-  
nus hic ab Apostolo describi, non potest totum, id est, inte-  
grum dici, nec intelligi sine capite item sub aspectu ca-  
dente. alioquin monstri simile sit, oculis cerni corpus muti-  
lum viuens ac sentiens. Caput enim Christus nunc non vide-  
tur, sicut beatus Petrus de eo ait, quem cum non videritis, 1. Pet. 1.  
diligitis: in quem nunc non videntes, credentes autem, exul-  
tatis letitia inenarrabili. Accedit huc, quod iam in epistola  
ad Corinth. priorē facta erat commemoratio capitis ministeria-  
lis, quae Calvinus requirebat, cum idem etiam sacrum & spiritua-  
le regimen ecclesiae, vt Caluini verbis utar, Apostolus describe-  
ret. ait enim in illa analogia, siue proportionē corporis huma-  
ni, qua gubernationem hierarchici corporis ecclesiae expressit,



Non potest oculus manui dicere, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Vt igitur vos denuò redarguam ac reuincam, si ecclesia vestra, quam putatis, non habet caput totius corporis, cuius compactionem describit hic apostolus, ergò neque pars est totius corporis, quod ex Christo compactum & cõnexum est: ac proindè nec ipsa est ex Christo compacta & connexa: quòd si non est ex Christo compacta & cõnexa, ergò non accipit ab eo subministrationem spiritus in mensuram vniuscuiusq; membri secundum operationem: non sunt, inquam, in vestra ecclesia charismata varia potestatis ecclesiasticæ & spiritualis, distributa ministris secundum differentiã varij ministerij, ac proindè non sunt ministri, quos putatis, sed meri laici. De Grecis verò longè secùs, illorum enim ecclesia, quia à principio habuit caput totius corporis, etsi nunc non habet, ac semper deinceps continuauit subministrationem spiritus in mensuram vniuscuiusque membri à Christo per ministerium illius capitis à principio factam, idcirco ministros habet verè ordinatos, licet non canonicè, quia schismaticè. Vos verò nullos penitus ministros habetis, ex quo tempore sublatis episcopis ab illa origine vnitatis ecclesiæ, id est à beati Petri successore, & capite ecclesiæ vniuersæ deductis, nonos ordinatores non ex caelesti, sed ex diabolica origine Martini Luteri natos accepistis. & quia nullos ministros ecclesiæ habetis, nullam, vt sapiùs dicam, ecclesiam habetis. Hæc nos verbis scripturæ sanctæ probamus, quæ vos protestantes nullo modo refellere potestis, nisi ridiculè cauillari velitis. vt, si velit hic vester Andreas interpretari, corpus totum dici ac esse ecclesiam, quia caput Christum habeat. Erit igitur hoc perindè, vt dicatur corpus habens Christum caput, compactum & connexum est ex Christo. hoc verò rursus quid aliud est, q̃ Christum ex Christo compactum & cõnexum dicere? quo nihil absurdius dici, aut cogitari potest. Aut fortassè dicet Andreas, non esse sine capite ecclesias, quæ capita habent episcopos suos, vel

Apud Protestantes non sunt charismata varia potestatis ecclesiasticæ distributa ministris.

Quare Graeci ministros in ecclesia sua habent: Protestantes verò, nullos penitus.

Quomodo secundum apostolum non possit dici ecclesia Catholica totum corpus, si præter Christum caput, aliud caput non habet.

superintendentes, vt vos vestros vocatis. Sed hic te rursus redarguam. quæro enim, sunt ne istæ ecclesiæ, quas dicis, partes totius corporis Christi, quod est tota ecclesia, an non? si sunt, quod inficiari non potes, neque vis, nisi monstrum polycephalon, ex multis ecclesijs compactum, velis introducere, profectò præter illa sua capita, id est, episcopos, caput illud vnum vniuersale totius corporis habeant necessè est: aut si non habent, neque partes sunt totius ecclesiæ Catholicæ. Vt iam sicut opus est, multitudinè fidelium vni parere, quod beatus Petrus in ordinatione episcopi Zachæi dixit, vt hoc modo, inquit, possit in concordia persistere, in quo inest quædam monarchiæ imago ac similitudo, vt idem ait, sic etiam maximè opus sit, multa illa capita ecclesiarum ad vnum referri caput, qui est beatus Petrus, & in eo successor eius origo vnitatis ipsarum ecclesiarum, in quo non imago spiritualis monarchiæ, sed ipsa tota monarchia spiritualis solida & expressa residet.

Postquam satis ordinationes vestras ex ijs, quæ de hierarchia ecclesiastica in vniuersum ab apostolo scripta sunt, redarguisse videbar: accessi postea ad ea, quæ singularim de ordinationibus episcoporum, presbyterorum, ac diaconorum idem apostolus docuerat, cum quibus vestras ordinationes conferatis, nullo loco habendas esse planè videbitis, nisi in excitate perstare malueritis. Si enim quæ Paulus apostolus de ordinatione episcopi Timothei scripsit, & quæ Lucas de ordinatione episcoporum Pauli & Barnabæ, hæc ad nostram doctrinam, & ecclesiæ catholicæ institutionem, & non propter illos tantum, scripta sunt: profectò ex illis ipsis locis petendum est, à quibus, & quomodo, & ad quid ordinatio, episcopi fieri debeat, quod quidè satis à me prolixè, collatis scripturis, explicatum erat, si Andreas credere & intelligere voluisset, nisi enim credideritis, ait propheta Esaias, non intelligetis. Ergò nec cetera, quæ illic scripsi de ordinatione episcopi, reperam, ad quæ nihil tu respondere potuisti, sicut nec ad alia superiora, il-

Protestantes ecclesiam faciunt corpus polycephalon.

Esai. 7. iu. xca lxx.



Aet. 9. Gal. 1. Quare Paulus ordinatus per impositionem manuum.

Aet. 2.

Calvini testis confesio in Protestantes.

Aet. 13.

lud tantum rursus adhuc vrgebo, quo solo satis conuincitur, nullas vos habere ministrorum ordinationes. quero enim, quare noluit Deus satis esse, quod Paulum elegisset, vt Ananiae declarauit, & ipse idem Paulus in epist. ad Galatas testatus est: quare, inquam, noluit spiritus S. vt iufficeret, quod non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem factus esset apostolus, vt reliqui apostoli, nisi per impositionem manuum episcoporum, quos Deus in ecclesia posuerat, ordinaretur, quod quidem in apostolis non est factum, qui in die Pentecostes ab spiritu S. ordinati sunt episcopi, accipientes potestatem dandi alijs spiritum sanctum per impositionem manuum? Ad quaestionem respondet Calvinus in suis institutionibus his verbis: Quare, inquit, nisi vt ecclesiastica disciplina in designandis per homines ministris conseruaretur? Subiungit deinde, Nullo igitur illustriore documeto eiusmodi ordinem approbare Deus potuit, quam dum Paulum gentibus apostolum destinasse praefatus, eum tamen ab ecclesia vult designari. Haftenus Calu. cuius testimonium in hoc verum est, & eo plus autoritatis in vos habere debet, quod non de nostra domo prodijt, quin potius nobis est inimicus, sed de vestra, id est, ex semine atque stirpe Lutheri ortus. age ergo, si, vt ecclesiastica disciplina in ordinandis ministris conseruaretur, Paulus ordinatus est, teste etiam Calvino inimico nostro, videamus, quae forma ecclesiasticae disciplinae de ordinatione episcoporum, in ordinatione Pauli & Barnabae propolita & expressa sit: vt si ea in ordinatione vestrorum superintendentium, quos episcopos numeratis, nullo modo, neq; ratione vlla appareat, autoritate scripturae sanctae constet, non esse illam numerandam ordinationem, sed commentum & πλάσμα. Describitur igitur Lucas ordinationem Pauli & Barnabae, vt sciremus, a quibus ordinati essent, & qua ordinatione, inde narrationem cepit. Erant autem, inquit, in ecclesia, quae erat Antiochia, pphetae & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Mana-

Manahen, qui erat Herodis tetrarchae collactaneus, & Saulus. Episcopos vocat hic prophetas, quos Deus posuit in ecclesia secundo post apostolos loco: presbyteros vocat doctores, quos posuit tertio. Ex horum numero erant iam Barnabas & Paulus, vt Lucas narrat, cum ordinati sunt, hic scilicet, episcopi, siquidem toto anno fuerant antea Antiochia, vbi turbam multam docuerant: presbyterorum autem erat, vt nunc est, docere verbum Dei. Comemoratis ergo prophetis, qui erant Antiochia, & presbyteris, subiungit Lucas ordinationem Pauli & Barnabae, qui erant ex presbyteris siue doctoribus, vt iatelligamus ex presbyteris ordinatos esse episcopos, & ab episcopis per impositionem manuum & orationem consecratoriam. ex utroque enim tanquam ex materia & forma, sacramentum ordinationis constat. Subiungit itaque Lucas: Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit spiritus S. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. de ministrantibus illa inter ordinationem Pauli & Barnabae, quae esset, & de ieiunio illo explicauit c. xx. prioris libri de ordinationibus, ne eadem sine necessitate repetamus. Sequitur ergo ordinationis: Tunc, inquit, ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. En ordinationem episcoporum per impositionem manuum & orationem consecratoriam, quas Dionysius Areopagita in eccle. hierarch. c. 5. differens de ordinationibus, vocat ιεροποιους επικλησεις, & ab episcopis facta, secundo post apostolos in ecclesia loco positus, qui a Luca & ab apostolo Paulo prophetae vocantur: quia sunt, vt Dionys. c. 6. eccle. hierarch. ait, diuinorum iudiciorum denunciatore, nihilque hierarchicum facere debent, nisi vt a Deo acti: & nos rursus in ijs, quae illi hierarchice operantur, ad eos tanquam a Deo actos, accedere debemus: & quia eorum imprimis est, scripturas in ecclesia interpretari, deinde eorum iussu atque autoritate presbyterorum: quae omnia nullo alio verbo, quam prophetae, significantius notari poterant. vnde Clemens Rom. lib. 2. constat, apostol. episcopos ait esse prophetas populorum.

Ordinatio Pauli & Barnabae.

Quare episcopi prophetae dicuntur.

Cum



Cum igitur, ut credere necessè est, p̄sum sit à Deo, & sum-  
 mē sapiente, & summē bono, quemadmodum certum habere  
 possimus, & debeamus de ordinatione legitima ministrorum  
 ecclesię, quippe cum sine illis nec ecclesia sit, nec esse possit:  
 immò ubi illi sunt, ibi ecclesia consistit, & non aliàs: conse-  
 quens est, ut nōs spiritus S. doceat, immò à principio docuerit,  
 ubi hoc prouisum sit, & quomodò hoc scire oporteat: quo,  
 inquam, signo non dubiè dato, sed ità certo & constanti, ut  
 illud ementiri nemo queat, ut in tabulis falsò ob signatis fi-  
 eri solet. ipse enim spiritus S. est, quem Dominus Iesus pro-  
 misit, docturum esse sanctos apostolos, & per eos ecclesiam  
 suam omnem veritatē. igitur quia Christus non semetipsum  
 clarificauit, sicut apostolus ait, ut fieret pontifex, sed qui lo-  
 cutus est ad eum, Tu es sacerdos in æternum secundum or-  
 dinem Melchisedech: idcirco, ut ait Dionysius in Eccle. hier-  
 rar. cap. 5. ducens discipulos suos ad sacram ordinationem,  
 cum esset alioqui Deus, ad patrem tamē & spiritum sanctum  
 hierarchicam eorum consecrationem rerulit, cum iussit eis,  
 nē discederent Hierosolymis, sed expectarent promissionem  
 patris: spiritum sanctum dicit à patre promissum, qui etsi su-  
 per omnes illos in die Pentecostes, qui erant ferè centum vi-  
 ginti, descendisset, eos tamen episcopos tunc ordinauit, quos  
 prius Christus elegerat apostolos, principes super omnem  
 terram, iuxta prophetiam David, constituendos: quibus pau-  
 lō antè ascensurus in cælum, denunciauerat futuros esse te-  
 stes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad  
 vltimum terræ, accepturosq; spiritum S. deniquè quibus præ-  
 ceperat ire, & docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine  
 patris, & filij, & spiritus S. docentes eos seruare omnia, qua-  
 cunque, inquit, mandauit vobis. Episcoporum enim est in pri-  
 mis, docere verbum Dei. Vndè postquam dixit prophetans  
 de his Ioel, Et erit posthac, effundam de spiritu meo, & reli-  
 qua, quæ beatus Petrus in die Pentecostes recitauit, dicens  
 impleta esse tunc, extrema verba illius loci prophetici sunt,  
 Quia

Heb. 5.

Psal. 109.

Act. 1.

De ordina-  
 tione apo-  
 stolorū in  
 die Pentecostes.

Psal. 44.

Matth. 28.

Ioel. 2.

Act. 2.

Quia in monte Sion erit saluatio, sicut dixit Dominus: & erūt  
 euangelizantes, quos Dominus vocauit, sic enim est apud Ixx.  
 quem locum explanans beatus Cyrillus in commētarijs pro-  
 phetæ huius, hīc ait completum esse tūc, quod Paulus postea  
 scripsit, Nemo sibi sumit honorē, sed qui vocatur à Deo tan-  
 quam Aaron. De summo ergò honore sacerdotali, qui est epi-  
 scoporum, intellexit Cyrillus. de alio enim intelligere nō po-  
 tuit, ut enim filij Aaron (sicut ait S. Anacletus, epist. 3.) figu-  
 ram gestabant presbyterorum, sic Aaron, summi sacerdotis,  
 id est, episcopi. Damasus quoque epist. 4. Summorum, inquit,  
 sacerdotum, id est, episcoporum, Moyses & Aaron figuram te-  
 nuerunt. Item Ammonius Alexandrinus in ijs, quæ feruntur  
 collecta ab Oecumenio in Acta apostol. quia apostoli, inquit,  
 λαροτονοῦτο τῷ οἰκουμένῳ διδάσκαλοι, id est, quia ordinabantur apo-  
 stoli cuncti orbis magistri, ordinatio autem huiusmodi non fit  
 nisi in capite, idcirco meritò super capita receperūt linguas.  
 & hac de causa ante alia charismata acceperūt charisma lin-  
 guarum. Hactenus Ammonius. Præterea orthodoxus in dia-  
 logo Hieronymi contra Luciferianos: Si quæris, inquit, hoc  
 loco, quare in ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi nō  
 accipiat spiritum S. quem asserimus in vero baptismo tribui,  
 discere hanc obseruatōem ex ea simplicitate descendere, quòd  
 post ascensum Domini, spiritus sanctus ad apostolos descen-  
 dit. Planè confitetur hoc loco Hieronymus, tunc factos esse  
 episcopos apostolos, cum acceperunt in die Pentecostes spi-  
 ritum S. ut iam deinceps possent dare alijs spiritum S. per ma-  
 nus impositionem, quod est proprium episcoporum. Item Pe-  
 trus Damianus, author in scripturis sanctis & in omni eccle-  
 siastica doctrina valdè eruditus, in libro de ecclesiasticis insti-  
 tutionibus cap. 4. sic ante annos quingentos scripsit: Constat  
 apostolos perfecti baptismatis, atque omnigenæ similis con-  
 secrationis accepisse mysterium, cum super eos spiritus S. ve-  
 nit in diuersitate linguarum. Qui dixit apostolos accepisse in  
 die Pentecostes mysterium omnigenæ consecrationis, satis  
 aperte

Heb. 1.

Qv



apertè dixit, accepisse eos tunc sacramentū hierarchie consecrationis: hæc enim in omnigena consecratione cōtinetur, tanquā species in genere. Deindè Simeon Thessalonicēsis archiep. in libro de mysterijs Missæ, defendens inuocationē spiritūs sancti, quam Græci sacerdotes adhibēt post verba mystica, quibus mysterium sacræ eucharistiæ conficitur, in eos, qui reprehendunt: Isti, inquit, blasphemē respiciunt inuocationem spiritūs S. eiusque virtutem, atq; operationem negant, quam Saluator apostolis promisit & donauit, per quam pastores ordinati sunt adueniente spiritu S. qui per linguas illas igneas virtutem eis indidit, qua operationem sacrorum & ordinationes exercebant. Et rursus idē in libro 8. de mysterijs ecclesiar: και τελειώτερον ἐτι χειροτονεῖ τοὺς μὲν τὰς ἀνάβας ταῖς ἐπιπέποις ἐκείναις ἡλίσσασαι τοῦ πνεύματος διὰ μερισμῶν αὐτοῖς. id est, perfectius adhuc discipulos ordinat post ascensum in caelos, linguis illis igneis dispersit. Hi omnes Paulum apostolum secuti sunt, qui in epist. ad Ephes. cum meminisset de ascensu Christi in caelos, & illud psalmi citasset, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: velut interpretans quod dicit psalmus, Dedit dona hominibus, quod quidē post ascensum in caelos in die Pentecostes misso spiritu S. factum est, subiungit: Et ipse dedit quosdam quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euāgelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi: scilicet, hæc sunt dona & quidem magna sacramentum ordinationum, quarum ministerio per verbi prædicationem, & vsum sacramentorū, corpus Christi mysticum ædificatur, & crescit, & sanctitate consummatur, qui est finis ecclesiasticæ hierarchie. Hæc verò dona nō solum nobis indigentibus Christus dedit, sed ipse etiam illa secundum humanitatē, qua factus est egenus propter nos, à patre prius accepit, quò nos & religiosius illa coleremus, & maiore studio tueremur. Vndè pro eo, quod Apostolus quasi interpretans psalmum, dixit, Dedit dona hominibus: psalmus dixerat, Accepit dona in hominibus, id est, in humanitate ex

Ephes. 4.

Psal. 67.

Psal. 67.

nobis

nobis sumpta. his enim voluit indigere, & ea propter me accipere, vt nobis donaret, sicut ipse dixit: Omnia, quæ dedisti mihi, dedi eis. Vndè non δῶρα, id est, munera, quæ dantur etiam non indigentibus, vt ea quæ regibus & diuitibus dari solent, sed δόματα, quæ solum dantur ijs, qui indigēt, vocauit scriptura, quæ interpret vertit dona. Notauit hanc vim verbi & differentiam S. Maximus in notationibus locorum scripturæ. Obseruatur itaq; est non solum à Latinis doctoribus, sed à Græcis quoque, quæadmodum Christus, qui hæc dona à patre, vt dictum est, accepit gradus ordinum ecclesiasticorū, humanitatis suæ ministerio honorauerit, vt Lectoris, inquiunt, cum ingressus in synagogam secundum cōsuetudinē suam die Sabbati, sicut ait Lucas, surrexit legere: & traditus est illi liber Esaiæ Propheta: exorcista, cum eiciebat demonia: hypodiconi & diaconi, cum ciecit ementes & vendentes ex templo: diaconorū enim est, vt ait Clemēs in epist. ad Iacobū, circumlustrare oēs actus ecclesie: & cum prohibuit, nē transferrent vasa per templū: & cum lauit pedes discipulorū, vt essent, sicut ei tunc visum est, ad sacrā cōmunionē pparati, in qua actione & officio se diaconū vocauit. diaconū est enim, vt ait Dionys. c. 5. eccl. hierar. purgare accedentē ad sacrā cōmunionē, & facere, nē misceantur cū cōtrarijs. Presbyteri gradū representauit, baptizādo, docēdo, benedicēdo, offerēdo: hæc enim sunt presbyterorū, vt Cle. lib. 3. de const. apost. tradit. Episcopi, cum in transfiguratione in monte Tabor audita est vox patris, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. & cū aiebat, Qui vos audit, me audit: quod quidē testimoniū erat, esse eum doctorem, pastore, & episcopū. propriū enim est episcopi, doctore esse, & mittere presbyteros ad docendū, sicut Dominus misit lxx. discipulos, in quorū locū presbyteri successerūt. Archiepiscopi gradū tenuit, cū apostolos velut episcopos ad vngendū oleo agros mittebat. Sūmi pontificis, cum apostolis electis archiepiscopis, & per spiritū S. proximē cōsecrandis, ipse ascēsurus in caelum, præcepit ire ad docendum omnes gentes, formam

Ioan. 17.

Quid inter se differant δῶρον & δόμα, Donum, & datum.

Quomodo Christi gradus ordinū ecclesiasticorū, quos Protestantes respuerunt, ministerio humanitatis suæ sacræ honorauit. Marc. 11. Ioan. 13.

Matt. 3. Matt. 5. Matt. 17. Luc. 24. Matt. 26.

Marc. 6.

Q 9 2 beato



beato Petro principi apostolorum relinquens, vt tanquam Christi vicarius summū gradum vt caput visibile loco Christi, quem nunc non videmus, in ecclesia visibili teneret, & archiepiscopis, & primatibus cūctis in cuncto orbe docere præciperet. Hæc ergò dona, quæ scriptura docet, Christum à patre accepisse, ministerio & exemplo sacræ humanitatis suæ honorasse, per spiritum S. in die insignis celebritatis, id est, in die Pentecostes misisse, & ecclesiæ illis indigenti donasse, ac per ea nobiscum vsque ad consummationem seculi esse voluisse, quæ ecclesia nostra, vt grata & memor tantorum donorum, summa religione semper à principio coluit & conseruauit, hæc, inquam, vos quasi non indigeretis, nec ea Christus tanti fecisset, tãquam nauseantes respuistis. Vt igitur Christus virtute Dei patris & spiritus S. in die Pētecostes sanctos apostolos ordinauit, ita nos per eosdem apostolos in eorum successoribus eadem virtute ordinat. *διὰ τὸ τῶν ἐκείνου ἀγιάσθεντων κατὰ διαδοχὴν τὴν χάριν οἱ ἱερεῖς λαμβάνουσι.* id est, per sanctificatos enim ab illo, ait Simeon Thessal. in 4. libro de mysterijs ecclesiæ, secundum successionem, qui consecramur, gratiam accipimus. Quare qui successores illorum non habent, neque consecrationis gratiam habere possunt: immò nec vllum sacerum ministerium, nec vllam corporis Christi, quod est ecclesia, ædificationem. Deinde vt illorum ordinationem, signo celesti dato ignearum linguarum, notam & certam omnibus esse voluit, sic etiam nostram, licet alio modo, certam tamen & diuina autoritate testatam esse voluit. Sicut etiam in veteri testamento, cum Coritæ & Rubenitæ quinquaginta viri proceres synagogæ steterunt, sicut scriptum est, contra Moysen & Aaron, dicentes: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini? vt cohiberet Dominus, sicut ait scriptura, querimonias filiorum Israel, quibus cōtra Moysen & Aaron marmurabant, signo illo virgæ Aaron, inter ceteras reliquarum tribuum virgas florecentis, omnibus patefactum esse voluit

Num. 16. 37.

voluit & certum, summum sacerdotium esse in Aaron, & non in eis, qui illud ad se rapere volebant. post illam ergò apostolorum ordinationem celestem, opus quoque erat nō minùs, quàm tunc fuit, signo certo, ac perpetuo, & immutabili ad discernendas veras ac legitimas ordinationes, nè quis eas aliquando dissimulare, & sibi falsò vindicare auderet, vt à vobis factum est. non decebat tamen, neque necessè erat, vt simili quopiam prodigio ac stupendo signo spiritus sanctus vteretur, vt in illis, quos primùm apostolos in ecclesia posuit, nec vt in Aaron: sed voluit potius signo vti, quod à consuetudine hominum non abhorreret, vt faciliùs reciperetur, quod ex certa fórmula verborum & manuum impositione constaret. nam & gentiles in suis, quas habebant *χειροτονίας*, faciendis, & verbis utebantur, & aliqua opera manus. Sed illud in primis prouidendum fuit, vt quidem prouisum est, vt ad quos huiusmodi potestas ordinationes ministrorum faciendi pertineret, certi ac definiti ordinis essent, qui nec amitti possent, nec in alium ordinem hominum mutari, nè signum alioqui certum ordinationis, incertum fieret, si ordo ministrorum eius mutabilis esset. Voluit igitur spiritus sanctus, vt non solùm ab apostolis, quos, vt sapè dixi, signo diuinitus dato primos episcopos ordinauit, & primùm in ecclesia posuit, sed à prophetis, quos ipsi apostoli ordinarunt, & idem spiritus sanctus secundos in ecclesia item collocauit, huiusmodi ordinationis episcoporum fieret. Hoc autem docuit in ordinatione Pauli & Barnabæ, Antiochiæ à prophetis facta, quæ primùm in nouo testamento scripta est ad institutionē & disciplinam ministros ordinandi, teste etiam Caluino, vt paulò antè dixi. Iam verò, quia Dominus Iesus primùm apostolos in ecclesia posuit, secundò prophetas, idq; nō ad tempus, quis enim hoc dicat? sed vt cum eis vsq; ad consummationē seculi esset, sicut idem S. Apostolis promisit: necessè fuit, vt apostolis apostoli succederēt per capita prouinciarum, qui sunt & dicuntur archiepiscopi vel metropolitani, & prophetis prophetae,

De signo certo & immutabili ad discernendum veras ordinationes.

Matth. 28



Quomodo in signum rebellium protestantium conseruetur in ecclesia instar virgæ Aaron, series & continuatione apostolorum & prophetarum. Num. 17. Ephe. 5.

qui sunt episcopi singularum diceceson apostolis prouinciarum subiecti. Hi igitur, qui sunt apostolicæ stirpis, id est, vel successores apostolorum, qui à spiritu S. *ἀποστόλων* potestatem acceperunt ordinandi ministros ecclesiæ, vel prophetarum, qui ipsi quoque successores apostolorum sunt secundo loco positi, qui ab eodem spiritu S. eandem per apostolos ordinandi facultatem tulerunt: hi, inquam, sicut à principio potestatem acceperunt ordinandi, sic semper ordinant, & vsq; ad consummationem seculi alij alijs illius seminis succedentes ordinaturi sunt. itaque vt Dominus virgam Aaron, quæ floruerat, in tabernaculum testimonij referri iussit, vt seruetur, inquit, ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, nè moriantur: sic hanc seriem & continuationem apostolorum & prophetarum voluit spiritus sanctus in signum rebellium protestantium perpetuò in ecclesia seruari, vt quiescant querelæ eorum, nè moriantur: sed quia nondum quiescunt, adhuc mortui sunt, quousque Dominus à mortuis eos suscitetur. Surge ergò Andrea, qui dormis, qui me ad respondendum tibi excitasti, & illuminabit te Deus. Sed libet iam propius conferre pedem. asseris enim in extrema parte capitis xiiij. disputationis tuæ, præcipuas partes in ordinandis ministris penes eos esse, quibus gubernatio ecclesiæ commissa sit, credo te dicere superintendentes. isti enim sunt vestri episcopi. concedamus hoc tibi, vt interim quid sequatur, intelligas. Quero enim de istis superintendentibus, ad quos istæ tuæ præcipuæ partes ordinandi ministros spectant, à quibus isti ipsi præcipuè ordinati fuerunt? dicturus es, vt puto, ab alijs superintendentibus, quorum præcipuæ partes in ordinando ibidem erant. Quaro rursus de illis secundis, à quibus acceperunt ordinationem? credo, remittes me sursum versus ad tertios superintendentes. sed persequar percontando de illis tertijs, quousque ad superiores antecessores regressus, ordinationem reuoces ad illos primos ordinatores, quos vestra disci-

plinæ & sectæ author & inuentor Luterus monachus apostata, primùm introduxit, id est, meros laicos, qui nullam potestatem habere potuerunt ordinandi, quam ipsi nunquam acceperunt. Sin verò accepisse dicitis & contenditis, ostendite signum. Sed quia signum vestræ impositionis manuum fortassè proferetis: vestram enim impositionem manuum, vt simiæ imitatrices, in sacram transfigurare vultis: vt vestra fallacia redarguatur, quæro à vobis, vnde scitis signum istud vestræ impositionis manuum, verum esse, & non simulatum & ementitum? hoc enim Deus, vt certò scire possemus, nisi prouidisset, non satis ecclesiæ consulisset. siquidem non est sola impositio manuum ad instar illius virgæ Aaron, quæ tanquam diuinum prodigium, diuinam ordinationem Aaron declarabat. Impositio igitur manuum nostrorum episcoporum, cum oratione consecratoria, idè sacre ordinationis diuinum signum est, quia fit ab episcopis ex femine ac stirpe apostolica ortis, quos Deus in ecclesia posuit. horum enim successionem voluit Deus, vt paulò antè dixi, in ecclesia seruari in signum rebellium Christianorum ad coarguendas fictas vestrorum superintendentium ordinationes. vestri enim ordinatores ipsam communionem cum apostolica radice habent, nullam ipdè originem trahunt, sed ex se nati sunt.

Sed videamus, quemadmodum, nescio magis ne ridicule, an impiè, continuationem nostrorum episcoporum Andreas eludat, & non esse necessariam probet, sic enim in c. 4. proposuit: Quemadmodum enim apostoli, per diuersas ecclesias constituturi presbyteros & diaconos, illorum ordinationem non petiuerunt à pontificibus & Phariseis, quanquam Moisis cathedram ordinariè se tenere gloriarentur, sed ipsi eam in cœtu verè ecclesiæ instituerunt & peregerunt: ita etiam nostra ætate non facientibus officium episcopis, qui ordinariam successionem iactant, ius vocandi & ordinandi ministros rectè sibi vsurpant ecclesiæ repurgatæ. Vi-

Quare impositio manuum in ecclesia Catholicorum signum sit veræ ordinationis, apud protestantes verò non sit, nec esse possit.



ta. Videte, quæso, Lipsenses, quàm sani capitis sit academiæ vestræ doctor Andreas, qui tale caput disputationis vobis proposuit, in quo ordinatorum vestrorum ministrorum facit apostolos, & nostros episcopos pontifices, scribas & Phariseos. & quod magis adhuc impium est, sensisse videtur, peturos fuisse apostolos ordinationes presbyterorum & diaconorum à pontificibus, scribis, & Phariseis, si officium suum fecissent: sed quia non fecissent, instituisse apostolos in cœtu veræ ecclesiæ ordinationem, rejecta ordinaria successione cathedræ Moïsis: sic vos ad imitationem apostolorum fecisse, quod fecistis, & adhuc facitis. Videtur mihi Andreas novus quidam Apollinaris, aut vnus ex insensatis illis Galatis, qui legem cum euangelio coniungere vult, aut si hoc non vult, quomodo poterant apostoli petere à pontificibus, scribis, & Phariseis in cathedra Moïsis sedentibus, quanuis optimis & vitæ sanctissimæ, presbyterorum ac diaconorum ordinationem? an quiequam præcepit Deus Moïsi inter Leuiticas leges, de presbyteris & diaconis noui testamenti ordinandis? Deinde, quomodo ait Andreas instituisse apostolos in cœtu veræ ecclesiæ ordinationem presbyterorum & diaconorum? an ignoras, Andreas Theologe, non ab apostolis, sed à Christo instituta esse sacramenta? atqui vos Lipsenses, & reliqui molliores Lutherani, inter sacramenta numeratis ordinationem. Sed omittamus hæc, quæ magis risu, quàm confutatione digna sunt. nosemus, quod in cap. xiiij. Andreas posuit, cum redarguente eum conscientia, laborat, quemadmodum ordinationis vsurpationem, quam ipse fatetur, excuset. Sic enim ait: Non possumus enim, salua fide & bona conscientia, ab ijs petere ordinationem, qui foedissimè eam contaminarunt, & corruerunt, & impia vota ab ijs, qui ordinandi sunt, requirunt: & eosdem non tam ad docendum euangelium, & administranda sacramenta, quàm ad sacrificium Missæ pro viuis & mortuis offerendum constituunt. O summam protestantium religionem, ô præclaram fidem, ô singularem

Quid Protestantes excusent, cur à Catholicis non petant ordinationes.

gularem conscientia sanctitatem. non potestis salua fide & bona conscientia ordinationem petere ab ijs, quos tu Andrea statim proximo capite sequenti, id est, xxv. non amisisse potestatem ordinandi, cogente conscientia, confiteris, sicut neque baptizandi, & absoluendi: & potestis, salua fide & bona conscientia, vti potestate ordinandi, quam vos à mero laico accipi posse, nulla scriptura, nullo argumento, nulla ratione, nullo signo, nullo testimonio, nullo denique modo probare vnquam potuistis, nec potestis? Si ordinationem episcopi nostri, vt tu calumniaris, foedissimè contaminarunt, & corruerunt: quia, vt tu fingis, impia vota ab ordinandis requirunt, & magis ad sacrificandum pro viuis & defunctis, quàm ad docendum euangelium ordinant: at saltem accipite ordinationem ab ijs, quorum ordinationem si non incorruptam, at certè efficacem esse concedis, sicuti absolutionem: quæ verò ipsi committunt, foedè, vt dicis, ordinationem contaminando, vota impia requirendo, & ad sacrificia pro viuis & defunctis ordinando, nè hæc ipsi faciat, donèc aliter sentiat. facite interim quod Dominus ludæis præcepit, Super cathedram Moïsis sederunt scribae & Pharisei: quæcunque dixerint vobis, facite: quæ autem faciunt, nolite facere: præsertim cum tu Andrea nostros episcopos facias alteros pontifices, scribas & Phariseos.

Matth. 23.

De eo autem, quod ais, vota ab ordinandis in ecclesia nostra requiri, respondeo iterum tibi, nullus cogitur ad ordinationem in ecclesia nostra, qui vult ordinari, spontè facit votum tacitum castitatis: admonetur enim, deinceps non fore ei fas vxorè ducere, ex quo facillè intelligimus, cum ipso ordine sacro vi sua connexa & implicata esse castitatè, vt à patribus synodi Carthag. 2. c. 2. affirmatum est. Nullus itaq; in ecclesia nostra cogitur, vt votum castitatis faciat, sed consiliu tantum datur, sicut scriptura sancta, & eius doctor & apostolus Paulus nos docuit, ab ijs verò, qui consiliu Domini secuti, voluerunt se spontè castrare propter regnum celorum, ab his, inquã, re-

Matth. 19.

R. r

quiri-



Eccl. 5.

Esa. 56.  
Matth. 19.

Rom. 2.

Quid de  
votis ca-  
stitatis an-  
te annos  
300. Ger-  
mania di-  
dicisset.

quiritur secundum scripturam, vt quod Deo vouerunt, nē  
morentur reddere. Tu verò cum huiusmodi vota, quę diuini  
consilij esse apostolus tradit, & vtraq; scriptura, vetus & noua  
testatur, impia vocas, in Deū blasphemus es: & à Deo, vt bla-  
spemus, punieris, & maiores tuos, & nationis tuę Germa-  
nicę oēs de impietate impię cōdemnas. q̄ cōtra te in die Do-  
mini testimoniū dicent, cum ad tribunal Domini stabis, & te  
tuę cogitationes impię accusabunt, testimoniū in te dicente  
cōscientia. De religione enim & sanctitate voti castitatis, hoc  
apostolus Germanicę vestrę S. Bonifacius ante annos ferè 800.  
per ecclesias Germaniæ docuit, & hoc ille semper ante Lute-  
rū tenuerunt, quod in epist. ad Aethebaldū regē Anglię scri-  
psit: Si aut, quod absit, vt multi dicunt, neq; legitimā accepisti  
vxorē, neq; castitatis abstinentiā pro Deo obseruāsti, sed libi-  
dine domināte, in scelere luxurię famā glorię tuę coram Deo  
& hominibus confuderis, in hoc valdē cōtristamur. & adhuc  
quod peius est, quod nobis narrāt, q̄ hoc scelus ignominie  
maximē cū sanctis monialibus, & sacratis Deo virginibus per  
monasteria cōmissum sit: nā hoc peccatum duplex esse, non  
dubiū. & paulò post, Nam & apud Gręcos, & Romanos qua-  
si blasphemā Deo irrogat, qui in hoc reus inuētus fuerit,  
vt cū velata & cōsecrata Deo Nonnā concubisset, ab omni  
gradu sacerdotij Dei prohibetur, & à diuino ministerio alta-  
ris abijcitur, licet antē, peracta pœnitentia, reconciliatus sit  
Deo. Corpora enim per votū proprię sponsionis, & per verba  
sacerdotis Deo consecrata, templū Dei esse per S. scripturam  
dicuntur, & ideo violatores earū, iuxta apostolum, filij perdi-  
tionis esse dignoscuntur. Hactenùs S. Bonifacius de votis, quę  
impia appellat Andreas. De sacrificijs verò pro viujs & defun-  
ctis aliquid dictum est paulò suprā c. x. libri huius. Huc etiam  
pertinent quę disserui de Purgatorio, & orando pro mortuis  
prolixè lib. 4. defensionis pontificum apostolicorum c. 12. 13.  
14. si cupit Andreas discere veritatē dogmatis, locos indicaui.

Hactenùs de ijs, quę de ordinationibus episcoporū, quos  
Deus in ecclesia posuit, & vos penitus repudiāstis, & abieci-

stis, quo magis adhuc vestrorum superintendentiū confictas  
ordinationes redarguerem, addenda esse putauī, ad quę non  
magis respōdere poteritis, immò multo minùs, quàm ha cte-  
nùs ad ea, quę de eisdē ordinationibus ex S. scripturis duobus  
libris meis scripseram, respondere potuistis, nō dissimulatu-  
ri quidem, si quid, non dico, refellere, sed eludere saltem, aut  
tergiuersari potuissetis. nam quę tu Andrea tibi fortasē vi-  
deris respondisse, ad nullos scripturę S. locos, à me tunc ad-  
uersùs ordinationes cōmentitias vestrorū ministrorū tracta-  
tos, pertinent. Adiciā præterea hęc quædā à me illic præter-  
missa, quia nō existimaui tūc necessaria: ea, inquā, quę gra-  
uissimus author Epiphanius aduersùs Aeriū heresiarchā scri-  
psit, is enim in vestro Lutero ac vobis reuixit, iā olim ab eccle-  
sia reuictus, mortuus, & in inferis ad sempiternos cruciatus  
& tormēta dānatus. Verùm ad oppositiones, inqt S. Epiphani-  
us, aduersùs ipsum deueniamus, pauca recensentes, atq; itā  
prætereuntes, Ac q̄ totū sit stultitię plenū, apud prudētes ma-  
nifestū, dicere enim, episcopū & presbyterū equalē esse, quo-  
modò erit possibile? Episcoporū enim ordo, patrū generator  
est; patres enim generat ecclesia: presbyterorū verò ordo,  
qui patres generare nō potest, p̄suacri regenerationē filios  
ecclesię generat, nō tamē patres, aut doctores. Et quo modò,  
inqt, possibile erat, presbyterū cōstituere nō habentē manūs  
impositionē, *ἢ ἡ ἐπιτομή*, id est, ad ordinandū, vel dicere ipsum  
esse equalē episcopo? Subiūgit deindē: Decepit autē prædi-  
ctū Aeriū ipsius nugacitas & emulatio, profert autē ad errorē  
suum, & eorū qui ipsum audiunt, quod apostolus scribit pre-  
sbyteris & diaconis, & nō scribit episcopis: & ad episcopū di-  
cit, Noli negligere gratiā, quę in te est, quę data est tibi p̄ pro-  
phetiā cum impositione manū presbyterij, & rursus in alio  
loco, episcopis & diaconis scribit, Est ergò, inqt, idē episcopus  
& presbyter, & nō nouit ille, qui cōsequētia veritatis ignarus  
est, & historias profundissimas non legit, q̄ cum recens esset  
prædicatio, sanctus apostolus pro re nata scripsit. Vbi enim

In Marti-  
no Lutero  
Aerius hæ-  
resiarcha  
reuiuit.

1. Tim. 4.



episcopi iam erant constituti, scripsit episcopis & diaconis: non enim omnia statim potuerunt apostoli constituere. Presbyteris enim opus erat & diaconis. per hos enim duos ecclesiastica compleri possunt. Vbi verò non est inuentus aliquis dignus episcopatu, remansit locus sine episcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni episcopatu, constituti sunt episcopi. cum autem multitudo non esset, non sunt inuenti inter ipsos, qui presbyteri constituerentur, & contenti fuerunt solo episcopo in loco constituto: verum sine diacono impossibile est esse episcopum: & idcirco curam adhibuit S. apostolus, ut diaconi adessent episcopo propter ministerium. Sic ecclesia accepit complementa dispositionis: sic illo tempore loci erant. nam singule res non ab initio omnia habuerunt: sed progressu temporis ea, que ad necessarium perfectionem requiruntur, parabantur. Hactenus S. Epiphanius pari breuitate & vi refutauit, quod vos contra naturas rerum traditis, idem esse episcopum & presbyterum: post refutationem verò alienam sententiam, suam Epiphanius, id est, nostram & eundem ecclesiam, que tunc per cunctum Orientem & Occidentem erat, verbis apostoli probat. Sic enim ait: Et quod non potest idem esse, docet diuinus apostoli sermo, quis sit episcopus, & quis presbyter, cum dicit ad Timotheum, qui erat episcopus: Presbyterum ne increpes, sed hortare ut patrem: quid rei erat, non increpari ab episcopo presbyterum, si potestatem episcopus in presbyterum non habebat? quomodo etiam rursus dicit, Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus, & non dicit ad aliquem presbyterum, ne admiseris accusationem aduersus episcopum? neque scripsit ad aliquem presbyterum, ne episcopum increparet? Vides, quemadmodum ruina corum omnium, qui a diabolo quatesunt, non est parua? Hactenus S. Epiphanius. Conferamus nos hec ad ordinationes vestrorum ministrorum reuincendas. Si enim episcopum & presbyterum idem esse dicis, ut c. 28. ponis, & eos putas superintendentes ac ministros, quos nos habemus episcopos & presbyteros, sunt igitur equales apud vos, superintendentes & ministri. quare

S. Epiphanius de definitione episcopi et presbyteri,

quare neutros ab alteris tanquam potestatem habentibus, mone-ri deest, neque iudicari licet. quid ergo? Si minister hortatione indiget, nullus in ecclesia ista vestra facta, in eam mensuram membri crescere potest, ut a capite Christo, ex quo totum corpus compactum & connexum est, subministrationem virtutis & operationis accipiat, ut potestatis & officij eius sit hortari eum? ergo non est ecclesia vestra, quam vocatis, corpus Christi. In hoc enim loco epistolae ad Ephesios, qui ad vos, vel hoc ipso, quod differentiam episcopi & presbyteri tollitis, pertinere non potest, ut paulo ante dixi, propinquus vester Calvinus affirmat, sacrum & spirituale ecclesiae regimen representare apostolum voluisse, quod posteri, inquit, hierarchiam dixerunt: in quo operationem, inquit, singulis membris particularem attribuit pro modo gratiae unicuique distributa. Responde ergo rursus Andrea, si ecclesia vestra ex capite Christo compacta & connexa est, quomodo non facit augmentum corporis, sicut apostolus ait, in aedificationem suam in charitate: an non pertinet ad charitatem, & ad sacrum ac spirituale regimen ecclesiae, ut Caluini verbis aduersus vos, & aduersus authorem ipsum utar, ut sit in ea, qui ministros, si non increpare, quod Paulus verat, tanquam sit hoc potestate abutentis, at saltem tanquam potestate moderatè vtens, hortari ut patrem debeat? sunt enim presbyteri patres filiorum, quos per lauacrum regenerationis generant, ut paulo ante aiebat S. Epiphanius, sicuti episcopi patres patrum. Quis igitur ministros vestros ad officium hortari debebit, si cessauerint, aut de via deflexerint? An par parem, aut minor maiorem ex officio hortari solet? aut ita fieri deest? aut faciet ne hoc magistratus, cui non animarum, sed corporum, custodia commissa est? qui in eos, qui non obediunt, non gladium ignis, sic enim Clemens Rom. anathema vocat, usque ad animam pertingentem, sed gladium ex ferro portat, vindex in iram ei, qui male agit? quid magis fatuum dici potest? multo verò minus deest, ut populus, qui cauda corporis est, ut ait Clemens, hoc officium in ecclesia erga pa-

Apud Protestantes nullus est, cuius officij, & potestatis sit ministrare, & hortari.

Quomodo apud Protestantes non possit ecclesia facere augmentum corporis in aedificationem suam in charitate.

Presbyteri, patres filiorum: episcopi, patres patrum.

Lib. 2. constit. aposto.



trem suū obeat. Deindē, si minister accusetur, quis erit in ecclesia vestra, qui accusationem audiat, & excipiat, si vt paulō suprā dicebam, nullum membrum in ea ad eam mensurā potestatis crescere potest, vt possit illum iudicare? ergō non est compacta & connexa ex Christo capite. Christus enim non posuit in ecclesia episcopos & presbyteros in vno loco, sed in secundo post apostolos posuit episcopos, quos prophetas vocat, in quos, superintendentes vestros cōmentitia metamorphosi transfiguratis: & tertio presbyteros: vt inferior ordo à superiore, cū opus esset, ex officio moneretur & iudicaretur, vt in charitate & iustitia corpus Christi, quod est ecclesia, cōdicaretur. Sed quid iam contra vos de presbyteris, aut diaconis, aut ceteris ministris disputem, qui cū episcoporum ordinationes non habeatis, quomodo reliquorum ordinum habere potestis? Cōcede igitur Andrea, licet inuitus, aut carere vos ministris ecclesiae, ac proindē nullam ecclesiam habere, quā sine ministris esse non potest: aut quod contra vos probamus verbo Dei, quod vos vanē semper iactatis, redargue.

Quomodo ministri. Protestatiō suā, quas putat, ordinationes ipsi potius scēdissime cōtaminant, quod nobis falsō obijciūt in nostris. Act. 13. 14.

Illud præterea vt hic addam, in mentem venit, cū nos dicis scēdissime contaminare ordinationes, quia vota (vt fingis) in eis requirimus, & ob hanc causam non posse vos, salua fide & bona conscientia, ordinationes ab episcopis nostris petere: quid responsurus es, si tibi obijcimus, multo vos scēdius vestras ordinationes, quas putatis, contaminare? Cū enim eas per impositionē manuum fieri sapē dicas, de orationibus & ieiunijs nulla penitus mētio, nullum prorsus vestigium ieiunij: nisi fortē putas, frustra scriptum esse à Luca de orationibus & ieiunijs in ordinationibus. Ieiunantes, inquit, & orantes, imponētesq; eis manus, dimiserūt illos. & alio loco, Cū constituisent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orāssent cū ieiunationibus, cōmendauerūt eos Domino, in quem crediderunt. Boni sanē historici erat, non præterire, quæ per spiritum Dei iudicauit nō esse prætereunda: quæq; in ecclesia seruanda erant, vt quidem in ecclesijs totius Orientis & Occi-

dentis,

dentis, vsq; in hodiernū diem solēni more & ritu seruat. Ordinationes enim presbyterorum ac Leuitarum, & reliquorum ministrorum, quæ ordinariē & certis temporibus fiunt, in solēnibus ieiunijs quatuor temporum, quarti, & septimi, ac decimi mensis, & initio quadragesimæ, & medio, ac sabbato magno fiunt: Episcoporum verō die Dominico, antegressio etiā ieiunio, nōne est contaminare scēdissime ordinationes, cōsuetudinē omnium ecclesiarū cuncti orbis, à sanctis apostolis traditā, & eorum exēplo cōmendatā, in eis negligere? igitur eādē ratione, qua in nos per calumniā vsus es, nō potestis vos salua fide & bona conscientia ordinationes à vestris superintendentibus petere, quia scēdissime eas, vt dixi, contaminant. En, Andrea, tuo mucrone cæsus es. Sed quia iam, quæ in priore libro de hierarchicis ordinariōibus dissimulasti, cū alioquē in libelli tui inscriptione ad argumenta præcipua respondere professus esses, quā breuissime potui, notandi causa attigi, quō magis adhuc ordinationes vestras redarguere: veniā ad posteriorē, vt idem multo etiā breuius faciam. Primum igitur probavi testimonio Isaiæ, ministros ecclesiae noui testamenti, sacerdotes scilicet & Leuitas, à Deo vocari, sicut Aaron vocatus à Deo est per Moysen veteris hierarchiæ ducem ac principē, qui erat, sicut apostolus ait, fidelis in tota domo eius tanquam famulus, qui illum, vt minister Dei, vxit & consecrauit: quare superintēdentes & ministros vestros nō posse secundum scripturam vocari ad ministrandum in ecclesia Dei per magistratus, neq; per populos, nec vllos omninō laicos, quia laici nō sunt ministri Dei in domo eius, quæ est ecclesia, vt suo ministerio & potestate ministros eius vocent, atque ordinent. Illa enim lex in euangelio de pascendis agnis & ouibus Christi, quæ data est beato Petro principi pastorum spiritualium, à quo sacerdotium cœpit, non ad pastores seculares & civiles, sed ad pastores spirituales pertinet. Deindē, nē quis vestrū prophetiam Esaiæ ad arbitrium suum vllō ingenio posset eludere, consequentiam prophetici sermonis testimonio,

Esai. 61.

Heb. 5.



nio, & interpretatione Domini ita confirmavi, ut euangelium negare cogatur, qui locum propheticum de sacerdotibus ex baptismo, qui sunt omnes Christiani, & non de sacerdotibus externis ecclesiasticę hierarchię accipiendum esse putauerit. Ad hunc locum à me pluribus capitibus tractatum, & verbo Dei conclusum, nihil prorsus respondisti: neq; quod respondere possis, nisi te ipse magis velis redarguere, vñquàm habebis: quo magis mirandum, immò dolendum est, de vestro saltem silentio non admoneri, quos decepistis, esse vos cõuictos, tametsi persuadere hoc vobis nequaquàm possumus, quòd hoc in voluntate vestra pendeat. Docui præterea, quemadmodum diuisio ecclesiarum & dioceseon in nouo testamento, quam idera propheta auctore etiã Cyrillo in eodẽ loco comparauit cum diuisione terre promissionis facta xij. tribubus, ceu corpus cum umbra, non possit pertinere ad sacerdotes ex baptismo tantum, qui nihil aliud sunt, quàm Christiani laici meri: nec ad sacerdotes vestros externos, à laicis factos, ac p- Indè meros item laicos. Deniquè tota illa prophetia de sacerdotibus & ministris ecclesię, & de patrimonijs ecclesiarum, qua sunt & dicuntur episcoporum, & reliquorum ministrorum iura, quia ad nouum testamentum pertinet, quod nemo, vt docui, qui catholicus haberi velit, negare potest, in nostris ecclesijs & cuncti orbis, expressa & ad effectũ perducta cernitur. apud vos verò, quia ecclesiam non habetis, nec illos ecclesię ministros, ex quo tempore episcopos stirpis apostolicę cieicistis, nullum eius vestigium extat. Hęc tu Andrea refelle- re, si poteras, debebas, sicut præcipua argumenta respondere, vt propfferas, voluisses: oportebat, inquã, te confutare, quod ego testimonio prophetici sermonis cum euangelio, & cum exitu rerum collato probaui, vocationes & electiones ministrorum noui testamenti ad ecclesiasticarum dioceseon sortes ac possessiones, & ad ministerium ibi obeundum non humana ac politicę vocationis & ordinationis autoritate, sed diuinã, fieri.

Sacerdotes Protestantium meri laici.

Prophetia Esaię de sacerdotibus noui testamenti expressa, & de patrimonijs ecclesiarum ad effectum planè perducta in ecclesijs catholicorũ, non autem apud Protestantes.

Deindè

Deindè cap. vij. quia semper videri vultis vocare nos in ius verbi Dei, vt ego indè ex iure vos manu confertos reuocarem, interrogabam, quo iure verbi Dei, quod semper resonatis, vocationem & ordinationem vestrorum sacerdotum laicorum defenderetis? at saltem interrogatus, debebas Andrea respondere, nè defensione causę vtrò suscepta, aut ad te delata, & ad præcipua argumenta respondere pollicitus, prauaricari reticendo videreris. Vrgebo ergò adhuc interrogationem: Profer, inquam, verbum Dei, si quod habes. nos enim verbum Dei habemus, quo nostras ordinationes tuemur, & vestras confictas redarguimus. Loquens ergò Apostolus de Christo, ad sacerdotium æternum secundum ordinem Melchisedech à Deo patre vocato, & à spiritu S. vncto, cuius vocationi similem esse decebat vocationem ministrorum sacerdotij eius: Neque quisquam, inquit, sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquàm Aaron. Sic enim Deus ad Moysen locutus est: Applica quoquè ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis, vt sacerdotio fungantur mihi. & in Leuit. Tolle, inquit, Aaron cum filijs suis, vestes eorum, & vnctionis oleum. & paulò pòst, statimque obtulit Aaron & filios eius. (erat enim Moyses veteris hierarchię magister & dux, vt ait Dionysius Areop.) ad hunc modum in Actis apostolorum dixit spiritus S. ad prophetas, id est, ad episcopos, qui erant Antiochię cum doctoribus, hoc est, presbyteris: Segregate mihi Paulũ & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Doce tu Andrea, vbi spiritus S. iusserit magistratibus, aut alijs laicis, aut superintendētibus, qui, vt tu seis, ex stirpe laica originem vocationis & ordinationis suę laicę ducunt, vbi, inquã, iusserit, vt ad ministerium ecclesię vocarent, & per impositionẽ manuum ordinarent, aut autoritatem ordinãdi darent, vt hęc iussit. statim enim sequitur, Tunc ieiunantes, & orãtes, imponente sç; eis manus, dimiserũt illos. Item Timotheus non à magistratu, aut populo, aut vllis alijs laicis, sed à Deo per presbyteriũ, id est, per episcopos cum impositione manuum ordinatus est.

Heb. 5.

Exo. 28.

Act. 13.

Ministri Protestantiũ originẽ vocationis & ordinationis suę ex stirpe laica ducunt.

Sf quod



quod non propter Timotheum tantum scriptum ab apostolo est, sed propter nostros etiam episcopos, quos Deus ordinari voluit, sicut Timotheus ordinatus est. Tum presbyteri per civitates Cretæ, non à magistratu, nec à ministris ullis à magistratu seculari vel populo creatis, cuiusmodi sunt superintendentes protestantium, sed à Tito episcopo, ab apostolo & alijs episcopis ordinato, ordinati sunt, sicut Paulus se illi disposuisse scribit, id est, per impositionem manuum cum ieiunio & orationibus: sic enim idem Paulus & Barnabas per ecclesias Lystræ, Iconij, & Antiochiæ presbyteros ordinarunt: quæ, sicut paulò antè dixi, non propter illos tantum scripta sunt, sed propter nos etiam, & ad nostram & ecclesiæ nostræ doctrinam & institutionem. Sic etiam non à magistratu, nec à superintendentibus autoritate magistratûs laicè ordinatis diaconi vocati & ordinati sunt in Actis apostolorû, sed ab ipsis apostolis. nec enim dixerunt multitudini, Eligite, aut constituite nobiscum: sed, Considerate ex vobis viros septem boni testimonij, quos cõstituamus &c. ut iam, cum ait Lucas, Et elegerunt Stephanum, & reliquos, id fecisse multitudinem intelligamus, quod ei fuerat ab apostolis iussum, & non amplius, scilicet considerare viros boni testimonij: quos postquam considerarunt, statuerunt, inquit, eos ante conspectum apostolorum: & hi orantes, imposuerunt eis manus. hoc item, ut sapius dicam, nõ propter illos tantum diaconos scriptum est, sed propter nos quoque, ut sicut illi ab apostolis vocati & ordinati sunt, sic nostri à successoribus apostolorum, qui sunt episcopi, ad ministerium vocentur & ordinentur.

Præterea, quia verbum, quod nos in ecclesijs nostris tradimus de iure & autoritate vocandi atque ordinandi ministros ecclesiæ, non à nobis processit, sicut verbum, quod vos in vestris traditis, sed à primis apostolis: nec ad nos solos pervenit, ut apostolus scripsit Corinthijs, sicut vestrum, quod

Act. 14.  
Act. 13.  
Act. 6.

1. Cor. 14.

quod nec ad totam Germaniam pervenit, nostrum verò in uniuersum orbem, & in omnes mundi ecclesias pervasit, & per testes innumerabiles omnium seculorum auditum est: percontabar vos, vbinam istud vestrum ius vocandi & ordinandi ministros ecclesiæ autoritate magistratûs & laicorum, ante annos quinquaginta latebat: nihil tamen percontando profeci, non enim responsionem elicere potui ab Andrea, profitenti alioqui respondere ad præcipua argumenta, immò verò quia quæstionis exitum non videbat, hanc quæstionem in aliam artificioso commento vertit, ad quam videbatur sibi, tametsi falsò, habere aliquid utcunque, quod responderet. Sic enim cap. vicesimo primo posuit: Sed quærunt à nobis, ubi ante hæc tempora, nondum per Luterum repurgata doctrina, fuisse ecclesiam existimemus. alterum enim horum concedi oportere aiunt, ut vel nulla omninò fuerit, vel fuerit sub pontificio regno ecclesia, nullam fuisse omninò ecclesiam, neminem pium dicturum: hoc enim esset, manifestæ falsitatis arguere promissiones diuinas de ecclesiæ perpetuitate. Necessariò igitur contendunt, ut fuerit ecclesia sub regno pontificio: & si fuit ibi superioribus ætatibus, nihil impedimenti esse, quo minus etiam nunc istic inueniatur. Hæc tu Andrea, ego verò, ut antea dixi, non posui hanc quæstionem, quæ eò pertinebat, ut probarem esse nobis ecclesiam, id est, lucere solem. fortassis alius Catholicus posuit accommodatè ad propositum suum, cui tu hîc illud de reliquijs ecclesiæ respondes, sed ridiculè, quod satis quidem, ut existimo, loco suo redargui. Quæstionem ergò posui difficiliorem, ad quam tu ne verbum quidem. Præterea tractavi capit. decimo locum propheticum Esaiæ de iudicibus ecclesiasticis, qui futuri erant in nouo testamento, tractavi, inquam, non mysticè & allegoricè, sed *ῥητῶς*, hoc est, secundum literam. prophetans enim de ecclesia noui testamenti, ut ipse necessitate connexi ex serie antecedentium & consequentium demonstravi, subiungit: Præciam iudices

Si 2

dices



De iudicibz ecclesie, qui sunt episcopi, no a populo, aut magistratu eligendis, prophetia expressa.

dices tuos, sicut prius: & consiliarios tuos, sicut ab initio. Etenim ne vos dictum propheta a recto sensu ad prauum detorque possitis, quasi propheta iudices & consiliarios ecclesiasticos, qui sunt episcopi & presbyteri, praeficiendos esse per suffragia magistratus & populi, prenunciaret, (sic enim vos interpretari soliti estis, quos Lucas narrat, Paulum & Barnabam redeuntes Lystram, Iconium & Antiochiam, constituisse illic presbyteros per singulas ecclesias, scilicet per suffragia, inquit, multitudinis) idcirco intuens in vos spiritus S. non dixit, praeficiam iudices tuos, & consiliarios tuos: sed praeficiam iudices tuos, sicut prius: & consiliarios tuos, sicut ab initio. Interpretari autem, promissos fuisse hic Iudaeis post captiuitatem Babylonicam Zorobabelem, Esdram, Neemiam, & si qui alij tales populo postea praefuerunt, Iudaeorum esse testatur beatus Hieronymus, author in scripturis sanctis eruditissimus, affirmatque potius apostolos, & eos, qui per apostolos ecclesijs praepositi sunt, accipiendos esse. Accedit huc, ut de istis haec promissio intelligi non possit, quod qui populum Hebraeorum post reditum Babylone regebant, vsque ad Hyrcanum, cum Herodes alienigena regnum inuasit, excepto Zorobabele tribus Iuda, isdem ex tribu Iuda & Leuitica coniugio mixtis reges simul & pontifices fuerunt: at iudices priores, quos Esaias dicit, ex alia atque alia tribu fuerunt, ut Othoniel tribus Iuda, Aod tribus Benjamin, Barac tribus Neptalim, Gedcon, & Iair, ne omnes enumerem, tribus Manassis, sicut in nouo testamento non vnus aut alterius generis, sed ex omni stirpe & gente optimos quosque ad ministerium ecclesiae eligere oportet. Neque rursus promisit hoc loco propheta iudices ecclesiae noui testamenti, quales sub vetere testamento olim Israelitae per imprudentiam a Domino petierunt. cum enim regem more aliarum gentium petierunt, simul iudices petierunt, sine quibus non potest rex solus regnum administrare. itaque dixerunt, sicut in libro Regum primo scriptum est, Erimus nos quoque,

1. Reg. 8.

que, sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster. & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. quod quidem consilium & petitionem exprobrauit illis Dominus, cum dixit Samuel: Non te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos. Relinquitur ergo, ut iudices promiserit ecclesiae nostrae, quales fuerant prius iudices illi Israelitici populi, qui non per legem seculi, neque per suffragia populi, nec vllius magistratus autoritate creabantur: sed sicut scriptum est in libro Iudicum, Deus suscitabat eos: & erat cum eis, & liberabat populum. Sic enim, ne sine authore loquar, beatus quoque Basilius in comment. Esaias intellexit. Sic igitur episcopi, qui sunt iudices ecclesiarum, & presbyteri, qui sunt episcopi consiliarij, ut Clemens in secundo libro constit. apostolorum ait, & ut beatus Ignatius vocat, episcopi synedrion, id est, confessus ac senatus, non lege seculi, neque suffragijs populi, nec autoritate magistratus creantur, sed per ministros, quos ipse Dominus suscitauit, & in ecclesia posuit primum apostolos per se: secundo, prophetas per apostolos: tertio, doctores per prophetas. huiusmodi iudicibus episcopis, & consiliarijs presbyteris tribuit Deus spiritum sine charisma potestatis spiritualis absoluendi, & ligandi: & cum istis est semper per huiusmodi charisma: & hi sic a Deo suscitari, & vocati, liberant populos, cum eos a peccatis absoluunt per potestatem iudicalem absoluendi & ligandi primum episcopis datam, & infra episcopos presbyteris: sicut S. apostolis dixit, Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Hoc enim ipsum dicit ihs, quos nunc vsque ad consummationem seculi per successores apostolorum vocat, & ordinat. Hinc Clemens Rom. lib. viij. de constit. apostolorum in persona apostolorum de episcopis, quos dum viuerent, elegerunt, & ordinarunt, sic ait: Hanc constitutionem a nobis edocti, qui a nobis autoritate Christi estis episcopi constituti, omnia secundum praeccepta nobis tradita facite, scientes, quod qui

1. Reg. 8.

Iud. 2. De iudicibus populi Israel non autoritate magistratus, neque suffragio populi, sed a Deo electis.

Ioan. 20.

SI 3 VOS



Ioan. 21.

1. Pet. 5.

Iud. 6. & 7.

Iud. 11.

vos audit, Christū audit: qui Christum, patrem eius. Sic nunc  
 successores apostolorum, qui sunt episcopi, non autoritate  
 magistratū aut populi, sed autoritate Christi ordinant, sic  
 ut illi apostoli non secundū legem politicā secularis, sed se-  
 cundū legem euangelicam de pascendis agnis & ouibus  
 Petro principi apostolorum primū datam, & in eo, ac per  
 eum successoribus apostolorum: quod enim illi praecepit,  
 inquit, Pasce oues, non has, aut illas, sed oues meas, id est,  
 oues omnes, qui Christi oues sunt & dicuntur: in eo praece-  
 pit cunctis pastoribus ecclesiarum pascere oues, cuique eorū  
 suas, id est, sibi priuatē commissas: sicut idem Petrus au-  
 thoritate eius, qui sibi cuncti orbis oues pascere praecepe-  
 rat, tanquā princeps omnium pastorum sub Christo cele-  
 sti principe pastorum, & episcopo animarum nostrarum pa-  
 storibus, id est, episcopis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ,  
 & Bithyniæ, praecepit pascere greges, cuiq; suum: Pascite, in-  
 quit, gregem, qui in vobis est, id est, quisque suum, hæc omnia  
 non solum non potuisti refellere, sed penitus dissimulasti,  
 quia viam nullam, neque rationem refellendi inuenire po-  
 tuisti. Denique quia prophetiam Esaię de ecclesia noui testa-  
 menti, irritā & cassam facitis, dum tales indices in ecclesia ve-  
 stra, quam simulatis, nō habetis, quales illa ipsa propheta ec-  
 clesie Catholice promisit, vt docui, cōclusi nec ecclesiā vllam  
 vos habere, nec habere posse, donec ad ordinationes episco-  
 porū apostolice sobolis renocetis vos: & Gedeonē iudicem  
 populi Dei imitemini, qui eum sciret iudices illo suo tēpore  
 nō suffragijs & autoritate populi creari solitos, delatē a po-  
 pulo dominandi potestatem recusauit, diuina creatione con-  
 tentus. Idē fecit Iephtes iudex, noluit enim principatū a Ga-  
 laaditis oblatum sumere, nisi se prius a Deo vocatum & ele-  
 ctum intelligeret. Si verē, inqt, venistis ad me, vt pugnem pro  
 vobis cōtra filios Ammō, tradideritq; eos Deus in manus me-  
 as, ego ero vester princeps. Qui responderūt ei: Dominus, qui  
 hæc audit, ipse mediator & testis est, quod nostra promissa fa-  
 ciemus,

ciemus, vocationem & electionem Dei se approbaturus, pol-  
 licentur. Sic ergo fecit eū omnis populus principē siue iudi-  
 cem, promittendo scilicet ratū se habituros, quod Iephtes di-  
 xerat, futurum se iudicē siue principē eorum, si Dominus tra-  
 deret in manus suas Moabitas. Subiungit scriptura: Locutus  
 est Iephtes omnes sermones suos corā Domino in Maspha. &  
 paulo post: Factus est ergo, inquit, super Iephte spiritus Do-  
 mini: transiitq; Iephtes ad filios Ammon, vt pugnaret cōtra  
 eos, quos tradidit Dominus in manus eius. At ministri vēstri  
 Abimelech Gedeonis filiū imitari maluerunt, qui potestatem  
 iudicandi a populo Sichimitarū accepit, & pœnas se & populo  
 dignas, cum eodē populo dedit. Ad hæc, cum rursus toto ca-  
 pite xiiij. docuissem, potestates ministrorum ecclesie, diuinæ  
 creationis esse: potestates verò, autoritate magistratū &  
 populi laicis datas, humanæ: ac proindē ecclesiasticas esse non  
 posse, sed meras laicas, idq; verbo Dei probāsem, & autori-  
 tate Cypriani, cuius testimoniū vos corrūpere conati estis, &  
 autoritate Clementis Romani apostolorū discipuli, nihil  
 tu ad hæc, neq; syllabā vnā. Deindē postquā probāsem c.  
 xvj. promissam esse ecclesie noui testamenti a Deo per pro-  
 phetam talem vocationem episcoporum, qui sunt principes  
 ecclesiarum, qualis fuisset prius vocatio iudicum in vetere  
 testamento, docui etiam promissam esse in eodem loco vo-  
 cationem presbyterorum, qui, vt dictum est, consiliarij epi-  
 scoporum sunt, qualis fuisset a principio vocatio sacerdo-  
 tum ante legem: cum qua vocatione eum nihil commune  
 habeat vestrorum ministrorum vocatio, consequens erat, vt  
 non esset vocatio Dei, & ecclesiastica, sed profana, & a vobis  
 inuenta, ante legem enim qui sacrificare volebat, quod  
 erat munus sacerdotis, non a populo, aut magistratu, aut  
 vllius principis gratia aut iudicio, iussu vel suffragio vo-  
 cabatur, sed a Dei gratia & lege colendi Deum naturæ insi-  
 ta. Sic in ecclesia nostra, gratia Dei episcopis apostolorum  
 successoribus tributa, cum, quem lex natura secundū  
 Dei

Quomodo  
 ministri  
 protestan-  
 tium Abi-  
 melech Ge-  
 deonis filiū  
 imitentur.

Qualis es-  
 set vocatio  
 sacerdotū  
 ante legē.



Dei gratiam ad ministrandum Deo excitat, ministrum ecclesie facit: huiusmodi autem Dei gratia non est data magistratibus, neque populo, nec vllis secularibus, quia non eos posuit spiritus S. in ecclesia loco apostolorum, neque prophetarum, id est, episcoporum, idcirco nullos ecclesie ministros creare possunt. Præterea, demonstraui c. xx. legem vocandi & ordinandi ministros ecclesie nostræ per successores apostolorum episcopos, habere testimonium spiritus sancti, nullum verò habere ad probandas vocaciones & ordinationes vestrorum ministrorum legem ciuilem, neque statuta, aut suffragia magistratuum, vel populi: nec in ijs ipsis vestris vocationibus & ordinationibus medium esse Christum, quia neque magistratus, neque superintendentes meri laici personam Christi sustinent: vt quidem sustinent episcopi apostolorum successores. Tu verò Andrea, ista quoque & testimonium clarissimum ac grauissimum Clementis Romani, ordinationes vestras diuine redarguentis, quod recitavi, silentio præterire maluisti, (in quo calliditatem laudo) quam à te ipse peius respondendo conuinci. Tandem c. xxij. cum venissem ad lxx. illos seniores adiutores Moïsis, quos non magistratus, aut populus vocauit, sed Moïses veteris hierarchie magister & dux, iussu Dei ex cuncto populo elegit, quibus Deus de spiritu Moïsis, qui eos vocauerat, dedit, & ad quos etiam promissio illa prophetica de similibus consiliarijs in nouo testamento futuris spectabat, quia hi imaginem nostrorum presbyterorum gesserunt, vt ex oratione, quæ ad eorum ordinationem adhibetur, quæ in viij. lib. Clementis de constit. apostol. descripta est, perspicitur potest: percontabar vos, an in vocationibus & ordinationibus vestrorum ministrorum daret eis de spiritu magistratus, vel populi, vel superintendentis, sicut illis lxx. de spiritu Moïsis, vt scriptura testatur: & vt dat in nostris ordinationibus de spiritu episcoporum apostolicæ successionis, id est, diuinæ stirpis. At hoc dici non potest, vos enim non habetis, vt sepe dictum est, apostolos, quos primum

Num. ii.

De lxx. senioribus adiutoribus Moïsis, quorum imaginem presbyteri adiutores episcopi gerunt.

um in ecclesia posuit Deus: neque prophetas, quos secundo: nullo eorum successores habetis. neque si tales prophetas haberetis, subordinati essent magistratibus, aut plebi. Spiritus enim (inquit Apostolus) prophetarum, prophetis subiecti sunt, vel potius subordinati, hoc enim significat verbum Grecum, vt episcopi archiepiscopis, qui sunt maiores prophetarum, prouinciarum apostoli: non dixit, Spiritus prophetarum magistratibus, aut principibus seculi, vel plebi subordinati sunt, sed prophetis. Ac quia præter illos lxx. seniores, quos Moïses ostium tabernaculi duxit, vbi eis dedit Deus spiritum gratæ ad sustinendum onus cum Moïse, remanserunt alij duo in vestris, quibus Deus quantum spiritum propheticum dedisset, non tamen ausi sunt exire ex ordine suo ad tabernaculum: interrogabam hæc, quare, & quo exemplo, & autoritate audent meri laici, quantum doctissimi essent, ac quantum prophetarent, exire ex ordine suo laico ad tabernaculum ecclesie ad ecclesiasticæ rei administrationem vocate magistratu? Si quidem quando illos lxx. in Mosaicam hierarchiam voluit Deus disciscere, vt Moïsem adiunarent, sic locutus est: Facies stare tecum, & descendam, & loquar tibi tecum. sic enim est apud lxx. & auferam de spiritu tuo, & tradam eis. & paulò post, Et descendit Dominus, & locutus est ad eum. & abstulit de spiritu, qui erat super eum, & posuit super lxx. seniores. An hoc in veteris vocationibus & ordinationibus dici potest, scilicet quòd Dominus loquitur ad magistratum, vel populum, & de eius spiritu dat ei, qui vocatus est ad ministerium & ordinem? at cum Paulus ad Titum scripsit, inquit: Reliqui te Creta, vt constituas presbyteros per ciuitates: an non hoc ipsum locutus est Deus cum Paulo? quis neget, nisi qui non credit habuisse Paulum spiritum Dei? Rursus, qui Titum audiebant presbyteros per ciuitates constituentem, sicut ei Paulus per spiritum Dei disposuerat, nonne Dominum constituentem audiebant? ipse enim dixit: Qui vos audit, me audit. quod quidem quia sanctis apostolis dixit, & per apostolos eorum successoribus, qui v-

Tit. 1.

Luc. 10.

T t que



que ad consummationem seculi nunquam deficiet, ubi vero deficient, ibi ecclesia deficiet, idcirco qui audiunt successores illorum, quod perpetuo futurum est, apostolos audiunt: & qui apostolos, Dominum: & qui Dominum audiunt, hi habent Dominum secum usque ad consummationem, sicut ipse promissit, manentem. Quarebam igitur hic a vobis, vtrum laici successores apostolorum essent? Si enim sunt, quarebam rursus, quis esset populus? populus enim ex laicis constat. nam si populus non est, neque greges, neque discipuli sunt: ergo neque pastores, neque doctores, quos audiat: nec est Dominus vobiscum usque ad consummationem seculi. Quare si seculares non sunt apostolorum successores, igitur qui laicos siue seculares in ijs, quae ad Deum pertinent, audit, non audit apostolos: ac rursus, qui apostolos non audit, non audit is Dominum Iesum: & qui huc non audit, is non tenet caput, ex quo totum corpus per nexum & coniunctiones subministratum, crescit in augmentum Dei. Nihil ergo in hac parte ministri protestantium a Domino accipiunt, cum quo nulla hierarchica communione sunt colligati. Vnusquisque enim minister ac superintendens, creatura populi est: id est, caput ex cauda natum. cauda enim est populus, nec hic mihi interroganti respondere voluisti: quin potius dissimulasti te audire interrogantem.

1. Reg. 13.

Postremo dicebam, plus adhuc magistratus vestros in vocationibus ministrorum audere, quam Saul, cum non expectato Samuele propheta, sacrificavit. sceleratius enim est, dare potestatem laicis imponendi manus alijs, quam idipsum facere, plus item, quam Oza, cum extendit manum ad arcam Dei, & tenuit eam. magis enim impium est, vocari a magistratu ministros, & superintendentes, ut extendant manus ad sacramentorum & verbi ministerium, quam hoc ipsum ab eis fieri. plus etiam, quam Ozias rex, cum voluit adolere incensum super altare thymiamatis. Et factus est, inquit, leprosus usque ad diem mortis suae. plus rursus, quam Maria, cum irata propter uxorem Moisis Aethiopsam, ausa est, sicut ait Dionysius in epist.

Quid magistratus Protestantium in vocationibus ministrorum committant, & audeant. 4. Reg. 15.

ad

ad Demophilum, legem ferre legislatori, inquit: Num per Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus est? & facta est leprosa: & dimidium carnis eius deuoratum est a lepra. magis enim sacrilegum est, auctoritatem, quam Dominus non dedit, sibi vindicare, quam Domino, quod non dederit, obtrectare. Denique ut Hieroboam fecit, sicut scriptum est, sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui, sic vestri magistratus & populi, faciunt esse sacerdotes, qui non sunt. Superintendentes vero, & ministri Protestantium, peiores sunt, quam Coritae illi & Rubenitae, qui sacerdotium sibi vindicare voluerunt: illi enim licet sacerdotes non essent, at saltem erant Leuitae, vestri vero ministri & superintendentes, meri laici: ex quo factum est, ut ecclesiam nullam habeatis: ecclesia enim non potest esse *ἀλλοτριούργητος*, id est, sine ministerio, neque sacramentum vllum vobis, ut sepe dixi, reliquum fecistis praeter baptismum & matrimonium, tametsi hoc Lutherani sacramentum esse negant. Tandem, ut ordinationes vestrae ex omni parte redarguantur, nec Ariani, immo neque Donatiste, neque Luciferiani, quantum ecclesiam sibi vtrique arrogarent, & alijs negarent, nec vlli alij heretici, quod sciam, ordinationes a laicis unquam petierunt, ut vestri petunt, quod iam nonnulli vestrum, cum profanum & execrabile esse intelligerent, omnem operam, ut audio, aliquando dederunt, ut a Catholicis episcopis ordinarentur, licet non sint consecuti. Haec sunt praecipua argumenta librorum meorum contra Protestantium vocationes & ordinationes, quae a me sunt magna ex parte non eisdem verbis repetita, ut sine fastidio relegerentur: ad quae bonus Andreas Freyhub, contra quam promiserat, nihil respondit. in quo satis se vi veritatis superatum, conscientia cogente, tacendo confessus est. etsi vereor, ne qui tale principium scribendi dedit, in peius, sicut Apostolus ait, proficiat errans, & in errorem mittens, qui ex eorum numero esse vult, qui quemadmodum Iannes & Mambres Moysi restiterunt, ita & hi ve-

Num. 12.

3. Reg. 12.

Nulli unquam heretici ordinationes a laicis petierunt praeter Protestantibus.

2. Tim. 3.



ritati resistunt. Sed vltra, inquit, non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

HABES ergo Reuerendissime domine, quæ ad libellum Liplicæ disputationis Andreæ doctoris Theologi respondere secundum scripturas visum est de Ecclesia, quæ sit, & ubi, contra istius sententiam, & falsum dogma Protestantium: & de iure vocandi & ordinandi ministros Ecclesiæ, quod illi laicis tribuunt. quibus tuum erit, quoad fieri possit, resistere: & vt Iudas Apostolus ait, fidei semel tradite sanctis supercertare cõtra istos, qui olim præscripti sunt in hoc iudicium, Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes. Christum enim negant, qui eius Ecclesiam, & episcopos, ac sacerdotes negant. & qui Christum negant, hi neque patrem habent: & hic est Antichristus, qui patrem, & filium non habet, ait beatus Ioannes.

1. Ioan. 3.

Iosue 1.

Confortare ergo, & esto robustus valde. noli timere, noli timere, quoniam tecum sum, dicit Dominus: cui est honor & gloria cum filio & spiritu sancto, in secula seculorum.

Amen.

FINIS.

ERRATORVM in Opere FRAN. TVRRIANI  
Aduersum Capita Disputationis Liplicæ,  
CATALOGVS.

Ita vt facilius & certius intelligatur, nôrit Lector, priori numero significari paginam, posteriori lineam, inde mox sequi, aut breuissimè innui, lectione veram: hæc tamen conditione, si tuus codex errati eius, quod emendandum notatur, sit particeps, nam quibusdam inter excudendum admissis & animaduersis, obicere est subuentum.

7.22. nostro, ergo 35.31. visione illa spir 42.11. videntur 43.32. ceteris eccle  
46.10. principio necessario 49.21. catholica ibidē 22. suis ibid. 23. vnum 55.  
60.2. terrebis ib. 10. linamentū 64.2. intelligi 67.31. cum hæc ch-  
relia 71.25. pugnantem 85.9. non cadit 87.11. qui facio 108.34. Chorepiscopi  
111. 11. animo potest, quàm 120.21. Errabant 121.24. quæ Sidonius ibid. 31. vt  
apertam 141.1. si fieri 147.3. Græcè erat τῆν 148.15. ἡμῶν αἰ 151.15. Barbaricæ  
inquisitionis 154.18. Episcopum verò ib. 19. ordinatur, cum non 163.31. solus  
165.30. testimonijs? 168.14. nē dissimulādo ib. 32. Ac hoc ib. 34. solenni ritu  
(frequentibus verbis eiusdem linea omnino expunctis, saluo custode) 177.19. aliquos Episco-  
pos 186.22. manifestæ 215.31. grauissimæ, 216.34. inter lineam vltimam & custod-  
dem inferantur hæc: sius efficit in baptizatis ad eos confirmandos, & plenius erudit-  
endos, Chrisma scilicet, quod nos habemus. Vt enim in die Pentecostes, quauis  
sancti Apostoli spiritū sanctum antè accepissent, copio. 224.1. magicū chrisma,  
239.27. inferni migraret. 251.32. fide Petri rog 253.29. vel in cõf 260.29 hoc  
261.1. 78. ἡμῶν 275.6. compatientes ib. 7. manum 281.16. minores  
prophetas 318.32. crediderant.

ERRATORVM in margin, Recensio.

13.17. Dan. 3. 104.1. Matt. 24. 121.5. sacerdoti. 137.8. 1. Tim. 2. (expuncto illic  
Rom. 13. & aliquando inferius cursum inferendo) 162.1. Luc. 4. 198.9. Mal. 1. 248.  
8. Matt. 24.

Vu



